BIBLIOTHECA BENEDICTINO CASINENSIS

SIVE

SCRIPTORUM CASINENSIS CONGREGATIONIS

ALIAS

S. JUSTINÆ PATAVINÆ

Qui in ea ad hæc usque tempora floruerunt Operum, ac Gestorum notitiæ.

AUCTORE

D. MARIANO ARMELLINI

Ejusdem Congregationis S. Petri de Assisio Abbate.

PARS ALTERA

CUM TRIPLICI INDICE.

Assisii Anno MDCCXXXII.

Typis Andreæ Sgariglia Impressoris Episcopalis, & Publici.

SUPERIORUM PERMISSU.

Sapientiam omnium Antiquorum exquiret Sapiens. *Eccl.* 39. *a.* 1.

ÆTERNÆ MEMORIÆ

Emi, & Rmi Principis

S. R. Ecclesiæ Cardinalis Amplissimi, ac M. Pœnitentiarii

D. BERNADI MARIÆ DE COMITIBUS

E CONGREG. CASINENSI ORD. D. BENEDICTI ASSUMPTI,

Et ejusdem Congregationis Protectoris Amantissimi

D. MARIANUS ARMELLINI

Ipsiusmet Ordinis, & Congregationis Sancti Petri de Assisio Abbas sempiternam felicitatem.

NON est equidem, Eme Princeps, cur immaturum Lethum, quod Te nuper inopinato ictu humanis rebus exemit, facessere mihi debeat negotium, quominus alterã hujusce Operis partem (quod jamdiù ego statueram) præclarissimo Nomini tuo consecrarem. Sudabat sub prelo volumen, jamque pro nuncupatoria Epistola exaranda calamum strinxeram, cum invida Mors assueta illudere Mortalium votis, in ipso communis spei flore, veluti ex insidiis crudeli Te falce dissecuit. Flere libuit sublimem Ecclesiæ Cardinem impetu adeò violento disjectum, splendidissimum Ordinis nostri Lumen, densissima, & exitiali caligine obrutum, eo prorsus tempore, quo in editissimo Ecclesiæ Candelabro collocandum omnes augurabantur; Nos verò haud temerè arbitrabamur, in Te uno, & nobilissimæ prosapiæ tuæ decora, & antiquissimam Ordinis nostri gloriam æquis passibus processura. Ejus inquam prosapiæ, quæ tot eximios Signiæ, Anagniæque Comites protulit, Trasimundos, Camillos, Fridericos &c. qui veterum Romanorum, a quibus originem ducunt, gesta, ac virtutes strenuè semper sunt æmulati; Tot invictos bello Du-

ces, TORQUATOS, APPIOS, FRANCISCOS &c., qui Rempublicam, Religionemque proprio sanguine purpurantes, contra perduelles sartam, tectam servaverunt. Tot Sanctissimus Pontifices, ALEXANDROS, INNOCENTIOS, GREGORIOS &c. [ut minores Infulas, ac Purpuras taceam] qui non secus ac primæ magnitudinis Sydera, sapientia, fortitudine, sanctimonia, Petri Solium, & Ecclesiasticum Firmamentum illustrarunt; quorum omnium Compendium, ac Summa INNOCENTIUS XIII. Frater tuus aureum Sæculum, (nec sanè fabulosum) prudentia, benignitate, magnificentia, charitate, cæterisque virtutibus Principe Romano dignis Christiano Orbi pollicebatur; cujus Nos quidem specimen dumtaxat vidimus, nam ille Cœlo maturus, ostensus tantum Terris fuit, ut diutissimum sui desiderium futuris ætatibus relinqueret. Te autem noster Ordo, imò Urbs tota, totusque Orbis in amissi Fratris locum assumendum, spesque omnes de re præconceptas restituturum ominabatur, jamque Te GREGORIIS, URBANIS, ALEXANDRIS, VICTORIBUS, GELASIIS, aliisque ex Benedectino Cœtu illustrioribus Pontificibus æquiparabat. Deo aliter visum. At ego tot titulis Tibi obstrictus, in Monastico Tyrocinio condiscipulus, ejusdem Cœnobii sodalis, ingentibus beneficiis affectus, constanti amicitia, ac intima familiaritate, ab adolescentia ad senium usque dignatus, hanc saltem amoris, gratique animi significationem, vel post fata Tibi exhibendam censui, ut hunc lucubrationum mearum fœtum Tibi nuncuparem, pro certo habens Te licèt vita functum nil minus splendoris, & gloriæ, quam si adhuc in terris degeres, ei allaturum.

Doluit quidem vehementissime Congregatio nostra universa Te sibi Protectorem beneficentissimum adeò intempestivè præreptum, cum nimirum majora in dies emolumenta jure optimo è tuo patrocinio prestolabatur; Sed jacturam hanc ea pot issima ratione SS. D. N. Clemens XII. compensandam putavit, si Emum Principem PETRUM MARCELLINUM CORRADINUM, doctrina, integritate, animi robore, pro justitia tuenda, ubique spectatissimum, Tibi Successorem, Nobis Protectorem tribueret. Reliquum est, ut omnes enixis Deum precibus assiduè rogemus, (quod ipse jugiter facio) ut Tibi in Cœlis sedem inter Beatorum agmina, Huic verò in terris vitæ longevitatem, honorumque celsissimum culmen largiatur, quo votis nostris obsecundans Omnipotens, & unius consulat prosperitati, & alterius gloriæ.

AP-

APPROBATIONES

Legi Tomum alterum Bibliothecæ Scriptorum Congregationis Casinensis, alias S. Justinæ de Padua, a Rmo P. D. Mariano Armellini Monasterii S. Eugenii Senarum Abbate conscriptæ; ac cum nihil in eo repererim, quod aut Christianæ Fidei integritati, aut honestati morum adversetur: imò verò totum ipsum Opus videam, tum Ecclesiasticæ postremorum trium Seculorum Historiæ lucis, tum sacræ nostræ Casinensi Familiæ, pro eorundem Scriptorum insigni numero, & præstantia, splendoris plurimum esse allaturum, quam maximè dignum illud censeo quod typis mandetur, Pisis Kal. Martii Ann. Jubil. MDCCXXV.

D. Virginius a Brixia Decanus Casin., & in Acad. Pisana Sacrarum Literarum Professor.

Ego D. Franciscus Rota a Venetiis in Abbatia Florentina Sacræ Theologiæ Lector, ex mandato Rmi P. D. Stephani a Venetiis Abbatis, & Præsidentis Congregationis Casinensis, summa attentione, atque diligentia, perlegi secundam partem Bibliothecæ Benedictino-Casinensis conscriptâ a Rmo P. D. Mariano ab Urbe Abbate Cœnobii S. Eugenii Senarum, & cum illam invenerim non solum immunem ab omni erroris labe, verum etiam ornatam plurima eruditione, atque refertam reconditissimis monimentis ad celebranda doctissimorum Virorum nomina, quæ temporum injuria, & longinquitate in tenebris jacebant, perutilem fore magnopere confido omnibus, qui Historiæ, ac eruditioni operam dant, si typis mandetur.

Datum Florentiæ v. Idus Aprilis Anno Jubil. MDCCXXV.

NOS D. STEPHANUS A VENETIIS ABBAS,

Et Congregationis Casinensis Præsidens.

Cum secundam partem Bibliothecæ Scriptorum Congregationis Casinensis, alias S. Justinæ de Padua a Rmo P. D. Mariano Romano Monasterii S. Eugenii Senarum Abbate exaratam, duo nostræ Congregationis Theologi ad id a Nobis destinati, recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, ut typis mandetur (si cęteris, quorum interest videbitur) licentiam concedimus, & facultatem impartimur. In quorum fidem præsentes nostra manu subscriptas, nostroque sigillo munitas dedimus. Ferrariæ ex nostro Monasterio S. Benedicti Kal. Novembris 1725.

D. Stephanus a Venetiis Abbas, & Præsidens,

D. Liborius a Bergomo Pro-Cancell.

JUDICIA

CLARISSIMORUM VIRORUM.

Cl. Francisci Valesii.

MAgna cum animi jucunditate, ac diligentèr perlegi jussu Reverendissimi Patris F. Gregorii Selleri Sacri Palatii Apostolici Magistri, secundam partem Bibliothecæ Benedictino-Casinensis Rmi P. D. Mariani Armellini Abbatis S. Eugenii Senarum, ac in ea nihil reperi, quod Christianæ Fidei dogmatibus, aut bonis moribus adversetur, imò cum omnia ibi acri judicio, exacto criterio, multiplici eruditione, ac innumeris propemodum Scriptorum testimoniis a doctissimo Authore exponantur, dignissimum Opus censeo, quod typis vulgetur. Romæ hac die 6. Martii 1727.

Franciscus Valesius.

Reverendissimo Padre, Padrone Collendissimo.

Cl. P. Magistri Iosephi Antonii Marcheselli M. Conv.

RImando alla P. V. Rma il favoritomi Libro della Biblioteca &c. Se non temessi di far arrossire la di lei modestià, direi di non aver prima nepure udita là metà di quel, che ho poscia veduto col leggere. Quello stile così chiaro, così andante, unito con una Latinità tanto castigata, che ben si vede con somma fatica esser stata cavata, qual aqua limpida, immediatamente dalle sue fonti, mi hà dato gran contento in scorrerne l' Opra; donde ne prendo motivo giustissimo di rallegrarmi con lei, che n' è l' Autore. Quanto poi quel, che contiene, toccherà all' inclita sua Congregazione il congratularsi, non sò ben dire, se con se medesima, o con V. P. Rma, mentreche avendo Ella posti in chiaro tanti Uomini dottissimi; molti de quali sarebbero restati sepolti tra perpetue tenebre dell' oblio, accresce un grande nuovo lustro agli antichi splendori di quella Religione, che fu sempre Madre feconda d' Uomini segnalati in dottrina, e santità. Supplico V. P. Rma ricevere questo mio umilissimo foglio per sincero attestato della verità, con che pieno di stima, mi dò l' onore di protestarmi per sempre.

Di V. P. Rma — Assisi; Dal Sagro Convento 25. Novembre 1731.

Umilissimo Servo. — Fr. Giuseppe Antonio Marchesselli de' Min. di S. F. C

Reverendissimo Padre, Padrone Collendissimo.

Cl. Doctoris Justiniani Pagliarini.

NEl rimandare a V. P. Rma i fogli, ch' erano restati in mie mani, della sua Biblioteca Casinense, le ne rendo le grazie più ossequiose, che sò, e posso, per l' onore singolarissimo, col quale si è degnata darmi nuove riprove della soprafina sua gentilezza, anticipandomi il godimento, che è stato ben grande, della lettura di un Opera per tutti i numeri degnissima, ricca d' infinite rare notizie, disseppellite per la maggior parte con immensa fatica dalle tenebre

della dimenticanza, e disposte tutte in buon ordine con iscelta locutione di purità latina, che illustrano insieme tanti ragguardevoli Soggetti per dottrina, per santità, e per opere insigni della chiarissima sua Congregazione Casinense, e mettono in prospetto di chiara luce la profonda dottrina, la sceltá erudizione, il buon gusto, e il sano giudicio di V. P. Rma. Io non mi diffondo nelle dovute lodi, che dovrà Ella aspettare a laudatis Viris, e da chiunque ha fior di senno, ed amore per Opere similiutilissime alla Repubblica Letteraria, ma restringo le vive espressioni di questo riverente ufficio ad una sincerissima congratulazione, che avanzo a V. P. Rma per l' immortalità, ch' Ella ha saputo lavorare al suo chiarissimo nome; e a protestarle ancora le vere, e eterne obbligazioni, non meno che quelle di tutta questa Città, che le se dichiara sommamente tenuta per il decoroso risalto, che ha dato alle virtù del già dottissimo, e piissimo Monsig. Isidorio Clario, gran lume della sua Congregazione, e gloria di questa Chiesa, che fu da lui retta con ammirabile pastorale zelo per lo spazio di anni sette, accertandola, che siccome resterà qui eterna la memoria di quell' insigne Prelato, così vi durerà sempre viva l' obligata gratitudine alle grazie di V. P. Rma, alla quale con pienezza di stima, e di ossequio faccio umilissima riverenza.

Di V. P. Rma — Foligno 18. Gennaro 1732.

Divotissimo, e Obbligatissimo Serv. Vero
Giustiniano Pagliarini.

Reverendissimo Padre, Padrone Collendissimo:

Non so, se sia stata in me maggiore, o l' ammirazione, o il diletto nel leggere l' Opera eruditissima della Biblioteca Casinense &c., che V. P. Rma con tanta sua gloria stà per dare alla luce; perche, se nel mirarne l' industrioso composto, la purità, e fluidezza del dire, sempre uguale, sempre maestoso, e chiaro, e quelche è più, se nel ponderare in essa il grand' impiego di fatica, e di tempo, quella seppe tutto sorprendermi; questo, oltre alli medesimi motivi, nel rivedere ancora tanti attestati d' Uomini dottissimi, ch' ebbi la sorte di conoscere, o trattare in Roma, crebbe nel mio cuore all' ultimo segno. So ben però, che sì l' uno, che l' altro effetto m' obliga non meno a congratularmi, come riverentemente faccio, con V. P. Rma, e direi quasi più colla Congregazione medesima, i Soggetti più insigni della quale Ella à ritolti all' oblivione per ridonarli a miglior vita: che a rendere alla P. V. Rma le più ossequiose grazie per quelle si è degnata farmi con tal permissione. E resto facendole umilissima riverenza.

Cl. Abbatis Joan. Octavii Stampeggi.

Di V. P. Rma — Casa li 30. Gennaro 1732.

Umiliss. Divotiss. Serv. Obbligatiss.
Gio. Ottavio Stampeggi.

INDEX
NOMINUM SCRIPTORUM
SECUNDÆ PARTIS

Lu-

In litera V

INDEX

Monasteriorum, & Virorum Illustrium, qui in eis floruerunt

SECVNDÆ PARTIS.

Ma-

Maurus Chiaula
Maurus Marchesius
Michael de Judice
Petrus Antonius Tornamira
Petrus de Alcamo
Pius Cotta
Placidus de Judice
Romanus Sincerus
Simplicius Paruta
Stephanus de Amico
Thomas Mannarinus
Victorinus Aurelius
Zacharias Firmatura
S. MICHAELIS ARCHANGELI MONTIS CAVEOSI.
Seraphinus Tansi
S. NICOLAI DE ARENIS CATANÆ.
Nicolaus Riccioli
Nicolaus Maria de Tedeschis
Paulus Gravina
Valerianus de Franchis
Vitus de Amico
S. NICOLAI DE LITTORE VENET.
Philippus Allegret
S. PAULI ROMÆ.
Marianus Armellini
Maurus Sellori
Paulus Baccius
Philippus Tanus
Prosper Vallisnieri
S. PETRI MUTINÆ.
Maurus Lazarelli
Zacharias de Bastardis
S. PETRI PERUSII.
Modestus Ciccontus
Petrus Clavarinus
Philippus Vibius
Stephanus Lentius
Zaccharias de Aloisiis
S. PLACIDI MESSANÆ.
Stephanus de Amore qui postea S. Flaviæ
Stephanus Porrus
S. PROCULI BONONIÆ.
Nicolaus à Bononia
S SALVATORIS PAPIÆ.
Vincentius à Mediolano
S. SCOLASTICÆ SUBLACI.
Marcus Antonius Sublacensis
Villielmus Capisacchi

Virginius Aluisset
S. SEVERINI NEAPOLI.
Mauritius Monachus
Petrus Paulus della Gatta
Pius de Marra
Placidus Capparelli
Prosper Phanellus
Romualdus Ribera
Thomas Cæsaranus
Vincentius Campanus
S. SIMPLICIANI MEDIOLANI.
Seraphinus Cantonus
Valerianus Castiglionius
Valerianus Degauus
S. SIXTI PLACENTIÆ.
Marcus Antonius Scipio
Sebastianus à Placentia
Stephanus Cataneus
Vincentius Squaldus
Urbanus à Mediolano
SANCTISSIMÆ TRINITATIS CAVÆ.
Marinus Albritius
Petrus Ursinus
Philippus Maria de Pace
Placidus à Salerno
Severinus Boccius
Urbanus Carrara
Victorinus Manso
Vincentius de Tuciis
S. VITALIS RAVENNÆ.
Paulus Racchi
Petrus Paulus Ginanni
Placidus Turchi
Vitalis Mattarellus
INCERTI MONASTERII.
Maurus a Mutina
Maurus Orbini incertæ Congregationis
Maximus Seregno
Michael Brixianus
Nicolaus Mini
Petrus de Bellentanis
Petrus Muti
Salvator Cremonensis
Stephanus Perozzi
Theophilus Monachus
Theophilus Brixianus
Venantius Calvani
Victorinus à Messana
Victorinus à Parma

I N D E X

Urbium, & Virorum Illustrium, qui ex eis prodierunt nostræ Congregationis.

SECUNDÆ PARTIS.

LI-

LIGNANI IN PEDEMONTIO.
Matthias Matalea
MANTUÆ IN GALLIA CISALPINA.
Petrus Ordelaphi
Simeon Bafchiera
Theophilus Folengus
MATERÆ IN APULIA.
Seraphinus Tanfi
MEDIOLANI IN INSUBRIA.
Paulus à Mediolano, in Appendice
Pius Mutius
Seraphinus Cantonus
Seraphinus Fontana, in Appendice
Valerianus Caftiglionus
Valerianus Deganus
Vincentius à Mediolano
Urbanus à Mediolano
MESSANÆ IN SICILIA.
Petrus Cæleftinus, in Adjunctis
Stephanus Portus
Victorinus Aurellus
Victorinus à Meffana
MONTIS OPULI IN SABINIS.
Seraphinus Cerafoli
MONTIS REGALIS IN SICILIA.
Paulus Catania
MUTINÆ IN ÆMILIA.
Maurus Lazzarelli
Profper Mazzi
Zacharias de Baftardis
NARNIÆ IN UMBRIA.
Villielmus Capifacchi
NEAPOLI IN CAMPANIA.
Marinus Albritius
Paulus Riveglia
Petrus Paulus della Gatta
Philippus Maria de Pace
Pius de Marra
Placidus Capparelli
Profper Quaragna
Romualdus Ribera
Thomas Cæfaranus
Thomas à Neapoli
Thomas Crifpus, in Appendice
Timotheus Gargano, in Appendice
Victorinus à Neapoli in Appendice
NICEÆ IN PROVINCIA.
Vincentius Barralis Salerna
NOVARIÆ IN INSUBRIA.
Stephanus Cataneus
OPITERGII IN CARNIOLA.
Petrus Vadinus, in Appendice

PANORMI IN SICILIA.
Martinus Anaftafi
Maurus Chiaula
Maurus Marchefius.
Michael de Judice
Petrus Orlando, in Adjunctis
Petrus Antonius Tornamira
Pius Cofta
Placidus de Judice
Seraphinus Gonzalez, in Appendice
Simplicius Paruta
Stephanus de Amico
Thomas Mannarinus
Zacharias Firmatura
PARMÆ IN ÆMILIA.
Mauritius Zappata
Maurus Spinazzi
Victorinus à Parma
Victorius Siri
Vitalis Terra Rubra
PATAVII IN VENETIA.
Petrus Vecchia
Profdocimus Pignolatus
Theophilus Patavinus
PISCIÆ IN ETRURIA.
Placidus Puccinellus
PLACENTIÆ IN GALLIA CISALPINA.
Marcus Antonius Scipio
Raphael à Placentia
Sebaftianus à Placentia
Vincentius Squaldus
PLATEÆ IN SICILIA.
Stephanus de Amore
PERUSIÆ IN ETRURIA.
Philippus Vibius
Zacharias de Aloyfiis
PISIS IN TUSCIA.
Modeftus de Beccanis, in Appendice.
Modeftus Cicottus
POLITII IN SICILIA.
Romanus Sincerus
POTENTIÆ IN LUCANIA.
Theophilus à Potentia, in Appendice
QUINTIANI IN AGRO BRIXIANO.
Seraphinus de Quintiano
Seraphinus Bafellus, in Appendice
RAGUSII IN ILLYRICO.
Maurus Orbini
Philippos Alleget
RAVENNÆ IN FLAMINIA.
Paulus Racchi
Petrus Paulus Ginanni

Vitalis Mattarellus
REDONDESCI IN AGRO MANTUANO.
Theophilus à Redondesco, in Appendice
REGII LEPIDI IN FLAMINIA.
Petrus Muti
Prosper Vallisnivi
ROCCHÆ BERTRANDÆ IN CALABRIA.
Prosper Phanellus
ROMÆ IN LATIO.
Marianus Armellinus
Maurus Sellori
Marcus Antonius Vespignani
Paulus Baccius
Petrus Clavarinus
Philippus Tanus
Placidus Petruccius
Placidus ab Urbe
Simplicius Parisius, in Appendice
Stephanus Lentius
SALERNI IN PICENTINIS.
Placidus Pugliesi
SALODII AD LACUM BENACUM.
Nicolaus à Salodio
SENIS IN TUSCIA.
Seraphinus Casulanus
Theophilus Martius
SENISII IN LUCANIA.
Petrus Paulus Canusius, in Appendice
SONDRII IN VALLE TELLINA.
Simplicianus de Quadris
SURRENTI IN PICENTINIS.
Zacharias Sersalius
TITI IN LUCANIA.
Simplicius Caffarelli
VENUSIÆ IN APULIA.
Matthias Venusinus
VENETIIS IN MARI ADRIATICO.
Marcus Valle
Theophilus Michaelius
VICENTIÆ IN VENETIA.
Odoardus Bissonus
Odoardus de Tonsis

Monasteriorum vero in quibus, qui in Appendice, & Adjunctis recensentur, floruerunt nomina hæc sunt.

S. BENEDICTI MANTUÆ.
Anastasius Cazanicus
Theophilus de Personellis
Theophilus à Redondesco
Theophilus Stranga
CASINI.
Desiderius à Regali
Eusebius à Parma
S CATHARINÆ GENUÆ.
Anselmus Centurioni
S. COLUMBANI DE BOBIO IN ALPIBUS COTIIS.
Paulus à Mediolano
S. EUPHEMIÆ BRIXIÆ.
Gabriel à Brixia
SS. FAUSTINI ET JOVITÆ BRIXIÆ.
Floribertus à Gandavo
Jacobus à Mantua
Seraphinus Basellus
SS. FELICIS, ET FORTUNATI VICENTIÆ.
Anastasius Galdiolus
S. GEORGII MAJ: VENETIARUM.
Petrus Vadinus
Ludovicus Malumbra
S. HONORATI LIRINI.
Cælarius de Laude
Hilarius ab Annpoli
Maximus à Collemartio
S. JACOBI MELITENSIS IN MARI ADRIATICO.
Ignatius Georgii in Adjunctis.
S. JO: EVANGELISTÆ PARMÆ.
Benedictus Trezzi
S. JUSTINÆ PATAVINÆ.
Innocentius à Veneriis
Jo: Baptista à Verona
Laurentius Gazius
Ludovicus Barbo
S. MARTINI PANORMI.
Adrianus Miranda in Adjunctis.
Honorius à Panormo
Isidorus à Panormo
Seraphinus Gonzalez in Appendice.
Victorinus Paternò, in Adjunctis.
S. MARIAE DE CAESENA.
Augustinus Randinus, in Adjunctis
Sebastianus Lancetti
Tibertus de Tibertis
S. MARIAE GANGII IN SICILIA.
Bernardus à Panormo, in Adjunctis
Petrus Orlando, in Adjunctis
S. MARIAE DE FLORENTIA.
Innocentius a Navaria
S. PLACIDI DE CALONERO MESSANAE.
Archangelus Zuccarato in Adjunctis
Petrus Cælestinus à Messana in Adjunctis
S. PETRI PERUSII.
Cyrillus à Montis Falco
Marcus Antonius Vespignani
Modestus de Becanis
S. PETRI IN GLASSIATE.
Jacobus à Mediolano
S. PROCULI BONONIAE.
Hilarius à Pulcitto
Protasius Bolzanus
S. SALVATORIS PAPIAE.
Columbanus à Como
Simplicianus de Quadris
S. SCOLASTICE SUBLACII.
Placidus ab Vrbe
Sylvius Parisius
S SEVERINI NEAPOLI.
Hieronymus de Iudice
Petrus Paulus Canusius
Theophilus à Potentia
Timotheus Gargano
Thomas Grispus
Victorinus à Neapoli.
S. SIMPLICIANI MEDIOLANI.
Seraphinus Fontana
S. SIXTI PLACENTIAE.
Honoratus Arcelli
Jo: Baptista à Placentia
IN CETRAE PATRIÆ.
Marcus Antonius Monachus Sublacensis
Maria Stella Scutellari Monialis Parmensis
Maximus Seregno
Petrus de Bellenranis
Taddæus Grassi in Adjunctis
Victorinus Paternò in Adjunctis
IN CERTI MONASTERII.
Hippolytus Ballarini in Adjunctis
Isidorus à Panormo
Vitalis à Castillione

ERRATA SECVNDÆ PARTIS.

IN secundâ quoque parte, quamplures irrepserunt errores Typographi tum incuriâ, tum ignorantiâ quos licet majori, qua potui diligentiâ emendare studuerim, non nulli tamen oculorum aciem eluserunt ex eo potissimum, quod Author ita verba putat se habere, sicut reverâ deberent; postea vero à me aliisque accuratius recognita, sequentia sphalmata abscondere non potuerunt. Non ergo te pigeat, benigne Lector, quotiescumque in Operis decursu errorem aliquem graviorem offenderis; ad hanc eorumdem correctionem inspiciendam recurrere, humanæque compatere conditioni, quæ vix, aut ne vix quidem Opus ullum sine plurium errorum aspergine potest absolvere,

GRAVIORA ERRATA SIC CORRIGE

Pag. 2. lin. 5. illud	istud
Ibid. lin. 6. translatio	stranslationem
Pag. 10. lin. 9. 1514.	1524.
Pag. 21. lin. ult. Apostolis	Aprilis
Pag. 37. lin. 27. compositos	compositum
Pag. 38. lin. antepenult. profaniqne	profanâque
Pag. 56. lin. ult. Doctissimus	A doctissimo
Pag. 58. lin. ult. itinere	itinera
Pag. 60. lin. 18. 1547.	1543.
Pag. 61. lin. 15. Alpis	Alpium
Pag. 62. lin. 1. 1626.	1726.
Ibid. lin. 43. se ipsum	se ipsam
Pag. 64. lin. 43. (namque	ita namque
Pag. 70. lin. 40. linguis evasit	linguis doctissimus evasit
Pag. 71. lin. 20. Elogia	Elegia
Pag. 73. lin. 9. putuerit	potuerint
Ibid. lin. 35. incussam	inconcussam
Pag. 75. lin. 6. exertens	exercens
Pag. 77. lin. 31. Homilia	Homilias
Ibid. lin. 39. Lucas Brixia	Lucas à Brixia
Pag. 79. lin. 31. Præstantia, Scientia, ac Visio	præstantiam, scientiam, ac Visionem
Pag. 81. lin. 23. alterius	tertii
Pag. 82. lin. pen. 1427.	1437.
Pap. 84. lin. 38. institutæ	institutâ
Pag. 85. lin. 1. miraculosius	mirabilius
Ibid. lin. 22. Basileensis	Basileensi
Pag. 89. lin. 16. Congregationi	Congregationis
Pag. 93. lin. 29. 1549.	1659.
Ibid. lin. 38. digegestum	digestum
Pag. 94. lin. 25. 2694.	1694.
Pag. 95. lin. 25. æternam	æternâ
Pag. 99. lin. 36. obiit è vivis	abiit è vivis
Pag. 105. lin. 47. dicitur	dicto
Pag. 106. lin. 8. egregiæ	egregiè
Ibid. lin. 14. excusum	excusus

Ibid. lin. 29. & seqq. Maximum hunc, ab Aretio unum, eundemque existimo cum *Marco Antonio* ab Aretio, de quo supra pag. 92. nam uterque Aretinus Patria, uterque Professus fuit Sublacensis, uterque D. P. Benedicti Vitam Octonis Rythmis Canticis XII. decantavit, qui Romæ in Bibliotheca S. Pauli extabant: Itaque vel ille *Maximus*, vel ille *Marcus Antonius*, vocari, & pro unico censeri debet.

GRAVIORA ERRATA SIC CORRIGE

Pag. 108. lin. 24. omittere	omitterem
Pap. 117. lin. 38. nomini	nominis
Ibid. lin. 47. hæc sunt	hæ sunt
Pag. 120. lin. 35. io	in
Pag. 123. lin. 9. Trattamenti,	Trattenimenti
Ibid. lin. 41. Priorarum	in Prioratum
Pag. 125. lin. 17. relatus	relatum
Pag. 128. lin. 39. Conscientiæ	Conscientiâ
Ibid. lin. 46. 1494.	1594.
Pag. 132. lin. 37. Vita	Vitas
Pag. 133. lin. 44. fratrem	fratre
Pag. 138. lin. 11. pag. 38. lin. 7.	pag. 136. lin. 40.
Pag. 139. lin. 30. 1668.	1678.
Pag. 140. ante lineam primam deest hæc vox	MANUSCRIPTA
Pag. 141. lin. 33. Carolo	Cardinali
Pag. 142. lin. 3. 1699.	1669.
Ibid. lin. pen. animadvertisset	animadvertisse
Pag. 143. lin. 26. tempore	tempora
Pag. 147. lin. 12. Laurentii	Lactantii
Ibid. lin. 29. Discorsa.	Discorso
Pag. 149. lin. 37. videns	videas
Pag. 153. lin. 22. in Gallias mandat	in Gallias ejus mandato
Pag. 164. lin. 20. pag. 80.	pag. 89.
Ibid. lin. 41. præstitis	præstitie
Ibidem ... testatur	testantur
Pag. 169. lin. 12. rogata	rogatu
Ibid. lin. 41. Hugoni Camertum	Hugoni Hetruriæ Camertum &c.
Pag. 171. lin. 47. illæ	ille
Pag. 173. lin. 12. ad anno	ad annum
Ibid. lin. 14. 1701	1721.
Pag. 174. lin. 10. devixit	devinxit
Pag. 180. lin. 8. 1381.	1530.
Pag. 183. lin. 36. ae	de
Pag. 189. lin. 47. Hymphos	Nimphas
Pag. 191. lin. 14. in corporabilis	incomparabilis
Ibid. lin. 23. spiritum	spiritu
Pag. 195. lin. 23. doctissimos	doctissimus
Ibid. lin. 28. altre	oltre
Pag. 196. lin. 2. eximium	eximium zelatorem
Ibid. lin. 4. accessit im	accersitum
Ibid. lin. 13. annotionibus	annotationibus

Ibid. lin. pen. Cœnobis	Cœnobii S. Benedicti
Ibid. lin. ult. agerer Pater Abbas	agereretjus Abbas
Pag. 197. lin. 30. moriendi	moriendi
Pag. 201. lin. 32. nem'	men'

IN LITTERA V.

Pag. 7. lin. 8. distinguunt	distinguuntur
Pag. 24. lin. 35. pag. 413.	pag. 95.
Pag. 38. lin. 24. opera	operam

IN ADDENDIS.

Pag. 39. lin. 21. pag.	pag. 151. lin. 3.

IN APPENDICE

Pag. 3. lin. 15. Pont. Max.	Pontt. Maxx.
Pag. 5. lin. 7. an . . . die.	an. 1541. die 5. Junii

Alia quæ supersunt, præsertim ad Ortographiam, & Interpunctionem pertinentia, vel ipse accuratius corriges, vel benigne præteries. Ego siquidem, omnia (ni fallor) errata, tum à me, tum ab aliis accuratissime deprehensa, in uno ex impressis exemplaribus, quod apud me retineo, ne uno quidem omisso, mea manu diligenter correxi, ut si aliquando aliam hujusce Operis editionem adornari contigerit, ejusdem correctissimi exemplaris ope, ac indicio, quam emendatissima prodire tandem possit (si tamen per Typographos liceat). Sed in aliis omnibus exemplaribus id ipsum præstandi nec otium, nec vires fuerunt: Indicem tamen MS. omnium erratorum exaravimus, & eidem nostro exemplari præfiximus, ut absolutissimam correctionem agressuro adjumento esse possit. Vale

BIBLIOTHECÆ
BENEDICTINO-CASINENSIS
ALIAS
CONGREGATIONIS S. IUSTINÆ PATAVINÆ
PARS ALTERA.

I

IACOBUS ASTENSIS Pedemontanus, Monasterii S. Benedicti in agro Mantuano alumnus factus an. 1421. die 1. Augusti, ac temporis progressu etiam Prior, & Abbas. Vir fuit, teste Arn. Vvione, pietate, ac probitate conspicuus, qui ut optimum decebat Monachum, Sanctorum Patrum opera assiduè præ manibus habens, ac pervolutans, ex eisdem operibus concinnavit

Auctoritatum SS. Patrum l. 1. qui MS. asservabatur in Bibliotheca parva præfati Monasterii, ut asserit laudatus Arn. Lig. Vit. l. 2. c. 70. pag. 428. Est Liber in 4. haud parvæ molis, pagg. nimirum 377. qui extat adhuc in ead. Bibl. Padoliron. in quo Jacobus diligenter collegit ex Sanctis Patribus, quorum verba fusè affert, varios tractatus, de virtutibus, & vitiis; incipit. „ Beda. Omnes autem invicem humilitatem insinuate; Omnes etenim debent, & Seniores, „ & Adolescentes, qui invicem jubentur humilitatis insinuare virtutem; ut hi vi„ delicet regendo, & illi obsequendo humiliter vivant &c. „ Ejus etiam meminerunt Anton. Poss. Appar. Sac. tom. 2; Andreas Rossottus in Syllabo Scriptorum Pedemontii pag. 294., Franc. della Chiesa in Catalog. Scriptor. Pedemont. p. 80. Obiit Jacobus an. 1460., ut habetur in fronte ejusdem libri ms. his verbis.

„ Notandum quod hunc librum scripsit ac lectitando per diversas auctoritates „ Sanctorum, composuit Venerab. Pater D. Jacobus de Asti Prior Claustralis hujus „ Monasterii S. Bened. de Padolirone, qui per quadraginta annos in spiritali mi„ litiâ Dño Christo militavit; Deinde confectus senio, & plenus bonis operibus „ migravit ad Dñum an. 1460. de mense Decembri. „ Ex quibus apparet error Chronologicus, qui Typographi, utputo, incuriâ in laudato Arnoldo irrepsit, ubi liber hic à Jacobo scriptus dicitur an. 1520. cum professionem ille emiserit an. 1421., & obierit an. 1460. intra quos terminos librum fuisse scriptum necesse est. In nostris regestis dicitur *Abbas pius, & doctus.*

JACOBUS CARRARA Bergomensis S. Justinæ Patavinæ alumnus, ubi solemnem professionem emisit an. 1707. die 27. Decembris, Transtulit ex Gallico in Italicum Sermonem.

Vita di S. Benedetto scritta da S. Gregorio il Grande, con una spiegazione de' luoghi più importanti, e con un Compendio della Storia del di lui Ordine. Opera del Padre D. Giuseppe Mege Religioso della Congreg. di S. Mauro, tradotta dal Francese da un Monaco Casinense; Venezia presso Cristoforo Zane 1730. titulus quidem impressus est, sed non dum opus; imò nec illud quidem adhuc completum accepi, id est translatio e Gallico laudatæ Vitæ D. Benedicti.

JACOBUS CAVACCIUS, Patavii honestis Parentibus natus, in D. Justinæ Monasterio an. 1584. die 1. Novemb. Sæculo renuncians, integrque nostros cooptatus, doctrinæ, ac ingenii famam percelebrem brevi admodum obtinuit. Instructus enim à natura acri Intellectus acumine, & rarâ memoriæ felicitate, in omnibus disciplinis, quibus operam dedit, insigniter profecit, vocatus propterea ab eruditis ejus temporis, *Ingeniorum Portentum*; Testantur id inter cætera Historiarum libri, quos de amplissimo S. Justinæ Cœnobio conscripsit, eâ scilicet latini Sermonis elegantiâ, ac proprietate digesti, ut ad Livianam dignitatem propiùs accedere videantur; at immatura mors, quæ illum, cum Prioris munere fungeretur anno 1612. sustulit, ætatis ejus 45., majora, ac præclariora ingenii monumenta, quæ Cavaccius edere meditabatur, jamque literis tradere parabat, nobis invidit, duo tantùm, imò unicum ejus opus, ut extremam limam subiret, ægrè permittens: nempe

1 *Historiarum Cœnobii D. Justinæ Patavinæ* lib. 6. quibus Casinen. Congreg. origo, & plurima ad Urbem Patavium, ac finitimos attinentia, opportunè interseruntur, Venetiis an. 1606. per Andream Muschium in 4., iterumque Patavii an. 1696. ex Typographia Seminarii in 4.; refertur etiam ab Authore Catalogi *des Principaux Historiens* &c. impress. Parisiis an. 1713. Clas. XI. pag. 44.

2 *Illustrium Anachoretarum Elogia*, sive *religiosi Viri Musæum*, opus posthumum, nec correctum, nec completum; operâ Laurentii Pignorii primùm in lucem editum Venetiis, ex Typographia Pinelliana an. 1625. in 4. deindè Romæ an. 1662. typis Jacobi Dragondelli in 4. operâ D. Jo: Baptistæ Boccii Abbatis Aretini. Sed in hac postrema editione deest, quæ in Pinelliana ad calcem legitur, scilicet, 3 *Oratio Encomiastica in laudem Serenissimi Leonardi Donati Ducis Venetiarum*, sivè *Posteritati*, *ex rebus ab ipso hactenus gestis incitamentum*; item, 4 *Ad Tyrannum*, quem D. Laurentii Martyrio adstantem picta tabella referebat, *Ode*, 5 *Ad Urbem Regium* pro translatione S. Prosperi. *Ode*.

De eo agit Phil. Labbè in Bibl. Bibl. pag. 151., & 275., in qua hæc habet; „ Jacobus Cavaccius Patavinus M. C. Cass. Illustrium Anachoretarum elogia &c. „ In iis quidam reperiuntur Scriptores Ecclesiastici, ut Antonius, Macarius, Hieronymus, quemadmodum, & in Sylva Anachoretica Egypti, & Palestinæ, figuris æneis, & brevibus vitarum Elogiis expressa, Abrahamo Blomaert Inventore, Boetio à Bolsuvert. Sculptore, Antuerpiæ apud Henricum Aerstissium 1619. „ Angelus Portenarius librò, *Felicità di Padova* l. 1. c. 7. pag. 275., & lib. 9. c. 21. pag. 436. „ Giacomo Cavazza e stato Uomo dottissimo in molte scienze, ed in particolare versatissimo nell' Istorie; Ha scritto in lingua Latina con purgatissimo stile, sei libri dell' Istoria di S. Giustina, nelli quali sono inserite le Croniche di Padova. Fiorì nel 1606. „ citatque in margine Scardeonium l. 2. fol. 138. Ant. Teisser, in Catal. authorum, qui librorum Catal. scripserunt parte 1. pag. 141. qui tamen cuncta ex Labbeo desumpsit. Omnium tamen luculentissimo elogio in modum Epistolæ concinnato, frontique Musæi Anachoretici præfixo, Laurentius Pignorius, Jacobum Cavaccium, cui tam studiis, quam ingenio erat conjunctissimus, prosequitur his verbis „ Nemo „ fortè melius hac nostrâ ætate monstravit, quid valeat vivida, & felix ingenii a

„ natura

„ natura vis, quam Iacobus Cavaccius Condiscipulus olim noster, & amicus om-
„ nium horarum. Is enim tenui Patre natus in tenuiore censu, neque magno ad-
„ modum profectu apud Præceptorem Grammaticum in ipsa pueritia instructus,
„ Casin. familiæ in clarissimo Cœnobio, cui apud nos D. Iustina Tutelaris est,
„ grandis jam natu nomen dedit. Ubi rara acerrimæ indolis felicitate, partim in
„ exacto Tyrocinio Monasticæ institutionis, partim in quotidiano, celebrique
„ precum horariarum penso, literas didicit, eo genii plausu, ut & prosâ, & ver-
„ su seria quæque, jocosa etiam pangeret, luderetque ad miraculum usque. Hi-
„ storiarum libri 6. brevissimo temporis intervallo absoluti, eruditorum manibus
„ teruntur, quos Phœnix Literatorum Isaacus Casaubonus unicè mirabatur.
„ Eodem naturæ fervenţis impetu delineantem, pennicillos tractantem, varias
„ literarum figuras artificis planè manu ducentem, acu pingentem, Icnographi-
„ cas, & Orthographicas ædificiorum formas describentem, & explicantem vidi-
„ mus olim non semel, & quidèm stupentibus magni nominis Architectis: Ad
„ hæc, rei harmonicæ peritiam eo successu sibi comparaverat, ut & canere ad
„ morosiorem illam Ecclesiasticam normam, & modulari ad recentioris concen-
„ tus delicatas leges apprimè nosset. Elogia hæc sacra magni operis exiguam Se-
„ ctiunculam, unius anni spatio elaboravit, pressus ingenti mole negotiorum,
„ quibus par omninò erat, seu facto, seu consilio, seu eloquio esset opus. Ingens
„ omnino ornamentum futurus, & religiosæ familiæ, quæ alumnum suum certâ
„ spe ad maxima quæque destinaverat, & non ingratæ patriæ, quæ illum intèr
„ præcipua gloriæ suæ columina jam tum adnumerabat, ni mors sueta illudere
„ mortalium votis, & optima quæque in ipso plerumque florentis gloriæ exordio,
„ surdâ, & implacabili falce sibi demetere, subitâ ingentis morbi veluti ruinâ op-
„ pressisset Venetiis annos natum quinque, & quadraginta, anno salutis 1612.
In Epistola verò nuncupatoria ad Dominicum Molinum Senatorem, cui idem Laurentius Pignorius prædictum Cavaccii Musæum dedicavit, hæc de eo addit.
„ Et ò si nancisci licuisset omnes amici Auctoris literarios labores, quos ma-
„ la, & sacrilega manus plagiarii alicujus aliò avertit, haberent profectò cruditi
„ Lectores, *Epistolas*, *Carmina*, *&* *alia literaria monumenta*, quibus se cum
„ fructu perdiù oblectarent; Ex unica sanè Ode, quam ego apud me, & quidèm
„ authographam, delitescere non sum passus, admetientur studiosi, veluti ex pede
„ Herculem hunc nostrum, si non Musagetem, * at Mystam * Musarum &c.„ In nostris quoq; Regestis dicitur *Prior*, *Vir doctissimus multa scripsit eleganti ssimè*.

* Ideft Musarum Præsidem
* Sacerdotem, seu Sacris Musarum initiatum.

IACOBUS GADDI (Arnoldus habet Gandus) Florentinus Patriâ, & monasticâ Professione, quam apud insigne Cœnobium S. Mariæ ejusdem Urbis auspicatus est an. 1548. die 21 Martii; floruit Sac. humanisq; literis, & regularis disciplinæ fervore; obiit an. 1585. ætatis suæ 78. piiss. ac religiosiss. scripsit Italicè,

Istoria dell' uno, e dell' altro Mondo, o sia Istoria divina impress. an. 1571. ad Magnum Etruriæ Ducem Cosmum lib. 5. in 4., ubi homo diligenter instruitur in fide, Christiana lege, ac bonis moribus.

Agunt de eo Arn. Vvion Lign. Vit. l. 2. c. 70. pag. 428., & ex eo Ant. Poss. Appar. Sac. tom. 1. pag. 787., qui pariter *Gandum*, sivè *Gardum* appellat, utporè omnia de eo, aliisque nostris, ab eodem Arn. mutuatus. Michael Pocc. in Catal. Script. Florent. pag. 86., quem sacrarum literarum æmulatorem perpetuum appellat. Plac. Pucc. App. hist. c. 9. pag. 11. ortum eum nobili familia de *Gaddis* asserit, & multa alia mss. opera posteris reliquisse, quæ tamen distincte non indicat, iterumque in Chron. Ab. Flor. pag. 144., ubi I. V. D., atque ob scientiam valdè in patria commendatum scribit. Novissimè Iulius Negri è Soc. I. in historia Scriptorum Florentinorum impressa Ferrariæ 1722. pag. 328.

Sed perperam ibi Monasticam Religionem ingressus dicitur sęculo xvii. cũ circa finem sęculi xvi. obierit.

col. 1. à quo etiam Iacobus *Gardus* appellatur; In Necrologio verò Monachorum Abbatiæ Florentinæ vocatur cognomine *Gardius*, ejusque opus dicitur posteris minimè pœnitendum, laudatur à charitate, & diligenti cura infirmorum, quam annis non minus viginti eis impendit, narraturque in Abbatia Buggianensi, quæ Florentinæ est adnexa, in læthalem morbum incidisse, indeque Florentiam reportatum, cum sex continuis diebus nullum prorsùs alimentum sumere quivisset, animam exhalasse nonis Novembris anno designato, Matre adhùc superstite.

IACOBVS GRAFFIVS in Sæculo Petrus, nobilis Capuanus, Neapoli in S. Severino Monastici Instituti assecla evasit an. 1572. die 3. Apr. ætatis suæ 22. Vir quidem non minùs Vitæ Sanctimoniâ, quàm morali scientia satis ubique celebris, Iuris etiam utriusque Doctor insignis, & Neapolitanæ Vrbis, ac Diœcesеos, non solum librorum Censor, sed etiam (quod in regulari Viro ibidem hactenùs inusitatum) Major Pœnitentiarius. Eum Paulus V. Pont. Max. ob doctrinæ, ac virtutis præstantiam, plurimi fecit, Abbatisque titulo, cum regimen constanter recusaret, motu proprio honestavit. Graffius enim rerum omnium caducarum abjectis curis, nihil antiquius habuit, quàm sacræ doctrinæ studiis, veræque pietatis cultui, quamdiù vixit, vacare. Cum itaque Christianam Rempublicam, tùm libris aureis, tùm præclaris virtutum exemplis locupletasset, non sine Sanctitatis opinione mortalis vitæ cursum Neapoli feliciter complevit anno Æræ vulgaris 1620. die 19. Octob. ætatis suæ 72., cujus venerandam memoriam, & Neapolitani; & Capuani Cives usque in præsens recolunt. En operum ejus, eorumque impressionum Catalogus, quoad fieri potuit, accuratè collectus.

1 *Decisionum aurearum Casuum Conscientiæ pars 1.*, in 4. libros divisa; Venetiis apud Damianum Zenarium an. 1591., & iterum apud eumdem jam *locupletata*, *& aucta* an. 1593., & tertio ibidem apud eumdem an. Iubilæi 1600., & 4 pariter Venetiis apud hæredem ejusdem Zenarii an. 1609., & iterum ibidem apud eumdem an. 1610., & Taurini apud hæredem Nicolai Bevilacqua an. 1592., & Lugduni apud Iuntas eodem anno 1592.

2 *Decisionum aurearum pars 2.* tribus libris distincta, Venetiis apud Damianum Zenarium an. 1596. in 4., & iterum an. Iubilæi 1600., & tertiò an. 1611. *aucta, & purgata, & emendata*, & 4. an. 1626. apud hæredem ejusdem Zenarii in 4.

3 *Appendix tàm primi, quàm secundi tomi Decisionum aurearum*, in qua non solùm multa in prædictis tomis contenta exactius, & diligentiùs explicantur; sed etiam alia plurima *de Pœnitentia, & Casuum reservatione, de Indulgentiis, de Excommunicatione, de Electione, & regimine animarum*, Confessariis, ac Pœnitentibus admodum utilia, & necessaria adducuntur; Bononiæ 1603. apud Gasparem Bindonum; & Venetiis an. 1610. apud hæredem Damiani Zenarii in 4.

4 *Additamenta ad primam, & secundam partem Decisionum aurearum*; opus verè aureum, in quo præter ea, quæ aliàs & ventilata, & discussa fuere graviter, nonnulla etiam nunc recenter prioribus auctarii vice apposita, & quædam pariter planè nova &c. pertractata accesserunt. Venetiis an. 1610. apud hæredem Zenarii, & iterum ibidem an. 1613. in 4.

5 *Consiliorum*, sivè *Responsorum Casuum Conscientiæ* tom. 1., libris quinque juxta Decretalium numerum, & ordinem distributorum. Venetiis apud Io: Guerilium an. 1604. in 4., & iterum apud eumdem an. 1610.

6 *Eorumdem Consiliorum &c.* tom. 2. lib. 5. Venetiis apud eumdem anno 1610. & anno 1612. in 4.

7 *Practica quinque Casuum Summo Pontifici reservatorum juxta decretum Clementis*

mentis VIII., & etiam reservatorum Episcopis, & Archiepiscopis Italiæ, & etiam Interpretatio undecim Casuum Prælatis Regularibus reservatorum. Neapoli, ex Typographia Tarquinii Longi an. 1609. in 4. iterumque ibidem apud Scorrigium an. 1613., & Mediolani apud Io. Bapt. Bidellum an. 1610., & Venetiis apud Georgium Valentinum anno 1619.

8 *De Arbitrariis Confessariorum, quæ attinent ad Casus Conscientiæ* l. 2. Neapoli, ex Typographia Lazari Scorrigii anno 1613., & Venetiis apud Georgium Valentinum anno 1619.

9 *Sermones Spirituales totius anni* in duas partes divisi, quarum una continet *Conciones* à Dominica prima Adventus usque ad festum SS. Trinitatis. Secunda *Conciones* à festo Corporis Christi usque ad Dominicam XXIV. post Pentecosten, nec non *sermones 5. de omnibus Sanctis*; alium de *Horto deliciarum Mariæ*; alium de *singulari dormitione ejusdem*. Item *contemplationes*, seù *considerationes* plurimas super Orationem Dominicalem. Venetiis apud M. Ant. Zalterium an. 1595., & iterum an. 1610. ibidem apud eumdem 4., & tertiò Colon. anno 1605. in 8. apud Io: Honthemium: ex his Hipp. Marr. in Bibl. Mariana hæc recenset. *De salutatione Angelica* serm. 3. *De Responsione* M. 1. *De Ortu Mariæ* 1. & *De singulari dormitione* M. Serm. 1. Scripsit etiam

10 *Sermonem Panegyricum* egregium de S. Patre Benedicto, cujus meminit Benedictus Hæphtenus Prolegom. 1. in vitam S. Patris Benedicti classe 5. reliquit etiam hæc mss.

1 *Summam Casuum Conscientiæ* copiosiss. ac utiliss. in quatuor partes divisam, in quarum prima agitur *de Sacramento Pœnitentiæ*, in secunda *de Præceptis Decalogi*, in tertia *de modo interrogandi Pœnitentem*, in 4. *de Censuris*: præmittuntur approbationes duorum Thelogorum ex nostris à Revmo Patre Præside Deputatorum, & etiam Censorum Synodalium ab Archiepiscopo Neapolitano prò impressione facienda an. 1588. quæ tamen hactenùs facta non fuit, sed opus hoc asservatur ms. in Bibl. S. Severini. Extant etiam ibidem

2 *Plures Sermones Spirituales autographi*, veram Sapientiam, & Sanctitatem redolentes. Item scripsit,

3 *De Potestate Papæ*, qui liber jussu Pauli V. Summi Pontificis allatus fuit in Vatic. Bibl., sicuti legitur in Epigraphe suppositâ effigiei ejusdem Graffii, quæ visitur in Sacrario S. Severini. Venetiis in Bibliotheca S. Georgii M. extat ejusdem Graffii opus ms.

4 *Tractatus Sacerdotalis prò Confessionibus audiendis*, lectus, seù dictatus ab eodem ibidem, scribente, & audiente Constantino Cajetano in eodem Monasterio Monacho.

Graffium celebrant Arn. Vvion Lig. Vit. l. 2 cap. 70. pag. 428. quòcum in S. Georgio se degisse an. 1595. affirmat: Gabr. Buc. in Benedicto Rediv. ad annum 1588. Georgius Drandius in Bibl. Claf. fol. 593., ubi meminit Sermonum spiritualium. Nicolaus Toppius in Bibl. Neap. pag. 109., sed nimis parcè, & jejunè. Ant. Poss. in App. Sac. tom. 2. pag. 787. juxta editionem Coloniensem anni 1608. Hipp. Marr. Bibl. Marian. part. 1. pag. 628., qui eum vocat *Virum non vulgari doctrina instructum, & raris virtutum ornamentis insignitum*. Hier. Ghil. vol. 2. Theat. Vir. lit. ill. pag. 108. & seq. qui inter omnes Casuum Conscientiæ Professores, neminem tàm Recentiorum, quàm Antiquorum clariùs, ac puriùs Graffio necessariam illàm, ac salubrem doctrinam exposuisse affirmat: neminem faciliùs, & efficaciùs graviora dubia his de rebus dissolvisse, ejusque opera *pulcherrimos ingenii fructus* appellat, Confessariis, ac Pœnitentibus, moralisque Theologiæ studiosis summè utilia, ac plurimâ laude dignissima.

Ludov.

Ludov. Moreri Grand: dict; hist. tom. 3. pag. 70. col. 2.; qui tamen, cum eum Abbatem *du Mont Casin'* nuncupat, ità intelligendus est, ut Graffius Abbas (tituli tantùm) Congr. Casin. fuerit, non verò Casin. Monasterii: Galli autem Abbates omnes Congr. Casin. *Abbez du Mont Casin'* vocant, ut etiam suprà in Gregorio Cortesio monuimus. Georgius Matthias Conig. Bibl. vet., & nov. pag. 357. ubi unicum ejus opus, *Decisionum aurearum* recenset. Novissimè Bern. Pez Epist. VIII. Apol. pag. 164. meminit Iacobi Graffii sermonum in Dominicis, & Festis in 4. Coloniæ 1627.; at Epistola X. pag. 234. in Catal. Scriptor. Ord. nostri, qui ab an. 1600, usque ad an. 1717. inclaruerunt, tria alia ejusdem opera enumerat. Itemque Felix Egger Idea Ord. Hierar. Bened. lib. 2. pag. 3. dissert. 3. n. 3. pag. 407. eum Virum undique doctiss. vocat, doctrinæque toto Orbe compertæ; laudat insuper ejus angelicam puritatem, morum summam integritatem, suavissimam in omnes comitatem, ac in primis tenerrimam in Deiparam devotionem, & fiduciam, refertque ejus dictum in ejusdem fiduciæ comprobationem, *Cælum* scilicèt, *Terrasque priùs peritura, quam eum, qui seriò devotus Deiparæ extiterit*; & etiam eadem part. 3. dissert. 8. pag. 522. ubi quædam ejus opera enumerat. Denique in quibusdam Regestis nostrorum Monachorum dicitur Graffius, *Vir I. V. D. Casista insignis, Abbas Titularis.*

Vitam porrò ejus duo pietate, ac doctrinâ insignes Monachi S. Severini Neapolis literis consignarunt, *Aloysius* nempè *Carrafa* ejus olim Confessionum Auditor, cujus autographum Latino Idiomate exaratum in Tabulario prædicti S. Severini asservatur; exemplar vero in brevi Chronico ejusdem Monasterii à Benedicto Laudati composito, legitur; In qua vita quoties Aloysio Graffium nominare contingit, *Beati Patris* titulo eum honorare non dubitat; alter ejus vitæ Scriptor, fuit Iacobus Majorica ejusdem Graffii discipulus (de quo mox) qui tom. 1. rerum memorabilium ad annum 1620., breviùs quidèm, sed æquè fideliter ejus gesta, virtutesque descripsit, Italico tamen sermone. Ex quibus, quæ præcipua, & admiratione digniora sunt visa, Latinè reddita delibavimus. A puero nempè eximiæ pietatis, ac pernicissimi ingenii, mirique in scientiis profectus specimen dedit; sed in primis amore, & cultu ergà Deiparam accensus, Virginei candoris lilium jejuniorum, ac verberum spinis circumdatum, ideòquè pulchriùs, & fragrantius efflorescens, eidem obtulit. Doctoris Lauream assequutus, trecentos aureos, quos in conviviis, aliisque inutilibus pompis, mos erat insumi, ipse honestis Puellis locandis consecravit. Advocati verò munere nullius prorsus lucri, aut commodi gratia, sed unicè pro Dei amore, pauperumque utilitate, summâ omnium laude perfungebatur. Monachus deindè, orationi, ac pœnitentiæ adeo deditus, ut in extasim quandoque raptus, cœlestis Patriæ dulcedinem prægustaret. Præter Psalmodiæ pensum, ac quotidianum Missæ Sacrificium, quamvis librorum Scriptioni, ac Spiritualibus Vrbis, ac Diœcesis innumero populo refertæ, negotiis esset implicatiss., incredibile videri posset tot etiam vocales preces, Rosaria, Coronasque, ut dicimus, parvæ item Officia, integrum insuper Psalterium, cunctasque Dominicales orationes per annum, quotidiè eum recitasse, nisi creberrimâ experientiâ constaret, eos, qui Deo familiariùs adhærent, nihil non ex voto conficere, nihil non facilè operari. Nigro pane, purâque lymphâ plures annos victitans, reliquos cibos, si quando sumeret, cinere aspergebat. Saccum tantummodo palea infartum annis triginta prò cubili habuit. Somnus illi brevissimus, nam ad Sacram Synaxim noctu surgens, duas etiam integras horas, spretis capitis, quibus affligebatur doloribus, aliisque morbis, rerum cœlestium contemplationi dabat, cilicium insuper asperrimum à scapulis ad genua usque in modum indusii

produ-

productum alternis diebus gestans, ne scilicet dolor consuetudine leniretur, sed potius identidem recrudesceret. Paupertatis rigidissimus Custos, nihil unquam pretiosi, aut pulchri in Cella admisit, neque ullum pecuniæ usum; Ut erat autem humillimus, à quacumque dignitate alienum semper se præbuit, nec nisi admodum invitus, & pro viribus reluctans, à Paolo V., cui librum suum *de Casibus reservatis*, obtulerat, Abbas Titularis creatus fuit; nec enim fluxos honores curare poterat, qui cœlestia unicè desiderabat. Erga Proximos charitate fervens, non solùm infirmis diligentissime inserviebat, sed etiam lucrandis Deo animis, maximè autem scelerosis, scripto, ac verbo assiduè vacabat. Nemo illum torpentem otio, nemo adversus quempiam iratum vidit. Venetiis in S. Georgii M. percelebri Monasterio Magister Tyronum constitutus, illos in monasticis disciplinis diligentissimè erudivit. Sacros etiam Canones plures annos doctissimè explicavit. Denique magnis laboribus pro Ecclesia Dei, tàm scribendo, quàm Confessiones audiendo, regularique observantiæ, ac jugi pœnitentiæ satis austerè operam dando, confectus, gravissimis etiam, tribus ante obitum annis, Podagræ doloribus, aliisque morbis, patientissimè, & cum gratiarum actione toleratis, morti jam proximus, adduci tamen non potuit, ut vel lineam interulam, vel lineum pileolum sumeret, laneâ subuculâ dimissâ, quamvis febrili æstu graviter ureretur, hoc tantum enixe efflagitans, ut Eucharistico quotidiè pabulo reficeretur. Die demùm obitus sui, aliisque rebus futuris prænunciatis (nam prophetiæ etiam Spiritu donatus fuit) felicissimè in Domino obdormivit anno 1620. die 19. Octob.; De quo duo præclarissima tradit supra laudatus Ven. Aloysius Carrafa eidem a confessionibus, testis utique omni exceptione major, nempè toto vitæ decursu nunquam læthale crimen, plena saltem voluntate, admisisse, ac virginalem integritatem ad obitum usque illibatam servasse. Corpus peculiari loculo repositum in veteri Ecclesia S. Severini quiescit. Multis prætereà in vitâ, & post obitum miraculis, præsertim in Dæmonibus effugandis, Graffius effulsit; interque ea, puero etiam luminibus orbato lucem restituisse, aliaque mirabilia edidisse narratur, quæ debitis probationibus literis consignata ad Dei, servique sui gloriam, ac posterorum, qui illa sciverint, utilitatem, & exemplum, extant in Archivio S. Severini. Pauca hæc, ex Graffii gestis, atque virtutibus à laudatis Scriptoribus, relatis, excerpsimus, ut qui jam scientiâ, & eruditione toto erat Orbe notissimus, Sanctimoniæ quoquè veneratione refulgeat.

JACOBUS MAJORICA, Patria Neapolitanus, Origine tamen Hispanus in eodem S. Severini Cœnobio Monastica emisit vota anno 1605. die 16. Iulii, ac deinde Prior Titularis declaratus, Religiosi viri partes omnes egregiè admodum adimplevit; nam sub Graffii Mag. nomen ejusdem non minùs, quàm Virtutes sortitus, magnis gressibus, Magistri exemplo præeunte, iter perfectionis arripuit. Columbæ enim simplicitatem, Serpentis prudentiâ munitam, ad ultimam usq; ætatem retinuit. Otii, ac torporis perpetuus, ac juratus hostis, vel in oratione, vel in lectione, vel in scriptione tempus omne vitæ sapienter insumpsit. Sed duæ præcipuè, inter virtutes reliquas, in eo eminebant, precationum videlicet frequentia, ac regularis paupertatis custodia, quas in eo veluti in speculo cæteri sodales intuentes, acribus stimulis ad imitandum jugiter perurgebantur; senio tandem confectus, cum artuum doloribus, toto ante obitum triennio, graviter torqueretur, Domino gratias referens, illud frequenter alacris repetebat, *Sit Nomen Domini benedictum*; Itaque Christi bonus odor factus, heroicis virtutibus redolentem animam Deo suavissimè reddidit anno 1669. die x. Februarii. Egregius hic Vir, quæcumque tamen Monasterio S. Severini, quam in Urbe

Neapo-

Neapoli, ac propinquis, dissitisque regionibus suis temporibus acciderunt, quæque digna memoratu videbantur, simplici quidem, sed veridico, fidelique stylo Italice descripsit plurimis voluminibus, quæ diligentèr asservantur in Bibl. S. Severini; quorum titulus in hæc verba conceptus ad me Neap. transmissus est.

1 *Varie cose notabili concernenti a varie materie, come di Morale, Politica, Erudizione, Istoria, curiose, ed utili a sapersi, come scritte con somma fedeltà, e sincerità Monastica, siccome di varj usi concernenti l'Osservanza Regolare-Benedittino-Casinense; opera maravigliosa compresa in 40. Volumi, fra quali uno contiene, I Bandi, Ordini, e Successi accaduti nelle revoluzioni della Città di Napoli del 1647. coll' origine, progresso, e fine delle medesime. Il che da niuno Autore è stato con tal sincerità descritto.* In his voluminibus continentur etiam

2 *Vitæ Ven: Servorum Dei Jacobi Grassii, & Fr. Jacobi ab Herculano Conversi*, seù, ut nos dicimus, *Commissi S. Severini*. Item

3 *Ex SS. Patrum, ac Philosophorum operibus*, quorum lectio illi frequentissima, varias *sententias*, ac *documenta* collegit ad rectam vitæ rationem instituendam.

Ejus honorificam mentionem facit Abbas D. Benedictus Laudati ab Altamura in brevi Chronico S. Severini *ms.*, ex quo fere omnia desumpsimus.

JACOBVS TRAMONTANA, nobili Stemmate Messanæ in Sicilia ortus, in Monasterio S. Placidi extra eam Vrbem nostris adscriptus anno 1574. die 2. Maii, ad Prioris posteà gradum evectus, eoque munere in Casinensi Archisterio, ac in Monte-regali in Sicilia, & alibi egregiè administrato, ubique singularis pietatis, ac eruditionis famâ resplenduit. Hic à gravioribus disciplinis, quas profunde admodum hauserat, ad amœniores literas, & eloquentiæ studia conversus, Palladem æquè, ac Musas propitias expertus est. Quinimo cum eximia prudentiâ, ac in rebus agendis maximâ dexteritate præditus, ab omnibus suspiceretur, eum Messanensis Senatus ad Philippum III. Hispaniarum Regem Oratorem misit anno 1603. ut sacras D. Placidi, & Socior. MM. Reliquias pretiosâ, pulcherrimâque thecâ inclusas, quam Messanensis Vrbis Icon, auro, argentoque affabre efformata manibus gestabat, eidem regi deferret. Quam verò ipsi Regi jucunda, cunctisque Magnatibus grata fuerit, nedum Sacrarum Reliquiarum oblatio, sed etiam Iacobi Religiosa urbanitas, ac eloquentia (cultissimâ enim oratione legationem obivit), Regia munificentia declaravit, quæ non solum in Patriæ commodum a Iacobo postulata benignè concessit, verùm ipsum quoque Oratorem annuâ septingentorum aureorum pensione donavit. Obtinuit etiam Iacobus, ac in Italiam detulit partem haud modicam Sacrarum Reliquiarum 200. SS. Monachorum Martyrum, sub Zafa Arabum Rege apud Burgos in Monasterio S. Petri de Caradiña coronatorum, quorum unius Brachium Casinensi Monasterio, ad quod in redditu devotionis, ac pristini amoris gratiâ, divertit, dono dedit. Tanto igitur honore, ac beneficiis auctus, cum Patriam repetivisset, majore in dies veneratione, ac virtutis laude apud omnes vixit usque ad annum 1605., his editis, ac evulgatis ingenii sui fœtibus.

1 *Feralis Pompa Serenissimæ Margaritæ Austriacæ Caroli V. Imperatoris Filiæ, Parmæ, ac Placentiæ Ducissæ per RR. DD. Monachos Casinenses in Monasterio S. Sixti Placentiæ commorantes anno 1586. descripta &c.* Ibidem impress. apud Antæum Comitem eodem anno in 4.

2 *In redditione Placentinæ arcis ad Illustris., & Excellentiss. Octavium Farnesium Placentiæ, & Parmæ Ducem, Carmen Encomiasticon.* Placentiæ apud Joannem Bazzacchium anno 1585. in 4.

3 *De Familia Farnesia lib. unus* carmine exaratus.

4 *De Sanctis Placido, & Sociis MM. ad Philippum III. Hispaniarum Regem Oratio*

Oratio, quam Italicè versam edidit *Joseph Bonfilius* in Hist. Sicil. parte 3. lib. 1. à pag. 8. usque ad pag. 23.

5 *Brevis, & dilucida narratio ad Senatum Nobilis Urbis Messanæ de Advectione, & Oblatione Sacri Reliquiarii SS. Placidi, & Sociorum MM. Philippo III. Regi Catholico, & invictissimo* Vallisoleti per Io: Godinez de Millis an. 1605. * Vagliadolid.

Multi, nobilesque Authores Iacobum Tramontanam laudibus extollunt, nempe Arn. Vvion Lign. Vit. l. 2. cap. 70. pag. 419. ubi inter cætera, *superest*, inquit (anno scilicet 1595., quo Vvion opus suum evulgavit) *& scribere non cessat*. Cum autem duo tantùm ejus opuscula recenseat ibidem, videlicet *Feralem Pompam*, *& de Familia Farnesiorum*, addatque eum scripsisse alia nonnulla, quæ nondum viderat, ea putandum est esse alia hæc tria a nobis hic indicata. Ioseph Bonfilius Hist: Sicil. parte 3. l. 1. p. 5. Plac. Sampierius in Iconologia M. V. l. 2. cap. 23. pag. 288. Roccus Pyrrus Sicil. Sacr. l. 4. pag. 280. Plac. Reina in Hist. Messan. p. 1. pag. 525. Ioseph Ambrosius in Relatione Solemnitatis Epistolæ Marianæ pag. 383. Benedictus Chiarellus in monumentis Sacris Messanæ pag. 173. Iulius Ambrosius Lucenti Ital. Sacr. restrict. auct. pag. 1023. Denique Anton. Mongitore in Bibl. Sicula parte prima pag. 304.

IACOBUS MARIA RAIMONDI, Patria Venetus, Professus Monasticam Regulam in S. Georgio M. Venetiarum die 13. Dec. anni 1664., & ibidem Cellerarius, ac deindè Prior, demumque Abbatis titulo decoratus anno 1720. scripsit simplici stylo,

Pie considerazioni, ed eccitamenti al Cristiano alla fuga delle vanità del Mondo. Bergomi anno 1681. apud Fratres Rossi, & alia quædam opuscula spiritualia; vivebat anno 1722.

IGNATIUS GALEANUS à Panormo, Iosephi Galeani Medici celeberrimi filius, in Monasterio S. Martini de Scalis profanas vestes sacro cucullo commutavit an. 1644. die 14. Septemb., qui cùm esset à natura amœno prædiitus ingenio, humaniores literas, quà metro, quà prosa feliciter excoluit, uti quædam poetica, quæ patria lingua composuit, per typos commendata posteritati, testantur; nec minùs tamen literis, quàm pietate, ac religione floruit. Decanus enim cum esset, ac Tyronum præceptor, Regularis Disciplinæ zelum, quo æstuabat, satis luculenter ostendit, eosdem Tyrones ad Monastici instituti normam diligentissimè instruens, quo in munere, vitæ stadium complevit Panormi anno 1681. die 9. Decembris, ejus lucubrationes sic prænotantur,

Canzoni Siciliane, impressæ in Musis Siculis; Panormi typis Iosephi Bisagni anno 1653. in 4. parte 4., pag. 226.

De eo cum laude agunt Io: Evang. à Panormo in Anagramm. pag. 164. Josephus Galeanus in prædictis Musis Siculis. Ant. Mongitore in Bibl. Sicula part. 1. pag. 309.

IGNATIUS SQUARCIALUPI Florentiæ, nobili familiâ natus Patre Manfredo, in Cœnobio S. Mariæ ejusdem Urbis Monasticæ Regulæ jugum subivit an. 1475. die 9. Apr., Floruit Leonis X., & Clementis VII. Maximorum Pontificum temporibus, quorum etiam propinquus fuisse dicitur. Vir quidem & probus, & doctus, singularisque prudentiæ in Monasteriorum regimine; nam Abbas electus, Casinense Archicœnobium, quod eo tempore Congregationi S. Iustinæ unitum fuit, annos octo trinà administratione, Congreg. verò universam quinquies Præsidis authoritate summà cum laude moderatus est; adeò ut laudatus Leo X. diploma emiserit, quo Casinensis Congreg. Generalis Præfectura Ignatio perpetuò demandabatur; quod nihilominus effectu caruit, nam D. Gregorius * Alvarottus Patavinus S. Laurentii de Aversa Abbas violento sane, * Non Georgius ut aliqui perperam habent.

to sanè, ac sacrilego ausu, Pontificium Diploma, antequam in Comitiis Generalibus an. 1521. legeretur, utrâque manu discerpsit, ut fusius Cavaccius narrat Hist. S. Iustinæ lib. 6. pag. 272. Zelo quidem ductus, sed nimis audaci, nè scilicet Congreg. Instituta in re adeo gravi, quæ certè in exemplum transitura erat, infringerentur, diris ob id Pontificis devotus, & Congreg. nostræ decreto, quæ facinus maximè improbavit, Præsulatu in perpetuum exutus. Nec Leo dumtaxat adeo benevolum, ac pronum erga Ignatium animum gessit; idem præstitit Clemens VII. qui tanti illum fecit, deque ejus virtutibus egregiã adeò opinionem concepit, ut alio per honorifico Diplomate Romę dato an. 1524. die 30. Martii Apostolicum Nuncium, ac Reformatorem totius Cleri summâ cum potestate per universam Italiam eum constituerit. Cæterùm Ignatius singulis ab eo rectis Monasteriis, (nam plura alia præter Casinense, eaque ex totius Congregationis præcipuis administravit, nempè S. Iustinæ Patavinæ, S. Pauli extra Vrbem, S. Mariæ Florentiæ, S. Georgii Majoris Venetiarum, S. Benedicti Mantuani, S. Petri Perusiæ, S. Martini Panormi, Sanctarum Floræ, & Lucillæ Aretii) ingentia commoda, ac præclarissima beneficia comparavit. Nam Casinense Monasterium eo Præsule, atque Authore plurima prædia, oppida, aliaque olim amissa postliminio recepit; amplissima privilegia a Leone X. Pont. Max., & Ferdinando Rege Catholico obtinuit, multis denique elegantibus ædificiis, pulcherrimisque codicibus vastæ molis, quorum ad Sacram Synaxim usus est (minio, auroque intra majorum literarum spatia plurium SS. Figuris affabrè expressis, ac nitidissimo charactere conspicuis), quodque præcipuum est, saluberrimis institutionibus ornatum fuit, San-Germanensium quoque superbia, ac temeritas fracta, & identidem rebellantes spiritus coerciti. At verò Patavii S. Iustinæ Sacrarium pretiosissima ditavit supellectile, ejusdemque S. Virginis, & M. argenteam Statuam triginta quinque pondo excitavit. Florentiæ denique celebrem Bibliothecam (quæ hactenus magno in pretio Eruditis est) picturis haud ignobilibus decoratam, librisque selectissimis, præsertim Græcis refertam, sedulo instruxit. Multis denique honoribus non minùs quàm laboribus egregiè perfunctus, gesto etiam quinta vice, post Alvarotti ausum, supremo Præsidis Magistratu anno 1524., & Casinensis Cœnobii regimine anno 1526. editis ubique religionis, pietatis, ac sapientiæ documentis, Florentiæ, quò aliquo antè obitum tempore, ut providus Nauclerus vela contrahens, se receperat, divinis tantùm contemplationibus, ac piis operibus vacans, seque omnium virtutum exemplar exhibens, ad beatam æternitatem, tutum, ac expeditum iter sibi sternere pro viribus studuit, quod feliciter ibidem ingressus fuit eodem an. 1526. ætatis suæ 78., in Capitulo, ut dicimus, ubi Monachorum Conditorium est, sepultus; Ingenii verò ejus insignes dotes, doctrinæque præstantiam, tum sacræ, tum humanæ, plures utrâque linguâ, Latinâ, scilicet, & Etruscâ, tàm metro, quàm prosa exaratæ lucubrationes clarè testantur, quarum aliquot, quæ in Casinensi Bibl., alibique hucusque perstant, hic est elenchus.

1 *Oratio*, seù *Sermo in honorem Sanctissimi Patris Benedicti* habitus coram Magno Monachorum*, & populi cætu, quando solemniter capta est possessio Monasterii Casinensis à Monachis S. Iustinæ de Padua anno 1505., incipit: *Introibimus in Tabernaculum ejus &c.* quem sermonem pulcherrimum vocat Placidus Romanus in supplemento de Viris Illustribus Casinensibus; incipit

* Num. 100.

Traditum accepimus à Sapientibus, cuilibet principio vim, & perfectionem inesse totius &c. terminatur: *Hic igitur finis dicendi, sed non pro tanto munere gratias agendi sit*: est pagg. integrar. n. 14. cujus exemplar apud me est ex dono D. Hippolyti Pugnetti. Erat autem tunc temporis Ignatius Generalis Procurator

Congre-

Congregationis in Romana Curia, ut constat ex hac ipsa ejus Oratione, ubi circa finem sic habet. „ Et quidem, fratres, vobis, qui mansuri estis, abiturus
„ invideo, in portu Vos, & fida statione relinquens: Ad rediviva rursus Roma-
„ norum fluctuum revocor discrimina, & naufragia gemebundus ingredior: „ *Et post pauca*. „ Sancti hujus Collegii obire servitia satius foret, quam Romana
„ frequentare quotidie, atque observare palatia. „ *Denique paulò post*. „ Me,
„ inquam, Curialium commerciorum curis implicito, proteget vos Deus in Ta-
„ bernaculo suo à contradictione linguarum &c.

2 *Sermo alter de Aprehensione possessionis Monasterii Casinensis*, incipit: *Operæ pretium duxi &c.* Erant mss. apud Constantinum Cajetanum.

3 *De aggregatione Monasteriorum Siciliæ ad Congregationem Casinensem*, *sermo*; incipit: *Superat vires moles*; Ad Monachos Panormitanos.

4 *De visione Fernandi Consalvi liber unus*; incipit: *Illustris Fernandi &c.* Qui liber, unàcum prædicto sermone de Sicula aggregatione, extabat apud eumdem Cajetanum, teste Ioanne Baptista Maro.

5 *Historia Abbatiæ Florentinæ* nondum tamen completa. 6 *De reformatione Casinensis Cœnobii*. 7 *Epistolarum liber*. 8 *In SS.mam Trinitatem Carmen Sapphicum*, seù *hymnus*, qui extat ms. in Bibl. Casin. teste eodem Maro, quem etiam hymnum Poccian. in Catal. Script. Florent. dicit, concini solitum fuisse à Casinensibus in suis Ecclesiis. 9 Plures *hymni* in honorem *S. Berthorii Abbatis Casinensis, & Martyris*, Sancti quoque *Mauri Abbatis*, & *S. Placidi Abbatis, & M.* in Bibl. Casin. mss., quos hymnos cum prædicto de Sanctissima Trinitate Petr. Ricord. suo adhuc tempore in Abbatia Florentina cantatos à Monachis testatur; Sunt autem sapphico carmine. 10. *Mons orationis cum tractatu de Scala Cœli S. Augustini* impressus Florentiæ anno 1524. 11 *De Virginitate hymnus Carminibus hexametris*. 12 *De Laudibus Virginis Mariæ liber versibus hexametris*. 13. *Epistola S. P. Benedicti ad S. Scholasticam Sororem, & hujus ad prædictum S. Benedictum, versibus hetruscis tertia Rhytmo*. Item Italicè 14 *Ventinove Sonetti sopra gl' elementi*. 15 *Orationum* diversis in locis Congregationis habitarum *lib. 1*. 16 *Orationum* coram Republica Florentina, aliisque tum Principibus, tum privatis viris habitarum *lib. 1*. Pleraque ex his Constantinus Cajetanus invenit Venetiis in Monasterio S. Georgii Majoris, & in suam Anicianam Bibliothecam transtulit.

Laudibus exornatur eximiis a Mich. Pocc. supra laudato, à quo vocatur *Vir Sanctitate, ac bonarum literarum scientia clarus, atque illustris Poeta, ingeniique cunctis admirandi*, qui tamen perperam ejus obitum an. 1520. contigisse scribit; quod sphalma habet etiam ex eodem Poccantio desumptum, Iulius Negri in Histor. Scriptor. Florentinor. pag. 236. col. 1. Ab Arn. Vvione Lign. Vit. l. 1. c. 16. pag. 29. ad an. 1527. lib. 5. c. 8. pag. 592., & ad an. 1515. In divinis, ac humanis literis apprimè eruditus *pulcherrimorum sermonum* Scriptor nuncupatur. A. V. Ant. Scip. in Elogiis Abb. Casin. 2. edit. pag. 215. & seq. tali encomio memoratur: „ Gravissimis moribus venerationem ab omnibus summam pro-
„ meritus; Sermone, & scripto eloquentissimus, mirificus Religiosæ disciplinæ
„ cultor, & exactor, Casin. Cœnobii restaurator, ejusque bonorum recuperator,
„ per totam Congreg. religionis, ac solertiæ famâ, ingeniique, ac multiplicis do-
„ ctrinæ monumentis clarissimus „ A Plac. Rom. in supplem. de Viris Illust. Casinen. c. 3. pag. 111. & à Io: Bapt. Maro in Notis ad eumdem; & rursus ab eodem Plac. Rom. in Annal. mss. seu Hist. Monast. Casin. his verbis „ Præses
„ nostræ Congreg. Conventum Kal. Oct. indixit. Convenientes itaque Patres ad
„ indictam diem post humilem invocationem gratiæ Spiritus S., Ignatium unum

,, ex nostræ Congr. Venerabilem, & sapientiss. Abbatem in Prælatum Casinensem
,, nonagesimum tertium * elegerunt, qui ex humilitate mentis suæ diu reluctatus
,, est (ipse enim in Comitiis tanquam unus ex Patribus Congr. aderat) clamans se
,, indignum, & penitus insufficientem ad tale gerendum, & sustinendum onus, in
,, quo plùs periculi metuendum semper assumenti, quàm honoris. Acquiescens
,, tandem precibus Patrum, iniunctum sibi munus cum omni humilitate assum-
,, psit, moxque decimo quinto dehinc die Romam profectus, indèque paulò post
,, egrediens, San-Germanum (pluribus Civibus, necnon Monachis quibusdam
,, nostris, atque Clericis ei obviam prodeuntibus) cum maximo honore, omni-
,, umque lætitiâ pervenit, ubi paucis commoratus diebus, ad hoc Monasterium
,, ascendens, à Monachis cunctis lætantibus exceptus est. Hic Abbas non sine di-
,, vina providentia, & ordinatione, à Patribus huic Cœnobio præfectus est, cum
,, ob ejus singularem Religionem, devotionemque erga S. P. Benedictum, tùm ob
,, amorem, quo sacrum hoc Cœnobium prosequebatur, ab ea die, qua Monasterii
,, possessio capta fuit à Patribus nostris, quorum unus extitit, concionemque co-
1511. 1520. ,, ràm Populo habuit; Undè huic Cœnobio nouem ferè annis, interpolatis licèt
1524. ,, temporibus, præesse promeruit ,, A Plac. Pucc. in Chron. Abbatiæ *Florent.* pag. 65., & 70., & seqq. ubi plurimi eum factum dicit tùm à Florentina Nobilitate, tùm à Romana Curia, ejusque amicitiam sanctè coluisse Marsilium Ficinum, Picum Mirandulanum, & Angelum Politianum: Iterumque in App. hist. de Vir Ill. Abbat. Florent. pag. 21. eum vocat virum doctiss., mitem, ac divini cultus maximè Zelatorem. Multa scripsisse utillissima, multis præfuisse Cœnobiis, quinquies Præsidem egisse, quorum omnium administratione dimissa, die, noctuque in Sacris literis se exercuisse, citatque inter alios de eo agentes, Fortunatum Scholam, & Constantinum Cajetanum. Diploma quoque Leonis X. datum Romæ anno 1514. Pontificatus sui II.; à Julio Ambr. Lucenti in Italia Sac. Restr., aucta &c. pag. 962. & 966., & à Petr. Ricor. hist. Monas. Dial. 4. pag. 457. à tergo, qui eum nobili familia ortum scribit, quę Urbis Senensis, & plurium nobilium Oppidorum Dominium olim obtinuerit; Vultus quidem corporisque majestate, ac pulchritudine Inclytum, sed intellectus sublimitate, ingenique in divinis, humanisque scientiis excellentiâ, quâ nemini suo ævo tum versu, tum soluta oratione concessit, multò illustriorem. Leoni X. valde familiarem, quem etiam non parùm impulit ad Monasterium Casinen., cujus quamvis Pontifex creatus, Commendæ, ut sequioris ævi vocabulo utar, tamen titulum retinebat, Congregationi nostræ uniendum; quæ Ricordati assertio ita explicanda est, ut non quidem Leo X. sed Julius II. anno 1505. Casinen. *Archisterium* nostrę Congr. coniunxerit: Leo enim per id temporis Cardinalis tantummodo erat, Jo: Medicæus nuncupatus, ejusdemque Casin. Cœnobii Commendatarius, quod tamen laudati Julii Pontificis rogatu, urgente in primis magno Consalvo Neapolis Prorege, ob insignem Victoriam de Gallis apud Barulumin Appulia D. P. Benedicti ope, ac prædictione reportatam, statim dimisit, reservatâ sibi nihilominus quatuor millium aureorum pensione, quam electus postea Pontifex Leo, Ignatii precibus, ac persuasione Monasterio Casinensi benignè indulsit. Jacobus Cavaceius Histor. S. Justinæ l. 6. pag. 262., & 272. secundæ editionis Patavinæ an. 1696. multis de Ignatio agit; sed Typographi incuriâ annus 1541., pro 1521., ibidem scribitur, quo Alvarottus Leonis X. Diploma ab Ignatio prolatum temerè satis discerpsit. Petr. Ant. Torn. (de quo infra) in libro *Origine, e progresso della Congregazione Casinense tom. 2 l. 3. pag.* 433. ubi à sacrâ Doctrinâ, Religionis Zelo, prudentiâ, aliisque virtutibus eum plurimùm commendans, Pertexisse eum narrat in Siciliam, ut possessionem illorum Mona-

* Secundum

* Barletta M. Anton. Scipio pag. 205.

Monasteriorum anno 1506. nomine Congreg. Casin. caperet, & Panormi in Senatu recitasse celebrem, & elegantiss. orationem in laudem Siculæ Nationis, quam una cum alia Casini habitâ asservari mss. in Bibl. S. Martini de Scalis asserit. Constan. Cajet. de *Religiosa S. Ignatii per Patres Benedictinos Institutione* lib. 1. pag. 57. de Ignatio Squarcialupo sic loquitur „ Vir ille doctissimus, æquè, „ ac religiosiss. Ignatius Squarcialupus Leonis X. Pontif. Max. Consobrinus, Ca„ sinas Abbas, extructâ apud Albanetam Cappellâ, Altare posuit Purificanti Vir„ gini, ibidemque felici omine S. Ignatium M., veluti in proximo venturi hospitis „ præsagium, Sanctamque Scholasticam hinc, & inde patientem Christum depin„ xit„. Marcus Ant. Maltempi *Uomini Illustri di varie Religioni degni di memoria, e in prima di S. Benedetto* C. C. l. 2. c. 2. impressionis per quam raræ Urbevetanæ ejus meminit. In Necrologio omnium Monachorum Abbatiæ Florentinæ, quod in Cella Prioris pro tempore asservatur in fol. pag. 16. de Ignatio Squarcialupi sic scriptum reperitur. „ Anno Domini MDXXVI.

„ Domnus Ignatius Squarcialupus Monachorum decus, cum esset Abbas Ca„ sinensis, gutturis ulcere, suum ad octavo Kalendas Decemb. diem, non sibi qui„ dem, sed nobis dolentissime obiit. In quo non qualis esse solet unius hominis „ probitas, sed omnes simul ingenii mores, omnes virtutes, omnis sanctimonia, „ omne fulgoris Monastici specimen concidere. Cujus tanta prudentia, ingeni„ umque fuit, ut nulla res, tam ardua, nullum negocium tam inextricabile fuerit, „ quod suo callenti consilio, providentiâ, dexteritateque celeritèr non explica„ verit. Tanta memoriæ ubertas, ut oblivisci nil posse videretur. Tanta erudi„ tio, ut unus saperet, quidquid reliqui fermè sapiunt, nec unâ tantùm, vel alte„ râ, sed omnibus æquè liberalibus disciplinis vel excellentissimè videretur excul„ tus. Tanta in eo humilitas, & sui contemptus, ut dictu incredibile sit, tanta„ tanto viro inesse potuisse. Si devotio quæritur, sensusque divinorum, & gustus, „ unus omnium devotissimus, ac ferventissimus fuit. Pudicitiam, & sensuum con„ tinentiam in ipso laudare ociosum est, qui nullis unquam voluptatibus deditus, „ virgineo, illibatôque corpore tamquam Angelus semper usus fuerit. Heù quan„ tum in uno homine omnium jactura facta est! meritò lugemus: sed lugendus in „ terris non est, qui in Cœlo regnat: nec obierit, qui Deo vivens & nobis, & „ omnibus vivit. Vixit annos 78. mens. 3. die: 12. Monachus circitèr 54. „ Denique Felix Egger Idea Ord. S. Benedicti l. 2. parte 3. Dissert. 8. pag. 524. vocat Ignatium in divinis, ac profanis literis magnum. Placet autem Pontificii Diplomatis superius indicati pag. 253. (cujus exemplar impressum in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 450., & seqq.) quo à Clemente VII. Ignatius Apostolicus Nuncius, & per universam Italiam Cleri totius Reformator constitutus fuit, particulas quasdam notatu dignas subjicere, quæ ipsius-met Ignatii Personam, mores, ac merita propiùs attingunt, quo magis, magisque innotescat, quantâ eum Clemens, imò omnes eo tempore existimatione prosequebantur, quibusque virtutibus fulgens omnium animos Ignatius devinciebat; Longè igitur post initium, his Pontifex eum alloquitur verbis. „ Habitâ super his, cum Fratribus „ nostris S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus maturâ deliberatione, te cujus vita „ exemplaris, doctrina, & virtus cum omnibus, tum nobis præcipue nota est, & „ quem scimus nihil magis optare, quam ut fides, & Christiana Religio augeatur, „ & defendatur, tollanturque hæreses, vinea Domini Sabaoth à bonis agricolis „ colatur, bonique mores ubique vigeant, & vitia de cordibus, & operibus ho„ minum extirpentur, extollantur boni, mali autem castigentur, & ad viam Do„ mini reducantur, *Nuntium, & Commissarium nostrum* per universæ Italiæ par„ tes ad inquirendum, & investigandum super præmissis per Te, & deputandos à

Te,

,, Te, ac infrascripta peragendum, de eorumdem Fratrum consilio, duximus deputandum, prout tenore præsentium auctoritate Apostolica deputamus, Tibique singulas Ecclesias, tam Metropolitanas, quam Cathedrales, ac Monasteria, tam virorum, ac mulierum, necnon Prioratus, Præposituras, Dignitates Ecclesiasticas, Beneficia quæcumque, & Hospitalia in tota Italia consistentia, tam Sæcularia, quam Regularia, etiam Ordinum Mendicantium, exempta, & non exempta quæcumque, & Personas in illis degentes, tam in capite (exceptis Archiepiscopis, & Episcopis) quàm in membris auctoritate præfata visitandi, & errores eorum, quibus ipsos illaqueatos esse depræhenderis, Ecclesiasque, & Beneficia reparatione indigentia annotandi, eosque ad se emendandos, & Ecclesias ipsas restaurandas, & reparandas, vitamque honestam, & laudabiles mores juxta Sacros Canones servandos, necnon Horas Canonicas, & alia Divina Officia de more celebranda, monendi &c.,, Et post pauca ,, Hæreses verò, & Hæreticos quoscumque puniendi, seu illos, quos in Italiæ partibus hujusmodi inveneris ad locorum Inquisitores hæreticæ pravitatis per eos puniendos, prout tibi magis placuerit, remittendi &c.,,

INNOCENTIUS CÆSIUS Mantuanus in Magno S. Benedicti de Padolyrone Monasterio Cœnobiticam Regulam Professus anno 1669., die 10. Augusti Vir plurium scientiarum ornamentis conspicuus, præsertim Philosophiæ, ac Theologiæ, quas Mantuæ, Venetiis, alibique celebri fama diù docuit. Historiarum quoque, antiquæ eruditionis, & Latinæ linguæ elegantiarum studiosissimus; Doctor Theologus in Collegio Patavino, Serenissimi *Ferdinandi Caroli* Mantuæ Ducis Theologus, ac Sancti Officii ibidem Consultor floruit paucis ab hinc annis. Virtutum merito Prior Claustralis, deinde Abbas creatus, paulò post, non admodum provecta ætate diem suum obiit anno 1704. die 5. Augusti. At diutissimè apud posteros ejus memoriam victuram, varia, eaque valde erudita opuscula, quæ edidit, nobis promittunt, nempe,

1. *Universalis Harmonia Mundi*. Venetiis anno 1681. opus Philosophicum. 2. *Vita della Beata Beatrice Estense*. Venetiis 1683. 3. *Eglogæ Scientiarum*. Venetiis anno 1684. 4. *Meteorologia artificialis, & naturalis*. Parmæ, anno 1687. typis Galeatii Rosati, Opusculum sane eruditum, & curiosum, in quo breviter, ac perspicuè modus, quo natura gignat meteora, primùm explicatur, deinde artificialis modus eadē meteora, proportione servata, efformādi, docetur. 5. *Tractatus de antiquis Romanorum Ritibus*. Bononiæ 1698. Typis Petri Mariæ de Montibus in 8. pagg. 117. 6. *De qualitatibus dissertatio physico experimentalis*. Mantuæ anno 1700. ex Typographia S. Benedicti per Albertum Pazzonum 8. pagg. 82. 7. *De meteoris dissertatio phisico-experimentalis*, ibidem apud eumdem eodem anno in 8., quod opusculum idem omnino est cum *Meteorologia artificiali, & naturali* edita Parmæ ann. 1687. nisi quod in hac Editione Mantuana tria capita prioribus addantur, nempe IX. *de fluxu, & refluxu Maris*, X. *de Maris salsedine, & XI. de Fontium, & Fluminum origine*. Omnia tamen juxta nuperæ Philosophiæ principia, quàm intellectui, & sensuum captui magis congruam, & accommodatam ipsi quidem recentiores Philosophi arbitrantur. Item

8. *Giuoco Geografico, nel quale si viaggia per tutti i principali Regni del Mondo, osservandosi il dominio, la religione, la proprietà de medemi, & i costumi di tutte le Nazioni; in Mantova nella Stamperia di S. Benedetto, per Livio Antonio Menti*; annus tamen impressionis deest. Opusculum ingeniosum, & utile. item reliquit hęc mss. 9. *Narrazione filosofica della creazione, del Mondo, e della composizione, e' proprietà de' corpi, che lo costituiscono secondo un nuovo metodo di filosofia*, in 4. pag. 180. 10. *Panegirico di S. Benedetto* sub hoc Themate, *Tamquam*

I

quasi prodigium factus sum multis, *Psal.* 70., est pagg. 13. in 4. 11. *Dell' uso lecito dell' opinione probabile in concorso della più probabile* in fol. pag. 32. extant hæc tria opuscula apud D. Simeonem a Mantua, ibidem Parochum. Apud vero D. Petrum Paulum Freddi item Mantuanum, Priorem Titularem extabant paucis ab hinc annis, ab eodem Innocentio conscripti. *Quatuor parvi tomi in* 12., *Geographici*, de quatuor Mundi partibus, earumque Regionibus, Provinciis, Proprietatibus, Incolarumque moribus, Religione, usibus &c. agentes, quos supra recensiti Ludi Geographici *Adversaria* fuisse arbitror.

Ejus effigies ad vivum cernitur in prænobili Scala Mantuani Cœnobii variis statuis opere plastico effictis, exornata: In Necrologio autem ejusdem Monasterii laudatur Innocentius Cœsius à morum integritate, & Doctrinæ præstantia, item à prudenti affabilitate, & eloquii suavitate, qua devincti tam Germanicæ, quam Gallicæ Nationis Copiarum Duces, ab incendiis, rapinis, ceterisque militaribus injuriis, Monasterium, ejusque Prædia sarta tecta quoad fieri eo tempore potuit, servaverunt.

JOANNES NOVATUS, patria Bergomensis, nobili familia ortus, in Cœnobio S. Pauli de Argono prope Bergomum Monasticam Professionem emisit anno 1672. die 13. Novemb., cuius postea Monasterii extitit Prior anno 1725. an. verò sequenti 1726. Abbas Pontidæ in eodem Agro Bergomensi creatus est. Vir egregius, & eruditus, invicto & diuturno labore Chronicon Monasterii sui à prima ejusdem erectione ad hæc usque tempora magna diligentia, ac eleganti sermone, latinâ linguâ, perduxit, cui talem præfixit titulum

Rerum Monasterii S. Pauli de Argon Ord. S. Benedicti Congreg. Casin. Diœc. Bergomen. Notitiæ, quæ plures haberi potuerunt, in tres libros distributæ. Eorum hæc sunt argumenta.

In primo, *de origine Monachatus, deque ejus in Occidentem migratione*, ac per SS. nostrum Patriarcham instauratione, & per Italiam diffusione agitur: Monasterium verò S. Pauli de Argono à mille, & amplius annis ante hęc nostra tempora extitisse multis, ac pereruditè probatur, ditissimum illud, & penitus immune, Sedi Apostol. dumtaxat subjectum. Intermiscentur eorumdem Sæculorum * historiæ, mores, doctrina, aliaque valde curiosa, maximè verò, quæ ad idem Argonense Monasterium pertinere quomodocunque possunt, qualis est transitus ejusdem à Cluniacensibus ad Casin. Congreg. In secundo libro *series Abbatum* texitur, eorumque gesta, domi, forisque narrantur ab anno 1496. usque ad an. 1627., præcipue verò multiplices ædificationes, tam Cœnobii, quod veteri demolito, ex integro excitatum est, quàm rusticarum casarum, insigni utique Cœnobii ipsius, & agri Bergomensis utilitate. Lites deinde, negotiorum tractationes, infortunia, prosperitates ejusdem Monasterii, obiter vero Bergomensis, aliarumque Civitatum describuntur. In tertio demum Institutio propriorum Alumnorum (nos Professos dicimus) exponitur, quæ an. 1628. contigit; prius enim Cœnobium illud eis carverat, sed indiscriminatim à Monachis aliorum nostræ Cong. Monasteriorum incolebatur, & regebatur. Difficultates, & opposita, quæ eam ob causam superare oportuit, explicantur; Continuatur series Abbatum, unàque memorabilium gestorum eorumdem, usque ad annum 1700. Viri demum tum literis, tum œconomica cura illustres, qui idem Cœnobium inhabitarunt, vel gubernarunt, referuntur. Inter eos præcipui sunt Pius Mutius, Fortunatus Ulmus, Maximus Masi, Angelus Gryllus, & Sigismundus Zannettus, de quibus singulis suis locis nos etiam agimus.

* X., & XI.

Scripsit etiam aliud opusculum hujusce tituli.

Iconographia, seu descriptio picturarum aliorumque ornatuum tum ex opere plastico, tum ex auro Fornicis Templi S. Pauli de Argon &c. JO-

JOANNES PERUSIÆ natus, ibidemque in S. Petri Cœnobio Monasticum professus institutum anno 1459. die 8. Sept., pietate, ac doctrinâ claruit circa finem ejusdem sæculi XV. quo tempore Palestinam lustravit an. 1500. de eaque opusculum composuit, cui titulum fecit

Itinerarium Terræ Sanctæ.

De eo Gerardus Joannes Vossius de Hist. Latin. lib. 3. pag. 109. edit. Lugd. Bat. anno 1651. „ Joannes Perusinus Monachus descripsit Terram Sanctam, „ omniumque locorum ejus Indicem condidit, qui liber ms. extitit in Bibliothecâ „ Grattaroli. „ Augustinus Oldoinus in Atheneo Perusino pag. 186. ubi ejus Terræ Sanctæ descriptionē asservatam ait in Bibliotheca non Grattaroli, ut Vossius, sed Guttaroli, cui concinit Ludovicus Iacobilli de scriptoribus Umbriæ pag. 149. at eorum nemo, ubi nam Gentium illa Grattaroli vel Guttaroli Bibliotheca extiterit, ullatenus indicat, aut profert. Fuit sanè Guglielmus Grattarolus Bergomas Medicus, & Chymicus celebris, qui Medicinam Basileæ docuit, ibique decessit anno 1568., ut Ludovicus Moreri, aliique narrant. Fieri itaque potuit, ut prædictus liber, vel in ejus Basileensi Bibliotheca, vel Bergomi in Bibliotheca ejus Domus, asservaretur.

JOANNES, Patria Mediolanensis, familia RESTA ibi quidèm Patricia, Venetiis verò olim procerum albo adscripta, Mediolani apud S. Petrum de Glassiate vitæ rationem secundum D. Benedicti regulam instituit anno 1615. die 8. Junii, deinde ejusdem Monasterii infulâ donatus anno 1644., illud regulari disciplina munire, sacrâ, pretiosâque suppellectili exornare, jura vindicare numquam destitit. Anno ejus Regiminis quarto, Congr. Visitator, ad aliquot Italiæ Principes negotiorum causa missus, inde ad Regem Catholicum, ab Urbe Mediolanensi destinatus, ubique prudentiæ, integritatis, cæterarumque Virtutum, quæ Religiosum Præsulem maximè commendant, specimen præbuit. At illum invida mors ad virtutum, ac gloriæ fastigium properantem medio in cursu (morbo nimirum ex itinere contracto) magno Cœnobii sui, ac totius Congreg. detrimento, abstulit anno 1653., reliquit doctrinæ, ac ingenii sui fœtum

Lectiones in Cantica Canticorum.

Meminit ejus cum laude Plac. Pucc. in Chronico Glassiat. pag. 179. D. Primus Aloysius de Tatis Congreg. Somaschæ in obitum Joannis Restæ, hoc Distichon scripsit *Fundite perpetuos mæstissima lumina rivos*
Extincta heu Virtus, sic jacet in Tumulo.

JOANNES, cognomine SANTO, patria Neapolitanus, professus Monasticam regulam in Cœnobio S. Laurentii de Aversa, scripsit librum piissimum, ac valde eruditum, cui titulum dedit

Il Prelato Religioso, in Napoli à spese di Francesco Balsamo Libraro, per Onofrio Savio 1645. in 4. in quo solidis rationibus, suavi eloquio, sacris, profanisque exemplis, Sanctorumque Patrum Sententiis Religiosi Prælati ideam nobili Magisterio efformat. Cujus operis autographum extare accepi in Bibl. ejusdem S. Laurentii de Aversa.

Meminit ejus Nicolaus Toppius in Bibl. Neap. pag. 121., & Bern. Pez Epist. X. Apol. in Catalogo Scriptorum Ord. nostri pag. 152. At quod attinet ad locum emissæ professionis à Joanne Santo, quamvis in Cœnobio Sancti Laurentii de Aversa eam contigisse acceperim, quia tamen in nullo ex veteribus Regestis, quæ inspicere mihi datum fuit, inter S. Laurentii Aversani Professos Joannis nomen apparet ab anno 1561. usque ad annum 1670., quo Regesta illa pertingunt; in Regesto verò Professorum S. Severini Neapolis D. Joannes à Neapoli anno 1597. die 14. Martii reperitur descriptus; idcirco, aut Joannes *Sancto*

Divi

Divi Severini potius, quàm S. Laurentii Professis est ascribendus, vel ejus nomen ex Professorum S. Laurentii albo excidisse fatendum est. Mihi quidem ad hujusce rei veritatem assequendam diligentia non defuit, sed nihil certi hactenus assequi potui.

JOANNES SERRATI à Castilione, quod est in Tuscia Oppidum, Aretii apud SS. Floræ, & Lucillæ Monasterium Deo sese peculiariter mancipavit anno 1593. die 4. Iunii, ubi etiam postea Abbatis Titularis honorem obtinuit, diemque ultimam complevit anno 1647. Composuit

Chronicon Monasterii Aretini, quod postea prosequutus est Gregorius Ricciardettus, ut supra in eodem dictum est.

JOANNES ANDREAS ASTEZATI, patria Brixianus, Placentiæ apud D. Sistum Monasticis institutis nomen dedit anno 1691. die 10. Martii. Floret nostris hisce temporibus, dumque hæc scribimus anno 1731., mathematicæ facultatis eruditione minimè vulgari, quàm scientiam Brixiæ complures annos publicè in Errantium Academia docuit. Edidit Idylium impressum Brixiæ anno 1709. apud Policretum Turlinum cum hoc titulo

1 *Risposta del Lettore delle Matematiche nell' Illustrissima Accademia degli Erranti di Brescia al Sonetto stampato* (ibidem apud eumdem, eodem anno) *di un' Accademico, in cui si scusa di non venire alle sue lezzioni &c.* est pagg. numero 10. in 4. Anno autem 1728. longe majus, & præstantius opus adornavit, lucique tradidit, in fol. cujus titulum accipe.

Evangelistæ Manelmi Vicentini Commentariolum de quibusdam gestis in Bello Gallico * Illustriss. V. Francisci Barbari Præfecti Præsidii Brixiæ, seu de Obsidione Brixiæ An. 1439. nunc primum e MS. Codice Monasterii S. Euphemiæ Urbis eiusdem edidit, recensuit, ac Notis illustravit D. Ioannes Andreas Astezatus Brixianus Monachus Benedectino-Casinensis, olim in Brixianâ Academiâ Matheseos Publicus Professor, præmissis gratâ opportunitatis *Diplomate quodam Henrici Imperatoris, ac Francisci Barbari* Actione gratiarum habitâ *Brixiano Populo* cum Adnotationibus; adjectis ad calcem operis dissertatiunculis

* idest Insubrico.

I. De Anno *Coronationis Caroli Grassi Imperatoris*.

II. De Anno Primo Regni *Desiderii Regis ult. Longobardorum*.

III. De *Nova Epocha Ludovici II. Imperatoris*. Brixiæ 1728. Typis Joannis Mariæ Ricciardi Superiorum auctoritate.

Quæ Astezati lucubratio Brixiæ, alibique eruditorum approbatione, ac plausu excepta est; quamobrem Ludovicus Antonius Muratorius tom. 14. rerum Italicar. scriptor: Col: 775. Præfat. ad Chronicum Brixianum Jacobi Maluetii ita de Astezato loquitur „ Anno quoque proximè præterito Commentariolum
„ de Obsidione Brixiæ ab Evangelista Manelmo elucubratum publici juris fecit,
„ atque eruditis Notis illustravit supra laudatus *P. Astezatus*: supra autem hæc de
„ eodem dixerat „ Certè sciscitatus eruditos Brixianos, inter quos præcipuè
„ nunc fulgent Paulus Galeardus &c. & doctissimus Vir *P. D. Joannes Andreas*
„ *Astezatus* Monachus Benedictinus &c. qui quotquot potuit ejusdem Historiæ
„ manuscriptos accuratissimè fuit perscrutatus.„

Fuit autem *Franciscus Barbarus* Senator Venetus, Literis non minus, quam armis clarus, auusque doctissimi, ac celeberrimi Viri *Hermolai Barbari*, in Brixiana Urbe militum Tribunus, eo prorsus tempore, quo eam *Philippus Maria Vicecomes* Mediolani Dux, à quo Brixienses nuper defecerant, seque sponte Venetæ Reipublicæ dediderant, per *Nicolaum Piccininum*, insignem ea tempestate Copiarum Ductorem, arctissima obsidione cinxerat, quam tamen *Barbarus*, strenue Urbem defendens, magnâ nominis sui gloriâ, Piccininum solvere coegit.

Manelmus verò nobili familiâ (modo extinctâ) Brixiæ ortus, Brixiæ tunc degens, *Barbaro* a secretis erat: Itaque Bellum illud, testis oculatus admodum eleganter descripsit, *Barbarumque*, ut par erat, impense laudavit, & *Commentariolum* suum *Flavio Blondo* Historiam *Italiæ Illustratæ* scribenti misit, præmissa ad eumdem Epistolâ, qui opportune, ac scite *Manelmi* lucubratione usus est; Hanc Astezatus, dum Tabularii S. Euphemiæ documenta ordinaret, forte inventam, additionibus, ac notis historicis illustratam, publicæ utilitati dono dedit. Item scripsit

Difesa di tre Documenti antichi dell' Archivio del Real Monistero di S. Giulia di Brescia accusati di falso dall' *Anonimo Milanese* nella sua Dissertazione Corografica, *De Italia medii ævi*, inserita nel X. tomo degli Scrittori dell' Italiane cose, esposta da chi ha pubblicato il Breve Commentario dell' assedio di Brescia dell' anno 1438. di Vangelista Manelmo Vicentino. In Brescia 1728. presso Gian-Maria Rizzardi; Con licenza de' Superiori. Nunc autem alii præstantiori operi, Emi Quirini suasione, & consilio, conficiendo incumbit. Anno 1731. die 15. Aprilis Brixiæ in Comitiis Minoribus effectus est Prior.

JOANNES ANDREAS RICCI, natione Hispanus, Professus quidèm Monasterii Montis Serrati Congr. Vallisoletanæ, sed quod plurimos annos Casini ad obitum usque Monachi vitam transegerit, jure inter Casinenses recenseri meretur. Hic tàm Scholasticis Scientiis, quàm liberalibus artibus eruditus, & Theologum, & Concionatorem, & Pictorem, & Architectum, prout ingenium, aut occasio tulit, æqualiter se præbuit. Sacellum Smi Sacramenti, quod in Casinensi Ecclesia ad sinistrum latus juxta Chorum situm erat, ipse Picturis ornavit; quodque majus est, pietatem, & monasticam observantiam propensissimè excoluit. Nocturnis enim, diurnisque horis Canonicis assiduus, quotidie Sacrum devotissimè celebrabat; quidquid autem ab oratione supererat temporis, sacrarum literarum studiis, & scriptioni, vel egregio cuipiam manuum labori impendebat. Longæ à cibis abstinentiæ, & antiquæ austeritatis strenuus Sectator, interiori indumento ex laneo, candidoque crassiori panno, vulgò *Rascia*, absque cujusque generis interula, utebatur. Somnum omninò vestitus, ad regulæ præscriptum, brevem admodum capiebat, cellæ fenestrâ (res quidèm mira!) die, noctuque minimè clausâ, quamvis hyemalis bruma sæviret, ac nix, si quando caderet, per fenestram ipsam in cellam intraret. Singulari erga Virginem Beatissimam Religione præditus, scripsit librum, quem & Paulo V. Summo Pontifici obtulit.

De Conceptione Beatæ Mariæ Virginis. Itèm composuit

Plures alias lucubrationes sacras nonnihil tamen confusas, nec satis ordinatas, quæ mss. asservantur Casini, ubi valde senex obiit circa annum 1685. Anno autem 1723. requisitus a me D. Erasmus Gattola, ut elogium Joannis Andreæ Riccii à D. Cornelio Ceraso (de quo supra) ut arbitrabar, conscriptum ad me transmitteret, tale dedit responsum, quod erudito Lectori, ob peculiares quasdam notitias, haud injucundum futurum reor.

„ Il Padre D. Cornelio non fe l' elogio del P. Priore * D. Gio: Andrea Ricci
„ Spagnolo, per ragione, che non era professo di Monte Casino, benche fosse sta-
„ to qui per molti anni, ma era Professo del celebre Monastero di Monserrato, nel
„ quale li Monaci devono essere la metà Catalani, e la metà Castigliani; e perche
„ egli era Castigliano, perciò ne fu scacciato nel tempo delle rivoluzioni di Cata-
„ logna, e se ne venne in Roma, dove dimorò per alcuni anni, e poi se ne venne
„ in questo Sagro Monastero, nel quale visse con gran rigore, ed esemplarità di vi-
„ ta, come è ben noto à V. P. e compose li libri avvisatili altre volte &c.

* Titularis videlicet.

IO-

JOANNES ANTONIUS à Monte * Rubro, Monachus Casinensis, ab Augustino Oldoino in Athenæo Ligustico collegisse dicitur

Historiam Abbatiæ S. Benigni Genuensis, quam Federicus Federici, & Augustinus Schiaffinus allegant ex Raphaele Soprano; ita Oldoinus, sed quo tempore Io: Antonius vixerit, non indicat. Raphael autem Sopranus, in libro, cui titulus *Scrittori della Liguria* pag. 144. „ Gio: Antonio (inquit) di Monte Rosso „ Monaco Casinense raccolse in carte alcune antiche memorie, concernenti la „ Chiesa, ed Abbazia di S. Benigno di Genova, qual' opera ms. è citata dal Fede- „ rici, e dal P. Schiaffino, ma si crede smarrita nel passato contaggio del 1657. „ hæc ille: haud ergo mirum, nullam in S. Benigno, neque libri, neque Authoris memoriam extare.

* *Monte Rosso*, oppidum est in Orientali ora Liguriæ; *Riviera di Levante*;

JOANNES ANTONIUS ORSATI Nobilis Patavinus in D. Iustinæ Cœnobio professus est Monasticum Institutum anno 1699. die 19. Martii. Vir doctus, & eruditus, *Lector* Philosophiæ, & Sacrorum Canonum in eodem Monasterio, mox Romam accersitus, ut in Collegio nostro Anselmo-Benedictino Theologiam doceret, cum egregiè admodùm Provinciam inchoasset, à Veneto Senatu anno 1719. Saer. Scripturæ publicus Interpres in Patavino Gymnasio electus, insigni adeò cum honore in Patriam remeavit, ubi haud vulgaris doctrinæ famâ literarium munus adimplet. Hic Avi sui Sertorii Orsati Equitis Epistolas *de veteribus quibusdam marmoreis inscriptionibus*, correxit, auxit, notisque illustravit, & in lucem emisit cum hoc titulo

Marmi eruditi, ovvero lettere sopra alcune antiche Inscrizzioni, opera postuma del Conte Sertorio Orsato Cavaliere del Serenissimo Senato Veneto, colle annotazioni del P. D. Gio: Antonio Orsato Monaco Benedettino Casinense, Nipote dell' Autore. In Padova 1719. *presso Giuseppe Comino in fol. parvo*. Liber constat pagg. 361. absque Indicibus, nitido charactere, ac optimâ formâ impressus. Epistolæ Sertorii sunt numero 13., quarum singulis valdè eruditas annotationes addidit Io: Antonius. Adnectitur pag. 241. usque ad pag. 361. aliud ejusdem Sertorii opusculum, hâc epigraphe prænotatum

Discorso del Conte Sertorio Orsato sopra una stanza Sepolcrale aperta a caso l'anno 1674. *in vicinanza di Roma, nella Via Flaminia*, & huic etiam operi copiosas *annotationes* addidit *Jo: Antonius*, qui in præfatione ad Lectorem promittit (si Eruditis præsens labor arriserit) novam editionem libri ab eodem Sertorio olim conscripti *de Notis Romanorum*, correcti tamen, & aucti. Hujus libri, quem eruditissimum vocant Ephemerides Literatorum Italiæ, Venetiis impress. anno 1718. tom. 30. art. 13. pag. 432. titulum tantùm narrant (nondum enim erat impressus); tomo autem 31. art. 13. pag. 427. ejus etiam impressionem referunt, quod itèm præstiterunt tom. 32. art. 16. pag. 552., ubi Epistolam nuncupatoriam, & præfationem Joannis Antonii doctam appellant.

Anno 1726. in Generalibus Comitiis nostræ Congregationis celebratis in Monasterio S. Benedicti de Padolyrono agri Mantuani, orationem habuit Isagogicam elegantissimam juxta, & utilissimam, qua dilucidè, ac solide probavit duo. 1 Scientiarum, bonarumque Artium studia, quibus ingenia apud nos excoli solent, ad unum cultum dumtaxat animorum, seu virtutum instrumenta esse referenda. *Alterum*; Christianæ, atque Monasticæ Sanctitatis à nobis officia prosequenda esse, quæ si rectè instituantur, ipsa invicem studia alunt, atque perficiunt. Est ms. apud Authorem in fol. pag. num. 7. Incipit; *Cum Sanctissimè apud nos lege fancitum est; Ut tertio quoque anno ad deliberandum de Republica conveniatis &c.* explicit; *Unam omnium vestrum imaginem, studio, officio, opera, atque labore, non exprimant modò, sed referant*; omnibus plurimùm placuit.

cuit. In iisdem Comitiis Prioris dignitatem obtinuit; anno verò 1728. in minoribus Comitiis Mediolani habitis creatus fuit Abbas S. Pauli de Vrbe, cui uno dumtaxat anno præfuit, ad Patavinum S. Iustinæ Cœnobium moderandum sequenti anno translatus, in cuius regimine hactenus perseverat.

De eo Nicolaus Comnenus Papadopoli in hist. Gymnasii Patavini tom. 1. l. 2. cap. 23. num. 6. „ 1719. 20. Sept. Tonto * suffectus est Io. Antonius Vrsatus Monachus Casinensis S. Iustinæ, Sertorii Equitis Nepos, nobilis Patavinus, „ cui decreti flor. 200. Prælusit muneri facundissimâ oratione, summo auditus cum „ plausu, cui respondet affatim eruditis Prælectionibus historiam Sacram exponens. Laudatur in Ephemeridibus * Literatorum Italiæ ob Præfationem, & Notas operi posthumo avi sui additas.

* Hyacintho.

* Tom 32. P. 1. à p. 198.

JOANNEM BAPTISTAM HADRIANUM, ac si à Civitate Aprutii, quæ vulgò Atri dicitur (olim Hadria, vel Adria, Patria, ut existimant aliqui, Hadriani Imperatoris) ortum duceret, affert Nicolaus Toppius in suâ Bibliothecâ Neapolitanâ pag. 129. & Monachum Casinensem asserit, laudatque ut Theologum eruditum, ac humanis literis celebrem, quippè qui scripserit orationes impressas cum hoc titulo.

Joannis Baptistæ Hadriani Orationes editæ Florentiæ, cum Petri Victorii, & P. Perondini orationibus 1562. in 4., ut etiam habet Gesnerus in Bibliothecâ emendatâ fol. 405. col. 1.

Refert etiam Toppius, ex Engen, hanc inscriptionem olim existentem Neapoli in Ecclesia Montis-Serrati.

Hic jacet R. P. Fr. Jo: Baptista Hadrian. Prior hujus Ecclesiæ, qui obiit an. Dom. 1575. *die* 29. *Maii*; *Et Fr. Andreas de Penna Prædicator*, obiit an. Dom. 1584. Sed præter ea, quæ de Cognomine *Hadriani* rectè animadvertit in notis marginalibus in eumdem Toppii locum sua manu ibidem scriptis doctissimus Prosper Eques Mandosius, tota illa inscriptio clarè evincit hunc Jo: Bapt. nullo pacto fuisse Monachum Casin. siquidem Monachorum nostrorum nominibus ab ipsis Casin. Congr. incunabulis *Domni*, & non *Fratris* nota præponi consuevit; Deindè non *Prior Ecclesiæ*, sed Monasterii dici debuerat, neque usitatum umquam apud nos fuit hujusmodi inscriptionibus, Priorum, vel Monachorum Tumulos insigniri, nisi fortè aliquorum Sanctitate, vel doctrina summè illustrium, idque etiam parcissimè. Denique si Casinensis fuit, cur humatur in Ecclesia Montis-Serrati, & quommodo ejusdem Ecclesiæ Prior, & non potiùs S. Severini, quod celeberrimum, ac eo tempore unicum Casinensium Monachorum Neapoli Cœnobium fuit? nam aliud Monasterium, quod nunc Neapoli habemus *Plagæ* vocatum, vulgò *Chiaja* Congr. Casin. unitum fuit anno 1609. Constat igitur Toppium nullâ habitâ, patriæ, cognominis, loci, temporisve ratione authorem hunc inter Casin. Monachos conjecisse; Sanè Ecclesia Montis-Serrati Neapoli est Patrum Benedictinorum Congregationis Hispanicæ Vallisoletanæ; quare hic Joannes Baptista Hadrian. fuit Monachus Congregationis Vallisoletanæ, non Casinensis. Illæ autem orationes, sicut, & plures aliæ sunt Io: Baptistæ Adriani Florentini celebris scriptoris, filii eruditissimi Viri Marcelli Virgilii Adriani, à quo ipse Jo: Baptista *Marcellinus* vocitabatur, ut clarissimè narratur in lib. de Viris Ill. Academiæ Florentinæ, cui erat adscriptus, pag. 44. & seq. Id ipsum affirmat Jo: Cinellus Bibl. Vol. Pluteo 7. pag. 79., ubi nimis insulsi, ac palmaris erroris arguit Toppium tribuentem has Orationes Jo: Bapt. ab Hadria.

JOANNES BAPTISTA BECCIUS à Castilione, quod Tusciæ Oppidum est insigne, ab Aretio decem ferè passum millibus distans, in propinquæ Urbis Aretinæ Asceterio inter nostros cooptatus anno 1629. die 16. Decembris, Latinis literis,

teris, scholasticis, ac moralibus scientiis, historicæ etiam, ac omnigenæ eruditioni sedulam navavit operam; cumque ingenio præstanti polleret, incredibiles labores in concinnandis Anagrammatibus exantlavit, eo enim tempore Italorum pluribus, præsertim Academicis, opificium anagrammaticum haud parùm arridebat. Beccius verò egregiam laudem indè etiam promeruit, quod Anagrammata sua Divorum, ut plurimùm, gestis, ac virorum Illustrium virtutibus celebrandis unicè consecravit. Quamobrem plures Viri insignes, atque doctissimi, ut Jo: Caramuel, Josephus Maraviglia Moralis Philosophiæ Patavii Professor, Joannes Paulus Oliva, ille Clericorum Regularium, hic Soc. Jesu Præpositus Generalis, Octavius Ferrarius Patavii itèm Eloquentiç Doctor percelebris in hâc laboriosâ arte Ixioneæ Rotæ comparandâ, raram ejus felicitatem, pluribus ingenii acuminibus fultam eximie commendarunt; opus autem quod edidit sic inscribitur.

Veritas Anagrammate explorata ad varia texenda Encomia. Patavii typis Pasquati anno 1668. in 4. In his plurium Sanctorum, præcipuè S. P. Benedicti gesta, aliorumque Heroum egregia facta laudantur.

Ipsius etiam cura, ac diligentia Illustrium Anachoretarum Elogia à Iacobo Cavaccio conscripta, denuò recusa sunt, ut superiùs diximus in eodem Cavaccio. Obiit Beccius anno 1687. Abbas Atetii. In Academiâ Romanâ vulgo *degl' Intrecciati*, quæ præcedenti sæculo decimo septimo ibidèm floruit, cuique Beccius erat adscriptus, recitavit duo Anagrammata, cum duobus Epigrammatibus in laudem S. Thomæ à Villanova anno 1662., ut narratur in libro, cui titulus est, *Fasti dell' Accademia degl' Intrecciati* &c. in Roma 1673. pag. 65. fuit etiam aggregatus inter Academicos *Concordes Ravennates*, ut ex eorum Catal. De eo Io: Cin. Plut. 7. Bibl. Vol. pag. 53., & 54. ubi sic; „ In templo D. Felicitatis „ Sanctimonialium Ord. S. Benedicti Inclytæ Urbis Florentiæ, felici dicendi arte, „ felicissimi Oratoris implente partes Admodùm R. P. D. *Antonio Maria del Catone* Senensi Benedictino-Casinensi, plausus numero anagrammaticus ; Programma *Antonius Maria del Catone Casinensis* 1305. Anagrammata. Senis „ Typis Publici 1683. in 4.

„ E sommamente da bramarsi, che 'l Dottissimo P. Abbate D. Gio: Battista „ Becci, che è l' Autore di questi ingegnosissimi Anagrammi, benche non vi si veda il suo nome, si risolva una volta di dare in luce l' altre sue belle fatiche, delle quali ho veduta ms. *Benedictus Anagrammate expensus*, ed alcune altre „. Hæc Cinellus.

Octavii Ferrarii ad Beccium Epistola

„ Pater Optimè. Anagrammata tua non sine voluptate perlegi: nam licèt plus „ habeant dignitatis in recessu quàm fronte præferant, labor tamen vix credibilis „ in oculos incurrit, teque in levi opificio operosissimè ludentem reddit admirabilem. Quippe ingeniosus artifex, & Literarum Formator Literatissimus, dum „ nigellas Cadmi filias furvæ sepiæ ductibus fingis, ac refingis, variisque nodis inflexas, contorques, & implicas, nexasque resolvis, hinc inde transfers, novaque „ sensa nominibus daturas, in aliam sedem migrare jubes non invitas, admirando „ opere procerum laudes concinnas, eximiam tibi laudem sine æmulo comparas. „ Me quoque principibus permixtum Achivis non sine rubore cognovi ; dum quæ „ tua humanitas est, aureas notas ex rudi ferro procudis ; itaque te mihi parciùs „ commendandum video, ne laudem fœnerasse videaris ; quocumque modo nomen meum, vocum arbiter, finxeris, constantèr sonabit, ac referet. Patavii 6. „ Decembris 1666. Tui observantissimum Octavium Ferrarium.

Helena quoque Lucretia Cornelia Piscopia (de qua supra) in Epistolâ ad Beccium data Patavii idibus Apostolis 1682., qua ad aliam ab eodem Beccio Hele-

Helenæ scriptam Senis 6. Kalendas ejusdem mensis, ejusdemque anni, respondet, his, inter cætera, eum affatur.

„ Qui Sapientissimus cum sis, potes insipienti etiam umbram Sapientiæ, si minus sapientiam ipsam, communicare, in quo uno præter generis nobilitatem, generosi Spiritus excellentiam, acerrimum ingenium, & quidquid ad honestum, & Religiosum Hominem exornandum requiritur, natura enixa est: ea scilicet virtutis tuæ conditio esse videtur, ut inter angustias proprii pectoris contineri impatiens, pompam sui per universum amplissimam fecerit. Nihil est in te porrò vulgare, nihil non summum, atque excelsum, quod ad Præsulem muneris omnibus absolutum spectet &c. (& post pauca) adeò ut, & tuæ Religionis decus, auxeris, & splendorem uberiùs illustraris &c.

Jo: Pauli Oliva Soc. Iesu Vic. Generalis ad eundem Epistola.

„ Un numero sì copioso d' impareggiabili Anagrammi, con cui la P. V. M. R. ha voluto coronare la virtù del N. S. P. Ignazio, ha somministrata a me amplissima materia d' ammirare così la fecondità del suo grande ingegno, come la pietà del suo religiosissimo animo. Poiche per una parte in un genere di componimento è sì arduo, e sì stentato, che maneggia la penna con una felicità così grande, che dalla causale combinazione di quei primi Caratteri del Santo, come da informi elementi, fa, che sorgano tanti nobilissimi misti, quanti furono i fatti del Santo. Dall' altra parte sono tutti gl' Anagrammi sì divoti, e sì pieni d' ottimi documenti, che come hò detto, in ciascuno di essi ben si vede, che alla fertilità della sua mente corrisponde la religiosità del suo cuore. Ne le rendo per tanto le maggiori grazie, che posso, protestandomi, che tra le somme obligazioni, che la Compagnia nostra professa alla incomparabile Religione di San Benedetto, questa non sarà la minore; e veramente pare, che non senza grande ragione il famosissimo Ordine Benedettino sia interessato in propagare le glorie di S. Ignazio, mentre egli ebbe tanta parte in accrescere le sue virtù. I Figliuoli del Gran Benedetto diedero al nostro S. Padre la prima idea della Santità in Monserrato, e parimente li Figliuoli del Gran Benedetto vi aggiunsero il colorito d' ogni perfezzione nel Santuario di Monte Casino. Onde mirandolo come cosa loro propria, se tutto l' Ordine concorse ad ergere splendidissime memorie sopra quel famosissimo Colle, ella ha voluto con intrecci di erudite ghirlande, e freggiare, ed immortalare maggiormente il suo nome. Onde di nuovo rendendole affettuosissime grazie, ed attestandole vivissime le obligazioni, umilissimamente la riverisco. Roma 22. Decembre 1663.

JOANNES BAPTISTA FERRETTUS Civis Vicentinus, in Monasterio SS. Felicis, & Fortunati apud Urbem Vicentiam Monachatum Professus anno 1656. die 26. Decembris, strenuam Philologiæ comparandæ navavit operam, ut sapientis Antiquitatis celebrioribus monumentis illustrandis illam impenderet, atque poeticos omnes flores (quotquot legere licuit) ab eâdem antiquitate posteris relictos, marmoribusque, ut perennarent, consignatos, eruditis notis exornans, in pristinum virorem, venustatemque prò virili restitueret, hac donatos inscriptione.

Musæ lapidariæ, antiquorum in marmoribus Carmina, seu Deorum donaria, hominumque illustrium obliterata monumenta, & deperdita Epitaphia, cum rerum perpetratarum publicis incisis lapidibus, quibus Templorum Aræ, Votiva in tabellis, Iconum stylobatæ, Mortuorum Sepulchra, facinorumque Diaglyphica notata insunt, visa in Urnis, Vasculis, Loculis, Lucernis, Columnis, Obeliscis, Plumbeis laminis, Tabulisque æneis signo Carminum; Quæ omnia Latiali sculpta stylo, & variis locis reposita, atque inventa, inscriptiones antiquissimas explanant, expendun-

penduntque; *memoriæ excerptæ notis historicis*, *in quibus reconditarum omninò rerum Gentilium*, *tam Sacrarum*, *quam Profanarum publico*, *privatoque jure perhibetur mentio*; *triplicique cognitæ Indice*; Opus libris 5. in fol. distinctum, ac Serenissimo Ludovico Borbonio Galliarum Delphino, Ludovici XIV. filio, dicatum, impressumque Veronæ Typis Antonii de Rubeis an. 1672.

Hoc in opere Ferrettus diffusis, ac eruditis notis lapidarias omnes inscriptiones carminibus signatas enucleat, quas non solum Grutterus, & Appianus, aliique collegerunt, sed quamplurimas etiam alias, nec hectenùs visas. Rex autem Christianissimus una cum libro acceptâ famâ ejus eruditionis per Victorium * Siri illius potentissimi Regis Historicum ordinarium, haud exigua pecuniæ vi Ferrettum donavit, suumque Historiographum renuntiatum in Gallias invitavit; Sed cum Gallicam profectionem Jo: Baptista meditaretur, ac pararet, morte interceptus in ipso juventutis flore, frustratis omnium votis, qui majora in dies ab ejus ingenio expectabant, nimis immaturè ex hac mortali vita discessit anno 1682. ætatis suæ 36. Promittebat autem Ferrettus in Epistola ad Lectorem, sequentia opera, quibus parùm deerat, ut ad coronidem perducerentur.

* De quo 2. par. L. V.

1 *Bibliothecarum deperditarum opus*; idest Perditorum operum, quorum cumque, tam Græcorum, quam Latinorum series, in qua concenturiantur tot voluminum tituli cum notis, ut ascendant, fere ad centum millia, ubi videtur quantum detrimenti acceperit Literaria Respublica. 2. *Antiquorum subterranea*: est de rebus antiquorum celebrioribus inventio, ut puta multa, & dissimilia, quæ effodiuntur, & apud Priscos æstimatissimi fuere pretii; 3. *De antiquorum Genio*: ubi de Gentilium superstitionibus variis per Deos manes, Lares, Lemures, Larvas, Spectra, Visiones, Umbrarumque terriculamenta, nonnulla expenduntur. 4. *De antiquis Collegiis*, *&* *Sodalitiis*, *vel Corporibus*. *tàm publicis*, *quàm privatis*, *&* *de Jure*, *ac Privilegiis eorumdem*. 5. *Hymnodia Veterum*, *Precationes*, *Supplicationes*, *Imprecationesque tam publicæ*, *quam privatæ ad Deorum pulvinaria*, *&* *in Larariis*. 6. *De Summano Deo*, *seu detestabili Dæmonum adoratione per Gentiles*. 7. *De Theatro*, *sive de priscarum Tragœdiarum*, *Comœdiarum*, *Fabularumue repræsentationibus variis*. 8. *De veterum Triumpho*, *seù Jure triumphandi*, *forma*, *honore*, *atque præmio*. 9. *De Senatu seù de Senatus Principe*, *Senatorum dignitate*, *ornatu*, *Senatus Consultis*, *Decretis*, *quæ Romanorum antiquorum jam in majestatem*, *&* *in Rempublicam erant*, *recentioribus nunc sunt in prototypon ad perfectissimam Politiã constituendam*. 10. *Musæi Genii ad varia Musæa constituenda specimen*, *tàm apud Principem*, *quàm apud eruditum Virum*. 11. *Epistolica ad eruditos Viros*, *seu petitiones*, *consultationesque literariæ*. 12. *Vicentinæ memoriæ*. *Antiqua marmora expensa*; ubi plura habentur de nostra Patria.

Quæ solùm sunt incœpta.

1. *De Latinis familiis*, *tam in Urbe*, *quam in Provinciis*; nec non 2. *Antiquariæ totius Corpus absolutissimum*, *in sex tomos digestum*.

Utinam autem tot ejus lucubrationes, præsertim quas ipse jam ferè se absolvisse affirmat, reperiantur; diligenti enim quamvis per Amicos investigatione adhibitâ, ubi nam extent scire minimè potui; Fortasse dum se Ferrettus itineri erat commissurus, ab eo in unum congestæ, vel secum in Gallias deferendæ, vel per Vectores mittendæ, ejus morte insequuta, miserè periere, aut ignoto aliquo in loco inutiliter latent. Ejus, librique ab eo editi meminit Georgius Matthias Conigius Bibl. Vet. & Nov. pag. 302. col. 1.

JOANNES BAPTISTA FOLENGUS Theophili Folengii, alias Merlini Coccai frater, patriâ Mantuanus, nobili valdè familiâ ortus, in percelebri S. Bene-

Benedicti Cœnobio, ad decimum ab Vrbe Mantua lapidem sito, Monachus fieri voluit anno 1512. die 18. Aprilis, cujus postea Monasterii Prior evasit, demumque Abbas S. Mariæ de Pyro in Marchia Tarvisina. Floruit humanis, ac divinis literis, quibus fretus aliquot Sacræ Scripturæ libros egregiè admodum est interpretatus: præcipuis ob id eorumdem Sacrorum Codicum Commentatoribus jure, meritoque par habitus. Cum verò non doctrinæ modo præstantiâ, sed morum quoque probitate, ac religiosæ prudentiæ laude excelleret, à Paulo IV. Pontifice Maximo, cui erat familiaris, ad visitanda, & reformanda Monasteria nostri Ordinis in Hispaniam missus fuit, per honorifico ejusdem Pontificis diplomate munitus, dato Romæ anno 1555. die 8. Novemb., ut refert Constantinus Cajetanus Commentar. in vitam Gelasii II. Papæ pag. 119. Romę impress. 1638. quam Provinciam cum strenuè, ac diligenter administrasset, in Italiam reversus, Mantuæ demum feliciter obiit anno 1559. die 5. Octobris ætatis suæ circiter sexagesimo. Ejus opera sic prænotantur

1 *In omnes Psalmos Davidis Commentaria*. Patavii anno 1542., & Basileæ anno 1557., & iterum Romæ apud Bartholomæum Bonfandinum, & Titum Dianum anno 1585. in fol. cum hac epigraphe. „ Jo: Bapt. Folengii Mantuani Mona-
„ chi Casinatis Ord. S. Benedicti in omnes Davidicos psalmos doctissima, ac planè
„ divina Commentaria, nunc recens studio, atque opera Monachorum ejusdem
„ Congreg. ab erroribus, ac mendis, quibus olim jam inde à prima impressione,
„ cum Typographorum incuriâ, tum Hęreticorum vitio, undique redundabant,
„ ex manuscripti cum impresso exemplari collatione, quam diligentissimè expur-
„ gata, & nutu, ac voluntate Bmi Gregorii XIII. Pont. Max. nuperrimè typis ex-
„ cusa; & postea etiam Coloniæ Agrippinæ anno 1594. apud Grevenbutkium.

2 *In omnes Canonicas Epistolas Apostolorum, & in primam Joannis Commentaria* Antuerpiæ in 8., & Venetiis apud Aldum anno 1546.; & tertio Lugduni apud Sebastianum Gryphum in 4. anno 1555. Ex his autem Commentariis tria, in Epistolas nempè Canonicas S. Petri, & S. Jacobi, & in primam Joannis, in Indicem lib. prohibitorum, *donec tamen expurgarentur*, fuerunt olim relata, ut in Indice Matriti impresso anno 1667.; At in Indice Romano jussu Ven. Ser. Dei Innocentii. XI. edito, sine illa clausula (*donec expurgentur*) prohibita sunt.

3 *Dialogi, quos Pomiliones vocant*, ad celeberrimos sui temporis Viros, impressi unàcum vario Poemate Theophili Folengii fratris an. 1533. in Promontorio Minervæ ardente Syrio, in 8., ex quibus Dialogis constat eum vocatum fuisse etiam Chrysogonum: Sic enim habet titulus Dialogorum; *Jo: Baptistæ Chrysogoni Folengii Mantuani Anachoritæ Dialogi, quos Pomiliones vocant*.

4 Redegit etiam in Compendium *Vitam S. Simeonis Monachi*, quæ typis excusa est simul cum Officio, & Hymnis ejusdem Sancti, ut testatur Arn. Wion Lig. Vit. lib. 3. pag. 235.

De eo agunt ingenti cum laude idem Wion Lig. Vit. l. 2. c. 70. pag. 429. ubi Commentaria in Psalmos ab eo elegantiss. Sermone conscripta esse affirmat. Fabianus Justinianus in Elencho auct. in Sac. Bibl. Ant. Yepes in Historia Monast. Gabr. Buc. in Bened. Rediv. anno 1540. pag. 71. Consalvus Illescas Hist. Pont. parte 2. lib. 6. c. 30. in Paulo IV. Sixtus Senensis in Bibl. Sancta lib. 4. hæc de eo habet „ Joannes Baptista Folengus Mantuanus Monachus Casinas S. Benedi-
„ cti, Commentaria in omnes Psalmos summa fide, mira luce, grata libertate, ex
„ ipsa Hebraica veritate confecit, & absolvit, in quibus rarâ eruditione, & Spiri-
„ tus ardore flagrans, & sensuum candor, & acumen, & latini Sermonis elegan-
„ tia insimul insunt. Horum initium est *Totius voluminis argumentum &c.* Scri-
„ psit etiam in omnes Epistolas Catholicas nitidas explanationes. Floruit anno

„ Dñi 1550. „ Ant. Poss. Appar. Sac. tom. 2. pag. 118. Edit. Venetæ an. 1606.
„ Joan: Baptista Folengus Mantuanus Ordinis Divi Benedicti Monachus, „ quique Sanctæ Iustinæ * Monasterio celebri præfuit, cum varia scripsisset, „ atque adeo emisisset, non tamen ita potuit omnia sive limare, sive præcave- „ re, quin in eadem aliqui errores irrepserint, aut aflu Hæreticorum pleraque de- „ pravarentur. Quæ res fecit, ut S. Romana Ecclesia, quæ habet oculos Colum- „ bæ, nec virum eximium laboribus suis omninò fraudare voluerit, nec aliis ve- „ nenum per ejus scripta sparsum ab Hæreticis propinari permiserit. Prohibuit „ igitur, quæ sub ejus nomine prodierant Commentaria in Epistolas SS. Petri, & „ Iacobi, atque in primam D. Ioannis Canonicas, quæ verò in Davidicos Psalmos „ iisdem labibus aspersa circumferebantur collata cum mss. Codicibus, & ipsius „ Authoris exemplari, voluit, ut fedulò recognita, & emendata Romæ recude- „ rentur, Gregorio XIII. Pont. Max. anno 1585., quæ deinceps Coloniæ Agrip- „ pinæ edita fuerunt apud Gerardum Grevenburkium anno 1594. Haud igitur „ inutiliter laborem positurus est, qui Folengii in Psalmos Commentaria perlege- „ rit, quoniam in eis, & eruditio, & pietas maximè cernuntur; Quod si Psalmos „ aptare necessitatibus sivè Ecclesiæ, sivè privatis quis voluerit, habebit, unde id „ facilè assequatur. Eas enim ita in Communes locos præfixâ tabula digessit, ut „ unico fermè aspectu incurrant in oculos „ Ipsas deinde tabulas cum Psalmorum numeris unicuique tabulæ appositis ex ipso Folengo proponit, ibi, vel in nostris Analectis, si cui placet videndas; quod idem nostra ætate iterum præstiterunt, & quidem egregie tum *Card. Thomasius* Præfat. in Psalterium &c. Latinè, tum *Paulus Segneri Soc. J.* ad calcem Comm. in Psal. 50. *Miserere* Italice.

* Quod tamē præterquam in Possevino, nullibi legi, nec ab aliquo alio audivi.

Agunt prætereà de eo Jacobus Philippus Thomasinus in Elogiis, Georgius Draudius Bibl. Class. pag. 206. Georgius Matthias Conigius Bibl. Vet., & Nov. pag. 310. col. 2. Felix Egger Idea Ord. Hierarch. Bened. lib. 2. parte 3. dissert. 8. n. 2. pag. 523. Folengum nomen suum æternitati commendasse doctissimis Commentariis elegantissimo sermone conscriptis censuit. Et hi tres quidem Germani. Ex Gallis autem Aug. Thuan. Hist. l. 33. ubi ejus probitatem, pietatem, charitatem, & tam morum, quam lucubrationum elegantiam, adeò commendat, ut lectionem ejus operum nemini pœnitendam affirmet. Ludovic. Moreri *Grand. Dictionaire historique* tom. 2. pag. 532. col. 2. edit. qua utor idem fere, quod Thuanus de eo habet, citatq. de eodem agentes Aubertum Miræum *de Script.* sæculi XVI., & Ricciolium in Chron. Ludovicus Dellies Dupinius *In Nov. Bibliotheca de Auctorib. Ecclesiasticis* tom. 16. an 1710. pag. 9. ac seq., ubi inter cætera notatu digna „ Folengio (inquit) à joint dans cet ouvrage „ deux choses, qui se trovent rarement ensemble, sur tout dans un Commentaire „ sur l'Ecriture Sainte, l'erudition, & la pieté, il explique le sens litteral des ter- „ mes à recours à l'original, & aux versions, & fait voir la liaison, & la suite du „ Pseaume comme un critique, & donne aussi les sens spirituels, & moraux com- „ me mystique. Il ecrit purement, & noblement, & Monsieur de Thou à eu rai- „ son de dire, que Personne ne se repentira jamais d'havoir lû ces Commentaires.

Novissimè Augustinus Calmet in Bibl. Sac. præfixa dictionario historico &c. ex Gallico Latinè edito Lucæ an. 1725. de Folengo hoc judicium tulit pag. 46. „ Io: Baptistæ Folengii stylus excultus est, eruditus, & modestus; author pietate „ erat insigni, ejusque Commentarium non aridum quidèm, & grammaticale, „ neque Græcis, & Hebraicis vocibus barbarum est, sed auctione plurima morali, „ & Ecclesiastica scientia refertum. „

Notanda etiam sunt, quæ continentur in Epistola nuncupatoria Alexandro Card. Farnesio à Præside, & Diffinitoribus nostræ Congr. præfixa Romanæ im-

D pressioni

pressioni Commentariorum Folengii in Davidicos Psalmos. Nam primò ex eadem Epistola apparet, Monachos aliquot nostræ Congregationis doctissimos, inter quos præcipuus fuit Prosper Martinengus, (de quo 2. par.) accuratam Sanctorum Hieronymi, & Chrysostomi, ac Theophilacti editionem concinnasse; dicunt enim ibi „ Dedimus negocium selectis aliquot Monachis, quos inter cæteros liberalibus disciplinis, ac sacrarum literarum cognitione instructissimos „ egregiè item Hebraicè, Græcè, ac Latinè eruditos animadvertebamus, ut primò D. Hieronymum, deinde Chrysostomum, & Theophilactum jam anteà ab „ hujus nostri temporis Hæreticis, atque aliis id genus nefariis hominibus passim „ corruptos, ac depravatos, vel etiam pluribus in locis imperitè, aut malitiosè „ interpretatos, recognoscerent, castigarent, ac pristino candori, & sinceritati „ restituerent, quàm rem pluribus hinc inde vetustissimis, hisque tum Græcis, tum „ Latinis (ut res ferebat) exēplaribus adjuti pro virili parte prēstiterunt. Hęc illi.

Quæ sanè studia eos in D. Hieronymi Opera præstitisse, testatur etiam Marianus Victorinus, qui illa diligentissimè curavit imprimenda, in Epistola nuncupatoria Pio IV. Summo Pontifici inquiens „ Adjuti autem sumus hac in re exemplaribus mss. viginti, & antea impressis aliquot, quæ Florentiæ, Brixiæque Monachi Casinenses, & Neapoli, Bononiæque Dominicani invicem multò labore cum Erasmianis codicibus contulerunt.

Præterea ex supradicta Superiorum Casinensium Epistola constat, Monachos nostræ Congregationis jussu Gregorii XIII. Græcos veteris, ac novi Testamenti libros ab iis erroribus, qui Typographorum incuria irrepserant, expurgasse; Tum enim additur „ Paucis deindè interjectis annis jussu Beatissimi Gregorii „ XIII. Pontificis Maximi Græcos veteris, & novi Testamenti libros ab iis erroribus, ac mendis, quorum maxima pars ob ejus linguæ imperitiam, Typographiæ vitio inoleverant, expurgavimus, ut potuimus. Cum in cæteris etiam sicubi aliter, ac textus se haberet, visum esset, nec nostri instituti, neque arbitrii, „ ne apicem quidem addere, aut demere, aut immutare, sed si quandoque inter „ se exemplaria discreparent, lectiones varias, & si quid aliud observatione dignum videretur, in margine dumtaxat adnotare, eos verò ita expurgatos Romam ad Sapientissimum, & usquequaque Doctissimum Antonium Cardinalem „ Carafam, incomparabili prudentiâ, ac religione virum, transmisimus, cujus „ studio, atque opera, collatis aliorum castigationibus, postremâ per ipsum manu impositâ propediem in lucem exituros speramus.

Denique patet ex eadem Epistola, prælaudatum Gregorium XIII. in emendatione à se curatâ Sacræ Scripturæ Græcè olim scriptæ juxta editionem Septuaginta, nostrorum etiam Monachorum operâ, atque industriâ usum fuisse, dicitur enim ibi „ Græca Biblia juxta editionem Septuaginta tùm nostrâ, tùm „ maximè aliorum doctissimorum Virorum industriâ usus (Gregorius) quàm diligentissimè emendari mandavit.

Hæc omnia occasione novæ illius editionis Commentariorum Folengii in Davidicos Psalmos, ideò recensere voluimus, ut quâ nostræ Congregationis Monachi Sacrarum Literarum scientiâ, & Linguarum præsertim Græcæ, & Hebraicæ peritiâ, optimisque studiis jam indè à decimo sexto seculo floruerint, magis innotescat, quò recentiores Monachi ad eadem ferventius prosequenda, imò, & augenda, majorum exemplis incitentur, & stimulentur.

Ad Jo: Baptistam Folengum leguntur duæ pulcherrimæ Eclogæ Dionysii Faucherii (de quo supra) impressæ in Chronologia Lirinensi Vincentii Barralis p. 2. pag. 453. & seq. prima est; *De Lapsu Ord. Monastici Interloquutoribus*: *Candido*, *& Simplicio*; *Incipit*.

Bruma

Bruma riget summis, & pendent stiria tectis &c.

Secundæ titulus est. *Religio Interloq. Fortunato, & Secundo*; Incipit.

Unde rogo Jucunde venis? ad ovilia tandem,
Quis te traxit amor! quorum te oblivio dudum
Cœperat &c.

Theophilus Folengus ejus frater germanus vir doctissimus, de quo 2. parte lit.T. in Poemate Italico *Panormita* nuncupato, quod ms. extat apud D. Petrum Mariam Justinianum Monachum olim Casinensis Cœnobii, nunc vero Episcopum Sagonensem in Corsica Insula lib. 1. cant. 17. pag. 65. loquens de Davide, ita etiam de Folengo, & ejus in Psalmos Commentariis canit,

Però disse di lui, poiche ebbe a schivo
Saul l'ingrato, ch'huomo avea secondo
Suo cuor trovato di malizia privo.
Ben l'hai tu ricercato fin al fondo,
O del mio Ceppo onor gentil Folengo,
Che in scriver a null'altro vai secondo.
Il ver ciò mi fa dir, non ti lusengo
Che sovra i Salmi a noi quant' hai prodotto
Tenuto è l'eccellente; io sì lo tengo.

JOANNES BAPTISTA LANA, patria Brixiensis apud S. Euphemiam in Urbe Brixia Monasticum institutum anno 1657. die 12. Martii professus, postea etiam Abbas, demumque totius Congreg. Præses, & Abbas S. Sixti Placentiæ, Vir amœnioribus literis, & morum humanitate conspicuus, Censor Academiæ Brixiensis, *Errantium* nuncupatæ, scripsit

L'Innocenza difesa nel castigo dell' Empio; Tragicomœdiam, Brixiæ excudente Ricciardo 1667. editam, Davidis historiam repræsentantem. Obiit Placentiæ Abbas anno 1702.

Leonardus Cozzandus Bibl. Brixien. par. 2. pag. 249. editionis 2. anni 1694 hoc idem opusculum *L'Innocenza difesa &c.* Flaminio Terzo-Lanæ tribuit, (quem nobilem natalibus, & scientiis vocat, interque Academicos Bellunenses *Elevatum*) impressumque Brixiæ anno 1665., scribit (forte illa fuit prima editio) sed nihil omnino dicit de ejus Religiosa apud nostros professione, nisi Jo. Baptista, in Sæculo *Flaminius* vocaretur, ac proindè suum opusculum sub sæculari nomine voluerit evulgari, ut sæpè ab aliis fieri contingit.

JOANNES BAPTISTA DE MIRO frater Vincentii de Miro, Viri prudentiâ, integritate, ac primariis in Neapolitano Regno, & Mediolanensi ditione Dignitatibus, tam sub Philippo V. Rege Borbonio, quam sub Carolo VI. Austriaco Cesare celeberrimi, natus in Oppido Graniano propè Neapolim, hacque in Urbe apud S. Severinum nostris adscriptus anno 1672. die 27. Nov. hoc etiam, quo scribimus tempore, anno videlicet 1731., omni scientiarum genere ornatissimus floret, magnamque apud omnes eruditos, qui eum noverunt, recondita, ac selectioris doctrinæ opinionem jure, ac merito obtinet: Nam in evolvendis veterum omnis generis Auctorum libris strenuam admodum navavit operam, eorumque placita pro ingenii sublimitate intimiùs penetravit, linguæ præsertim Grecæ Subsidio, in cujus intelligentia nemini habetur secundus. Sacram, profanamque Historiam, res Theologicas, Ecclesiasticam disciplinam, Jus Pontificium, ut cætera omittam, absolutissime callet: quidquid autem legit, vel audit (legit autem plurimum) indelebili memoriæ firmitate custodit, ac veluti ingenitum potius esset, quam studio aquisitum, non minus, quam quod ipse assiduis meditationibus proprio marte noviter investigavit, tamquam de-

domestico censu, ubi sese offert occasio, quantumvis difficillimum, mira claritate, ac facilitate in medium adducit. Itaque ejus familiaris consuetudo jucunda in primis, tum æque utilis ob inexhaustam doctrinar. copiam, quam jugiter effundit, ab omnibus, qui ea frui potuerunt, experimento comprobatur. Apud nos cum adhuc Juvenis esset, scholasticas scientias complures annos Neapoli, ac Venetiis cum plausu docuit; tum Romam accersitus, in D. Anselmi Collegio Sacros Canones eruditissimè explicavit, eodemque tempore discipulos in Græcis literis apprimè instruxit, ut hujusce præclarissimæ linguæ studia, quæ olim in nostra Congregatione floruerant, postliminio revocasse videatur, inter quos insignis est Cœlestinus Pezzancheri S. Sixti Placentiæ primùm, deinde, sub nomine *D. Placidi*, Cisterciensis Monachus novissimæ Reformationis Trappensis, nec ita multo post Casæ-marii Abbas, demumque Episcopus Himeriensis, mox Tiburtinus à SSmo D. N. Benedicto XIII. creatus. Imò Benedictus etiam Bacchinus, loco infra allegando, *Mirum* Præceptorem in Græcis literis Parmæ se obtinuisse diserte gloriatur. Quamdiu vero Mirus Romæ degit, maximam ubique laudem, & doctissimorum Virorum amicitiam, atque existimationem, Summorum quoque Præsulum, magnorumque Principum gratiam, & benevolentiam, ob singularem, quam in eo suspiciebant sapientiam, promeruit, neque enim Cardinales tantum de Aguirre, Casanata, Carpineus, aliique eum plurimi fecerunt, sed etiam supremus Pontifex Innocentius XII., qui ejus doctrinam, & eruditionem perspectam habebat, illum Sac. Indicis Congr. Consultorem, Sacræque Inquisitionis Qualificatorem, ac postremò Vaticanæ Bibliothecæ Subcustodem elegit. Munus istud, quod pluribus annis præclarè impleverat, aliis prò Congr. nostrâ negotiis procurandis distractus ultrò dimisit; ex Priore enim Abbas, ac demum Congr. nostræ Generalis Procurator renunciatus, operam omnem contulit, ut delatam sibi Præfecturam egregiè administraret. Quod sane eximiâ adeo integritatis, prudentiæ, ac solertis industriæ fama, ingentique totius Congr. plurimo ære alieno ab eo liberatæ, commodo, & emolumento perfecit, ut post elapsum administrationis sexennium Clementis XI. voluntate, hæc Provincia ad ejusdem Pontificis libitum, quod nunquam alteri, ei fuerit prorogata. Verum triennio post libenter Procuratorio munere absolutus, in Neapolitanum Cœnobium S. Severini secessit anno 1717., cujus etiam Cœnobii regimen, defuncto ejusdem Abbate an. 1719. ei obvenit, demumque an. 1720. in Comitiis Generalibus Perusiæ celebratis, suprema Congr. dignitate, Præsidis videlicet, communibus omnium Abbatum suffragiis cohonestatus fuit. Nec interim gravis adeo negotiorum moles, sive in Romana Curia, sive in amplissimi Cœnobii, totiusque Congr. moderamine impedimento fuit, quin subcisivis horis optimorum Codicum lectioni assiduè vacaret; nam selectissimam Bibliothecam sibi comparavit, ex quo nimirum tot Insignium Authorum veterum, & recentiorum cumulatissimo thesauro, doctrinæ ejus divitias conjicere fas esset, nisi aliunde clariùs adhuc illæ omnibus elucerent; Ipse profectò haud æquus virtutis suæ æstimator, doctissimorum hominum, & amicorum consilium, & preces irritas faciens, nullum ferè ingenii sui fœtum edere in publicam lucem umquam voluit, literisque consignatum ad posteros transmittere, quod videlicet scientiis ipsis contentus, ab iisdem ostentandis maximè semper abhorruerit. At verò tot egregiæ Consultationes, seu ut dicunt, *Vota*, variis de rebus Theologicis, eisque difficillimis in prædictis Indicis, ac S. Inquisitionis Congreg. identidem exhibitæ, quæ in earumdem Congregationum Archivis asservantur, ejus eruditionem selectissimam perpetuò testabuntur; scripsit nihilominus, & prælo subjici ægrè permisit

Odas aliquot Grecas, easdemque in Latina carmina translatas, nempè *Odem* unam in laudem Josephi Card. de Aguirre, cum idem typis mandaret Hispanicæ Ecclesię, & novi Orbis, seu Americę Concilia, pręfixam tom.2. eorumdem Conciliorum impressio Romę an. 1696. Typis Iacobi Komarek Boemi in fol. incipit.

Solis ò cunctis jubar expetendum; constat Strophis decem, & novem. Item *Carmen Heroicum* præfixum tomo 2. Commentariorum ejusdem Card. in Theologiam S. Anselmi, qui denuò impressus est Romæ anno 1689. apud Dominicum Antonium Herculem, incipit:

Quis mea nunc subito replevit pectora cantu
Ante mihi ignoto? &c. constat versibus 85.

Scripsit etiam Eclogam unam Græcam in laudem *Alnani Mellei* Academici Arcadis, idest *Joannis Francisci Cardinalis Albani* (qui postea Clemens XI.) & duas *Odas* pariter Gręcas, unam scilicet in laudem *Ermetis Aliani*, idest Cardinalis Gasparis de Carpineo, alteram verò in laudem *Nicandri Tuebeatis*, idest Francisci Marię Carafa Principis Blandæ * in Brutiis, quas Eclogam, & Odas Alphesibæus Carius, idest Jo: Marius Crescimbenius Maceratensis, perpetuus Arcadię Custos, in Italicum sermonem, & carmen transtulit, & inter sua carmina imprimendas curavit Romę an. 1695. in libro, cui titulus, *Rime di Alfesibeo Carlo* Custode di Arcadia par. 1. à pag. 65. usque ad pag. 69., ac par. 2. à pag. 167. usque ad pag. 169., in 2. verò edit. pariter Romæ facta anno 1704. pag. 135. lib. 4. & pag. 149. & 157. lib. 5. In qua nimirum Arcadum Academia, cui Io: Baptista erat adscriptus, *Meonis Lasionii* nomine censebatur. Ipse etiam composuit sequentem Inscriptionem, quę marmori insculpta visitur in porticu Basilicæ S. Marię Transtyberim supra lapideum sepulchrum.

* Di Belvedere. Oppidum est Calabriæ Citerioris &c.

Antiquum hunc Sarcophagum, utriusque Fœderis Historiis Anaglyptum, Gaspar S. R. Ecclesiæ Cardinalis de Carpineo Episcopus Sabinensis, plurium Summorum Pontificum Vicarius, ne in suis privatis ædibus, quibus diu fuerat ornamento, cum sacræ Antiquitatis neglectu Pios, atque eruditos Viros lateret, In Propilæum vetustissimæ hujus Basilicæ, Tituli olim sui, transferendum curavit. Anno salutis 1707.

Reddidit etiam Latinis carminibus Græcum Epigramma Gothifredi Nerrichen in laudem Serenissimi Cosmi III. M. Ætruriæ Ducis, ab eo scriptum occasione, quâ Florentiam advenerat Jacobus Tollius; quod utrumque Epigramma Græcum scilicet, & Latinum legesis in Ephemeride Liter. Bacchiniana anni 1688. pag. 11. & seq. incipit

Ad te Tolliadem venientem suscipe Princeps &c.

Laudatur Joannes Baptista à Francisco Bianchini Veronensi, Clementis XI. olim Cubiculario honorario, Sacelli Pontificii Hippodiacono, & Romanæ Curiæ Prælato, Viro doctissimo, in Vita Cardinalis de Noris, & inter Vitas Ill. Arcadum impressâ Romæ anno 1708. apud Antonium de Rossi par. 1. pag. 214. circa finem. Item à Ludovico Ant. Muratorio Viro Clariss. Bibliothecæ Ambrosianæ quondam Præfecto, postea Serenissimi Ducis Mutinensis Bibliothecario, in Anecdotis Græcis, quæ ex mss. Codicibus eruit &c. impressis Patavii anno 1709. qui multa ex prædictis Anecdotis Græcis à Miro se accepisse ex Vaticana Bibliotheca testatur pag. 211., & 213., & in Præfat. Qui Muratorius talem ad Joannem Baptistam scripsit Epistolam:

„ Eruditissimo, Clarissimoque Viro P. D. Joanni Baptistæ de Miro,
„ Ludovicus Antonius Muratorius. Felicitatem.

„ Literis illis, quas ad me præterito mense dedisti, eruditionis, ac humanitatis „ tuæ famam apud me non parùm auxisti. Illam in te antea suspiciebam, ac vene„ rabar, istam amabam, nunc verò utramque expertus commendare non desino,

mihi-

mihique gaudere, quod in tanti Viri familiaritatem concedere mihi contigerit. Queis enim fortem meam non intelligam, dum Virum gravioribus, ac amœnioribus disciplinis excultum patronis meis, homo nullius momenti, nulliusque nominis adnumerare possum? „ & post alia plura: „ Equidem video secundam aliquam de me opinionem tibi injectam fuisse, verùm, quin eam posueris minimè dubito, ubi redditæ tibi fuerunt ineptiæ illæ, quibus Paulini elegantissima carmina parùm cautè infeci. Utcumque id se habuerit, nihil moror, quum de tua benignitate certus, & si tuæ de me existimationi periculum imminent, benevolentiam tamen perpetuò velim sperare. Plurimas igitur gratias tibi nunc habeo, Vir sapientissimè, teque dimisse rogo, ut his me in posterum cumulare muneribus velis, & ignorantiam meam, tum in Latinis, tum in Græcis literis reparare. Nam quæ tua sit in huiusmodi studiis peritia, non ex aliis tantùm didici, sed apertissimè ex Epistola tua cognovi. Videris autem mihi digito tetigisse carminum tibi propositorum sensum, atque animum Nazianzeni expressisse; si hoc opus maturare mihi licebit, tuum clarissimum nomen ubique proferam, quum te in ambiguis Præceptorem habere constituerim. Tu vero si me quandoque responsione dignaberis, fac ut me tibi molestum nequaquam futurum cognoscam, aut paucis pro minori incommodo Epistolam rescribendo claude. Hæc properantèr scribo, teque, ut amorem tuum mihi sartum, tectumque diù serves, exoro. Vale. Mediolani 3. Id. Decembris 1697.*

* Idem V. C. Epistolarem de IV. Temp. Iejun. Disquisitionem To: II. Anecdot. edit. pagin. 246. & seqq. eidem P. Abb. de Miro inscripsit, nuncupavitq; an. 1698.

De eo etiam, (occasione, qua Jani Vincentii Gravinæ opera recensent) perhonoroficè loquuntur Authores Ephem. Liter. Ital. tom. 31. impress. an. 1719. Venetiis art. 12. pag. 325. & seq. sic. „ Basti per tutte le altre lodi, le sole che dà alla stessa opera (*de Originibus Juris Civilis &c.*) il celebre Padre D. Gio: Battista del Miro gia Procurat. Generale della Congreg. Casin. nella sede di revisione, che ne fece per commissione del P. Maestro del Sac. Palazzo Apostolico &c. „ Postea verò hanc de eodem Miro notationem subjungunt (a) „ del P. Gio: Batista del Miro fiaci quì lecito trascrivere l'elogio, che ne tesse il P. D. Angelo Maria Quirini nella sua Dissertazione *de Monastica Italiæ historia conscribenda* pag. 59. di cui non sò per quale nostra inavvertenza s'è omesso il fare menzione cola, dove nel passato Giornale pag. 84. si sono annoverati alquanti insigni Letterati viventi della Congregazione Casinense „ Jo: Baptista de Miro vir egregius, & interioris literaturæ, nemini in Græcæ linguæ peritiâ secundus, tamque acri præditus ingeniò, ut ad pervestiganda abdita quæque scientiarum apprime factus videatur.

Joannes item Maria Lancisius, percelebris Pontificum Inn. XI., & Clem. XI. Archiater, in testamento, quod aliquot ante obitum annis, non minùs piè, quam sapienter condidit, inter insignes, ac præclarissimos Viros, sibique amicissimos, quibus varia legavit munera, Ioannis etiam Baptistæ de Miro meminit, his prorsus verbis „ Lascio al P. Revmo Abate di Miro de Casinensi, soggetto dottissimo, e di costumi ottimi, il mio Orologio a cordicella, di cui nel corso di 35 anni mi sono sempre servito per guida de' miei studj matutini „ Extat autem hoc Lancisianum testamentum ad calcem ejus vitæ scriptæ à Jo: Mario Crescimbenio Arcadum Generali Custode, ac Romæ impressæ in 4. anno 1720. ubi pag. 131. circa finem prædicta verba Lancisii in ejus testamento leguntur. Benedictus denique Bacchinius in Vita suâ à semetipso conscriptâ impressâ post ejus obitum Venetiis an. 1723. in 34. tomo Ephemeridum Liter. Ital. pag. 305. hæc de Miro narrat: „ Cum accersitus ad Parmense Monasterium fuisset P. D. Io: Baptista de Miro, nunc Abbas Casin. & Vaticanæ Bibliothecæ Subcustos, ea occasione ejusdem linguæ (Græcæ) illum celeberrimum Monachum Magistrum habuit.

Obiit

Obiit Io: Baptista Neapoli in S. Severino anno 1731. die 27. Ian. ætatis suæ 75. apoplexiâ correptus, cum jam decem annorum spatio genuum, & crurium, aliarumque Corporis partium debilitatem admirabili patientiâ tolerasset; de quo illud peculiare, & perquam honorificum, in Epistola Encyclica, quæ de obitu cujusque Monachi ad singula Monasteria nostræ Congregationis mitti solet, disertè narratur, eum scilicet ab Augustissimo Rom. Imp. Carolo VI. Præceptorem Leopoldi Archiducis Austriæ Filii sui delectum, & designatum fuisse, quod tamen ob immaturam, nimisque acerbam ejusdem Archiducis mortem, tanto Christiani Orbis detrimento, optabili effectu caruit, *Miro* etenim Magistro doctissimum non minus, quam potentiss. Principem, ut olim M. Aurelium, Flavium Justinianum, Carolum M. aliosque similes, Romanum Imperium se obtinere gloriari merito potuisset.

JOANNES BAPTISTA à Neapoli, Professus Monasterii S. Michaelis Archangeli Montis Caveosi in Lucania factus 1610. 4. Julii, claruit pietate, ac sacris literis Sæculo XVII. Ejus supersunt in Bibliotheca ejusdem Monasterii

1 *Tractatus* plures Ascetici ex doctrinis SS. Patrum, & aliorum Piorum libris extracti; mss. Item Italicè

2 *Affettuose Meditazioni dell' eccellenti, e sovrane bellezze dell' Anima, e del Corpo della Reina de' Cieli Madre di Dio*; MSS.

Plura alia scripsit, quæ posterorum incuriâ perierunt. In nostris Regestis dicitur, *Abbas Castrovillarum morum probitate conspicuus*.

JOANNES BAPTISTA STELLA, nobili familiâ, Brixiæ natus, ibidemque Monachus effectus in SS. Faustini, & Jovitæ Cœnobio anno 1560., floruit doctrinâ æquè, ac rarâ prudentiâ; à Clemente idcirco VIII. P. M., qui eum plurimi faciebat, ad Ferdinandum I. M. Etruriæ Ducem Orator missus, cum se in eâ provinciâ præclarè gessisset, eam omnibus virtutis suæ opinionem injecit, ut Romæ, ubi D. Pauli Abbas, & Congr. nostræ Generalis Procurator fuit, omnibus fere tùm Cardinalium, tùm majorum Italiæ Prælatorum consultationibus adhiberetur. Gestis deinde magna cum laude Visitatoris, ac Præsidentis muneribus, Romæ diem clausit extremum an. 1597. die 25. Septemb. in Quirinali Monte, ubi eo tempore Hospitium æstivum, S. Saturnini nuncupatum, Monachi D. Pauli possidebant, quod mox nutu, & auspicio Pauli V. Pont. Max., qui ad Quirinale Palatium excitandum eo loco indigebat, cum Transtyberinis D. Calisti ædibus commutatum est. Plurima quidèm scripsisse fertur, pulcherrima, ac utilissima, quæ tamen, cum in Principum tabulariis cautè serventur, ut Authores infra citandi asseverant, distinctam sui notitiam, nec nobis tribuunt, nec ut aliis tribuamus, permittunt.

De eo agunt Arn. Wion Lign. Vit. par. 2. l. 5. cap. 8. pag. 597. in Præsidentibus Annalibus n. 64. ad anno 1594. Octavius de Rubeis * in Elogiis historicis Illustrium Brixien. editis Brixiæ 1620. p. 419. & seq., ubi alia quædam particularia de eo narrat. „ Successe a questi l'Abate Gio: Battista, che ho conosciu- * De Rossi.
„ to, e dal quale nella mia prima gioventù, essendo in Roma, ricevei molti cari,
„ ed onorati favori. Era egli allora stato Presidente della Congr. di Monte Casi-
„ no, e viveva in così grande stima appresso a Papa Clemente VIII., che si teneva
„ per fermo, che non dovesse morire senza il Cappello Cardinalizio. Nel qual
„ concetto, io molte volte fra me stesso mi confondo, posciache, è pare quasi una
„ favola, che quasi tutti li Bresciani, come sono ascesi al merito, mai possono for-
„ tir il possesso del merito, ma ò morono essi, ò more l'essecutore della loro buo-
„ na fortuna. Tuttavia stimarono alcuni, che non segreta forza del Cielo gli to-
„ gliesse quella meritata grandezza, ma, sibene gliela vietassero certi rispetti po-
„ litici,

„ litici, che sono massime importanti, ed idee artificiali de' Principi moderni. Fu „ grande d'animo, di lettere, e di negozio, e tutti i Cardinali, ed altri de' maggiori Prelati d'Italia tenevano gran conto del suo giudizio, così fattamente, che „ o con la presenza, ò con le lettere interveniva nelle loro più importanti consulte. Fu uno di quelli, che consigliò al Papa la ribenedizione d'Arrigo IV. Rè di „ Francia, provando in una sua longhissima scrittura la necessità importante di così fatta risoluzione, dicendo fra l'altre cose, ch'egli la cavava dalle più segrete „ viscere della pretesa Monarchia di Spagna, e perciò Monsignor di Perona, che „ fu poi Cardinale, e gli altri primi Ambasciatori di quel Rè, sollecitavano la visita dell'Abate Stella più che d'ogn'altro fautore della Nazione Francese. E' „ maraviglioso lo stile de' suoi discorsi, ne' quali si sente la pienezza prudente di „ Tacito, e la dolcezza di Svetonio. Ma le cose sue stanno negl'Archivi de' Principi, ed appresso d'alcuni pochi particolari, a' quali è lecito il considerarle, „ ma non il publicarle, perche oggi si cimentano insieme gl'interessi di due grandissime politiche, che sono le deità famigliari di tutti i Principi. Se avesse avuto „ luogo tra la Porpora, il mondo averebbe veduto aperto l'ampio giardino delle „ sue virtù, e godereissimo la fama incoronata co' fiori, e co' frutti del suo valore. „ Quell'anno, che si aspettava di udire la sua promozione, si pianse la sua morte, „ che seguì a Monte Cavallo *. Tuttavia morì felice, perche se ben chiuse gli occhi del corpo, non chiuse quelli dell'animo, lasciando vive dopo di se due chiarissime luci del suo sangue rinchiuse nell'abito suo medesimo; Questi sono i due „ Fratelli Lattanzio, e Silvio, l'uno Priore, e l'altro Abate, ambidue chiari di „ dottrina, di pietà, e di gioventù &c. „ (de quibus singulis nos etiam suis locis). Hæc ille; Sed ubinam gentium, & apud quos Principes tam laudatæ Stellæ lucubrationes reperiantur, quibusve de rebus speciatim agant, nullatenus indicat; nec ego aliundè eadem ejus scripta hactenus potui expiscari. Idem habet Leonardus Cozzandus Biblioth. Brix. par. 1. pag. 117. Item de eo, ejusque ad M. Ducem legatione mentionem faciunt nostra Reg. mss., & Plac. Pucc. in Nomencl. Abb. pag. 24. Usus est etiam Jo: Baptista intima familiaritate, & amicitiâ Cardinalium *Gonzagæ*, *Peronæ*, *&* *de Florentia*, ac insuper *Torquati Tassi*, quem semper in rebus omnibus adjuvit, præcipue apud laudatum Cardinalem Gonzagam; Sylvius Stella ejus Fratris Filius in Epistola ad Lactantium Stellam fratrem suum, qui tunc Monachi sub eodem Jo: Baptista merebant., sic de eo scribit 1591. „ Del Reverendissimo Padre Abate nostro, che veramente „ ci ama da Figli, potremo trarre esempi di vera virtù, e di destrità, e prudenza „ in lui singolare &c. „ Quæ Epistola una cum aliis pluribus ejusdem Lactantii, aliorumque ad eum, extat mss. in Bibl. S. Euphemiæ Brixiæ. Idem autem Lactantius anno eodem 1591. in Epistola, quam Jo: Baptistæ ad Comitia Generalia profecto Romã scripsit die 30. Iunii sic dicit „ Questi Illmi Signori (Cardi- „ nali) suoi Amici, e Padroni, l'aspetrano con desiderio, e sopra tutti l'Illmo Si- „ gnor Cardinal di *Perona*, e quello di Fiorenza „; Cardinalis namque Gonzaga tunc ægrotabat.

* In Quirinali Hospitio, ut paulò ante diximus.

JOANNES BENEDICTUS ZITELLI à Cava, Monachorum nostrorum Albo in percelebri Cavensi Cœnobio adscriptus fuit anno 1602. die 26. Octob. Ubi in suscepto vitæ instituto, tàm moralium Virtutum exercitationi, quam sacrarum literarum studio, jugem operam dando, laudabiliter ad obitum usque perseveravit; nonnulla, quæ edidit opuscula ejus pietatem, ac devotionem satis, superque testantur. Sed constans de ejus vitæ sanctitate opinio, quæ ab illius excessu usque in præsens apud Cavenses manet, utramque magis, magisque confirmat. Ad superos evolavit anno 1648., ejusque Corpus ob eamdem cau-

sam

sam in in Cavensis Cœmeterii loco ab aliis defunctis secreto, repositum fuit. Ejus verò lucubrationes sic prænotantur.

1. *Manuale di varie Orazioni per le anime desiderose di piacere a Dio*, 2. *Breve esortazione alla Perfezzione Cristiana, ed alla frequenza del Santissimo Sagramento*, 3. *Sette Meditazioni utilissime per li sette giorni della settimana*, Omnia impressa unico libello Neapoli apud Camillum Cavalli an. 1642.

De eo Nicolaus Toppius in Bibl. Neap. pag. 141. Bernard. Pez Epistola IX. Apologetica pag. 202. Felix Egger Idea Ord. S. Bened. lib. 2. parte 3. differt. 3. pag. 425. Marinus autem Albritius Decanus, nunc verò Prior, & Cavensis Archivi Præfectus, Vir gravis, & fide dignissimus, literis ad me datis die 22. Nov. 1720. de eo hæc refert „ Morì il P. D. Gio: Benedetto Citelli in questo Monastero della Cava nell' anno 1648. e di sua età 65. Uomo di santissima vita, „ al di cui Cadavere concorse all'avviso di sua morte moltitudine di Popolo, ed è „ publica fama, che al tocco delle parti della di lui Tonicella, e de' panni intinti „ nel di lui Sangue fossero state sanate molte infermità, e questo stà registrato nell' „ Archivio di detto Sagro Monastero della Cava &c.

JOANNES BENEDICTUS ROCCA, nobili genere Cathacii, quæ est * ulterioris Calabriæ primaria Vrbs, prodiit, atque admodum Juvenis Soc. Jesu in Neapolitana provincia nomen dedit, in eaque ad quindecim fermè annos perseveravit, quo tempore acris ingenii, pronique ad omnem scientiam, præsertim ad Latinam poesim, quò à natura donatus fuerat, excolendi, exornandique occasiones adeo frequentes, quæ in illa occurrunt, minimè neglexit. Sed postea facultate sibi facta, justis de causis, ab illa egrediendi, ad Congr. nostram transivit, & inter Farfensis Monasterii sodales admissus fuit an. 1665. die 8. Februar. quamvis in præcipuarum Italiæ Vrbium Monasteriis, Venetiarum scilicet, Genuæ, Mediolani, Neapolis, postremò Romæ vitæ ferè totum spatium ad ultimum usque senium traduxerit. Neque hoc satis habens, magnam etiam Europæ partem, Hispaniam nempe, Galliam, Germaniam, Belgium, & Angliam peragravit, doctissimorum Virorum amicitia, ac consuetudine fruens. In aliquibus autem ex prædictis Monasteriis, pariterque Mantuæ Philosophiam, & Scholasticam, Moralemque Theologiam complures annos docuit, Sacræ etiam Scripturæ libros aliquot moralitèr explanavit. Scripsit quidem plurima, tùm solutâ, tùm ligatâ oratione in utraque linguâ Latinâ, atque Etruscâ, sed Latinæ Musæ illi semper in deliciis fuere, inque omni poematum genere, elegantèr varia cecinit. Romam demùm accersitus anno Iubilæi 1700., ibidem *Pœnitentiarium* prò Hispanica natione, cujus linguam optimè callebat, in Basilica S. Pauli toto anni decursu egit. Postea Tudertum, deinde Ameriam, superiorum nostrorum jussu, profectus, Monialium Ord. nostri iis in locis existentium, confessiones excepit, curamque gessit. In Urbem reversus nonnullis, quibus superstes fuit, annis, carminibus componendis jugiter vacans, ad extremam senectutem pervenit, tertium scilicet supra octogesimum annum attingens, quo tempore intercutis morbo correptus, eoque ad aliquot menses conflictatus, fato tandem cessit anno 1712. die 7. Novembris. Lucubrationes, quas Latino idiomate in lucem emisit, hæ sunt

* Catanzaro

1. *Naturæ, & artis certamen in exornanda S. Georgii Majoris insula fortunata: Carmen heroicum*, quò prædictum S. Georgii Monasterium describitur. Venetiis anno 1679. apud Valvasensem. 2. *Genialis Montium pompa, qua triumphantes in Cosinum excepti sunt Illustrissimi, atque Excellentissimi Domini Joannes Sagredus, Nicolaus Venerius, Sylvester Valerius, D. Marci Procuratores, ac S. Georgii Majoris Protectores merentissimi*. Venetiis in Comitiis Generalibus anno

 1679.

1679. die 22. Aprilis apud Jo: Franciscum Valvasensem. 3. *Carmen Funebre in parentalibus Defunctorum Abbatum*. Venetiis. 4. *Oratio funebris in idem argumentum*, impressa Perusiæ; itèmque in solutione Capituli Generalis *Poema*. 5. Multa *Epigrammata*, atque *Odes*, impressæ Neapoli, Venetiis, & Mediolani. 6. *Equus maximus* ad Leopoldum Imperatorem; Viennæ. 7. *Anagrammata arithmetica* in Revmos Præsules ad Comitia Generalia Patavii congregatos; Patavii typis Gattellæ an. 1671. in 4. In quo opusculo Rocca ex cujuslibet Præsulis nomine lepidum *Carmen* elicit, quo mores, gestaque illius clare, ac nitidè exprimuntur.

Hæc Latinè; Etrusco verò carmine edidit

8. *Epitalamio nelle Nozze della Regina di Polonia con Carlo V. Duca di Lorena. In Vienna*. 9. *Ode al Sig. Filippo Archinto Principe dell' Academia. In Milano*. 10. *Due Epitalamii nelle Nozze di due nobili Veneti. In Venezia*. 11. *Molti Sonetti, e Madrigali stampati in Milano, ed altrove*.

Præterea multa mss. nobis reliquit, inter quæ

1 *Epigrammatum librum* in fol., in quo leguntur ad minus 1500. Epigrammata satis elegantia, tùm sacra, tùm moralia, tùm ludicra, omnia Latinò sermone composita, ex quibus pauca hæc, quæ inter sacra leguntur, tamquam ejus styli specimen hic exhibemus.

D. Magdalena ex Succino

Quæ propè tota dolens, dum viveret, ivit in undas,
Debuit à lacryma post quoque fata tegi.
Quin ego crediderim, flendo quod Magdalis ipsam
Hanc gemmam ex oculis fuderit ante suis.
Non Phaetonta gemens, veri sed funera Solis,
Qui priore suos usserat igne sinus.

Pag. 51. Christi pendentis Imago ex Corallo:

Ex rubro misit Doris, quem Sarda Lapillo
Symbola pendentis, quam bene facta Dei!
Par fuerat totum te fingere Christe cruentum
Unum si vulnus, cum morereris, eras.

Pag. 65. D. Benedictus se le in Spinis volutat:

Vepre super rigido se Nursius usque volutat
Damna pudicitiæ ne ferat ulla nitor.
Fabula jam taceat; Spinæ si pura cruentæ
Lilia dant, Cypriam non peperere rosam.

2. *Arsinda*: Drama Tragicomicum continens pag. integras 64. Opus moralibus, ac politicis sententiis, undique aspersum; incipit:

Aurelianus. Regina, nomen, nam decere Regium, Ultrò fatemur &c.

Reliquit præterea

3. Plurima omnis generis Carmina, & varia poemata, inter quæ *Oronta Vindex*, in quo nobilissimæ, ac fortissimæ Puellæ à Turcis in Cypri expugnatione captæ, & ad Sultani libidinem destinatæ generosum facinus, quo se, navemque, qua vehebatur, incendit, admoto scilicet igne pyrio pulveri, ut pudori consuleret, luculenter describit; incipit:

Postquam Regna Cypri ferus impulit ire Gelonus
In præceps, doluitque suo captiva Gradivo,
Colla dedisse Venus &c. & aliud de Bello Ungarico, & Obsidione Viennensi, cui nomen dedit; *Aquila Triceps*. Item:

4. *Orationes, Elogia, Conciones, Prælectiones*, tùm *morales*, tùm *in Sacram Scri-*

Scripturam, & alia id genus metro, & prosa, Latinè, & Etruscè; omnia quatuor voluminibus in fol. comprehensa, in Bibl. S. Pauli de Vrbe asservantur mss.

JOANNES EVANGELISTA ab Aversa, professus Monasticum institutum in Cœnobio S. Severini Neapolis anno 1505. die 1. Januarii, & posteà ibidem Abbas, scripsit

Della necessità dell' opere buone contrò li moderni Eretici, alla Signora D. Giovanna d' Aragona Duchessa di Tagliacozzo; est liber ms. in fol., divisus in cap. 25. absolutus anno 1545., mense Sept. die 11. extat. ms. Romæ in Bibl. Sapientiæ tom. 2. Miscellan. Const. Cajet. Agitur ibi de vera Doctrinâ Catholica, deque ejus articulis, de Sacramentis &c. extabat etiam apud Patrem D. Claudium Stephanotium Procuratorem Generalem Monachorum S. Mauri Romæ, scriptus valdè conciunè, & optimo charactere; identidem tamen apparebant correctiones, & lituræ, additionesque manu forsan ipsius authoris. Opus solidæ Theologiæ innixum, linguâ etiam Italicâ non inelegantì, styloque dilucido exaratum, ac plura valdè peculiaria ejusmodi argumenti diligenter pertractans. Obiit Abbas Mantuæ.

JOANNES EVANGELISTA à Panormo, familia *Florentia*, natus anno 1617. Monachus verò factus est anno 1632. die 30. Sept. in S. Martino de Scalis. Hic regularis disciplinæ perfectum exemplar, morum honestate, virginali verecundia, sacrorum studiorum assiduitate, aliisque religiosis virtutibus ab ipsa juventute ad extremum usque vitæ spiritum se ipsum constanter exhibuit. Philosophiam, & Theologiam plures annos docuit non sine magna doctrinæ laude, sed in morali disciplina supra consuetum modum excelluit, multosque insignes discipulos in illa facultate instituit; Quæ quidem severiorum studiorum ratio nil obstitit, quin eodem tempore Latinas etiam Musas impensè coleret, ac laboriosum Anagrammatum opificium concinnaret. Ad hæc Congreg. munia sibi demandata egregiè, ac laudabiliter semper exercuit; nam Tyronum Magister quinquennio, Prior deindè Claustralis variis in locis, postremò Abbas S. Martini sexennio, Sanctorum verò Benedicti, & Aloysii in Vrbe Panormo quadriennio constitutus, perfectam S. Regulæ, cujus zelo flagrabat, custodiam, & observantiam ubique redintegrare, ac promovere pro viribus laboravit; tandem soli Deo, sibique vacaturus, Præsulatu sese abdicavit, & inter eximia virtutum exempla, & spiritualia exercitia aliquot post annos excessit è caduca vita, immortalem inchoaturus an. 1694. die 5. Januarii. Vidi illum Romæ anno 1677. dum ego ibidem Tyrocinium agerem, ille Prior Claustralis esset, (quo eodem anno Abbas electus fuit) ubi ob Doctrinæ, ac Probitatis præstantiam tùm Innocentii XI. Summi Pontificis, tùm aliorum insignium Virorum, sicut etiam Cardinalis Estensis existimationem, amoremque promeruit, erat enim verbò, & exemplò admodum venerabilis, & vel ipso aspectu sanctimoniam spirans. Lucubrationes verò ejus hunc titulum præferunt;

1 *Anagrammata Sacra ad Spiritualis Animæ desuaviationem, veluti in halos constructa*. Panormi apud Dominicum de Anselmo 1662. in 8., & iterum Messanæ an. 1671. & tertio Mutinæ eodem an. 1671. ex Typographia Andreæ Cassiani; additis *Anagrammatibus non sacris*; & alibi, præsertim Ticini, ac Regii Lepidi.

2 *Musæ Recentiores Sacræ-Morales jucundum animi oblectamentum*. Panormi apud Petrum de Insula anno 1677. in 8.

3 *Musæ Regulares, Memoriales Tyrunculorum Instructiones*; ibidem apud Iacobum Epirum 1686. in 8. sub nomine anagrammatico *Angeli Santavie*. Sunt plurima disticha exprimentia Regulæ nostræ capita omnia.

Plures etiam *tractatus morales* composuit, qui mss. apud ejus discipulos extabant.

bant. *Introductionis* verò ejus ad moralem scientiam, quæ utilis non minus, quam perspicua est, exemplar ms. apud me custoditur.

Laudatur a Jo: Baptista de Judice in Carminibus par. 2. pag. 388. A Jo: Andrea à Cruce in libro cui titulus, *La Pace combattuta* pag. 77. Ab Ant. Mong. in Bibliotheca Sicula par. 1.

JOANNES EVANGELISTA, patria Neapolitanus, nobili familia de Morm:lis, Casini Monastica vota nuncupavit anno 1565. die 24. Iunii. Cumque humanâ, divinâque eruditione apprimè floreret, præcipuè verò Sacrâ Poesi, inter coævos eminuit, quodque majus est, ardenti in Beatissimam Deiparam amore, ac devotione, cœlo, terraque celebris evasit, qua impulsus scripsit:

1 *De laudibus Cœli Imperatricis* l. 1., ad cujus calcem est. 2. *Psalterium ejusdem, elegiacè*. 3. *De laudibus Gloriosæ Virginis Mariæ* quamplura pia carmina, materna lingua. 4. *De præcipuis Domini festivitatibus* vario metri genere illustratis lib. 1. 5. *Vitas nonnullorum Sanctorum*, eorumque *Hymnos* lib. 1. vario metro. 6. *Odarum* librum unum, & *Eclogas* plures. 7. *Tristium* l. 1., ubi suas, & amicorum calamitates elegiacè deplorat. 8. *Epigrammaton* lib. 1. 9. *Declamationum, & Sermonum* l. 1., & *Homilias duas* prosaica oratione. 10. *De laudibus Casinensis Juventutis*. 11. *De insigni Christianorum Victoria contra Turcas temporibus Maximiliani Cæsaris, & Pii V. Pontificis Maximi*. 12. *Expositiones in Epistolam ad Romanos*, quod opus Georgius Draudius in Bibl. Classica fol. 239., & Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neap. pag. 118. referunt. 13. *Commentaria in Perihermenias Aristotelis*. 14. *In laudem D. Febroniæ Monialis, & Martyris* lib. 1. impress. Romæ in 3. tomo operum *Prosperi Martinengii* anno 1594.; cujus etiam Sanctæ Martyrium scripsit idem Martinengus, & alia plura scripsit *Jo: Evangelista*, quorum notitia desideratur.

De eo agunt Ant. Poss. in App. Sac. Arn. Wion Lig. Vit. lib. 2. cap. 7. qui eum in vivis fuisse anno 1595. scribit. Plac. Rom. in Supplem. Petri Diaconi de Vir. Ill. Casin. cap. 26. pag. mihi 129. à quo vir ingenio perspicax, divinâ, & humanâ eruditione valde instructus, & in re poetica antiquis per omnia comparandus dicitur. Io: Bapt. Marus in Annot. ad idem Suppl., & D. Erasmus Gattola apud Iul. Ambr. Lucenti in Italia Sac. restrict. aucta &c. pag. 993. Hipp. Maracc. Bibliotheca Mariana par. 1. pag. 721. In nostris Regestis de eo dicitur, *Vir doctus multa scripsit*.

JOANNES EVANGELISTA alius, patria itèm Neapolitanus, ejusdemque Casin. Asceterii Alumnus, sed alterò, de quo antea, multò posterior, nam anno 1609. die 13. Octobris Monachus effectus est. Qui Divinæ Scripturæ studium, ejusque genuinum sensum totis viribus prosequutus, ad intima ejus arcana penetranda magnis gressibus contendit, ut indicat ejus Opusculum ms. quod extat in nostrâ S. Pauli de Urbe Bibl. cum hoc titulo

De Voto Jephte Galaaditæ Quæstio ex cap. XI. libri Judicum desumpta.

In qua prius refert Sententiā eorū, qui volunt Jephte non reapse, sed solū mysticè filiam suam immolasse, idest eam Domino per mortem civilem in perpetua Virginitate, ut olim Nazaræni, & nunc Regulares Monachi, ac Latinæ Ecclesiæ Sacerdotes, consecrasse. Deinde allatis quibusdam Regulis ex SS. Patribus ad dignoscendum, quis locus Sac. Scripturæ sit ad literam intelligendus, quis verò juxta mysticum sensum, definit Filiam Jephte non mysticè, sed revera à Patre immolatam fuisse, probatque copiosis Sanctorum Patrum, præcipuè Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, ac D. Thomæ auctoritatibus. Votum autem Jephte stultum, ac temerarium, & illicitum non solùm quando emissum, sed

multo

multò etiam magis quando impletum fuit; neque illud à S.Spiritus impulsu processisse, quamvis in eo cap. dicatur, *factus est super eum Spiritus Domini, & circumiens Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, votum vovit Domino &c.*, ex quo textu animadvertit, Spiritum Sanctum irruisse super eum, non quidem ad vovendum, sed solum ad comparanda, & disponenda ea omnia, quæ ad bellum, & pugnam erant necessaria, ut vinceret; votum autem sicut multò post illapsum Spiritus Sancti factum est, sic à proprio, & quidem erroneo spiritu Iephte emissum. Pœnituisse autem postea Iephte sui ipsius voti, eòque amplius, quod illud exequutioni mandasset, propter quam pœnitentiam potuit ab Apostolo in Catalogo SS. recenseri, ad Hebr. c. 11. ut asserit D. Thomas 2. 2. q. 88. art. 2. ad 2.

JOANNES EVANGELISTA, Romanus patriâ, familia FEDERICI Alumnus verò Monasterii S. Io: Evangelistæ Parmensis Urbis anno 1648., die 31. Decembris, claruit sacri Oratoris haud exiguâ famâ. In eo namque Cœnobio, ubi per id tempus studium, & ars Concionandi plurimùm florebat, Ioannes Evangelista Apostolico Ministerio addiscendo totis ingenii viribus incubuit; & quidèm res optime ejus votis cessit, omnibus enim animi, corporisque dotibus, quę ad eam provinciam laudabiliter obeundam maxime conducunt, affatim à natùra cumulatus fuerat. Itaque in nobilioribus Italiæ Urbibus magnâ cum nominis celebritate Conciones habuit, quibus quamvis illæ quidem doctæ forent, & eruditæ, energia tamen in dicendo vim, & venustatem haud modicam addebat. Denique cum Genuæ apud S. Mariam ad Vineas quadragesimalem cursum complevisset, Romam reversus (erat enim tunc Mònachorum D. Pauli familiæ adscriptus) in morbum incidit, quo urgente in ipso studiorum, ac ætatis flore, (vix quippe quadragesimum annum superaverat) commune naturæ tributum exolvere coactus fuit circa annum 1670. Reliquit

1. *Concionum Quadragesimalium* lib. 1. ms. Italicâ lingua compositos.
2. *Panegyricarum orationum* lib. 1. continentem non solum eas, quæ Quadragesimali tempore haberi solent, videlicet *S. Josephi* Beatiss. Virginis Sponsi; Ejusdemque *SS. Deiparæ ab Angelo salutatæ*, *& S. P. Benedicti*, sed etiam plures alias in laudem aliorum SS., *S. Joannis* nempè *Evangelistæ*, *S. Thomæ à Villanova*, *Sacrorum Stigmatum S. Francisci*, *Beatissimæ Virginis sine labe conceptæ*, 2. *de Expectatione Partus* ejusdem. Item *Sermones* aliquot, scilicet *De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento* Sermones quinque, *Sermones Academicos* 2. Unum nimirum *Paradoxum*; *ex vitio virtutem oriri*; alterum *Problematicum*; *an melius sit perfecta semper valetudine gaudere, an verò morbis identidem attentari*; Ad Claustrales Virgines *Panænesim*; *Sermones duos* habitos in Comitiis Gener. nostræ Congr. unum nempè, qui præfert titulum, *Mundus festam agens in SS. Martyrum morte, & Martyres triumphantes in suppliciis persecutorum*, recitatum Perusiæ anno 1656., alterum prænotatum, *Spiritus S. assistens*, pariter pro Comitiis Gener. sed nec locus, nec annus eorumdem Comitiorum indicatur. Omnia hęc extant Romę in nostro Monast. inter varia mss, quæ ibidem reliquii, & ea sane, gravia, pia, & Ecclesiasticę, profanæq: historiæ monumentis undique referta. Sunt etiam inter ea mss. aliquot *folia*, in quibus describuntur *plurima exempla* charitatis, & eleemosynarum ex probatiss. Script. Ecclesiast. desumpta.

JOANNES FRANCISCUS, natione Anglus, patria Londinensis, cognomine Albercrombius, Monachus primùm Congregationis Anglicano-Benedictinæ in Germania, ubi aliquot Anglorum Monachorum extant Cœnobia, nam in Patria ob persecutiones Hæreticorum nequeunt palam consistere; postea verò ad nostram Congr. transiens Superiorum permissu, inter S. Io: Evangel. *Professos*

in

in Vrbe Parmensi cooptatus fuit anno 1652. die 9. Maii. Erat autem scientiâ, & pietate insignis, Sacr. Theologiæ Doctor, & Catholicæ veritatis zelo inflammatus, quo impellente, nonnullos Heterodoxos nationis suæ ad Romanæ Ecclesiæ, veritatis Magistræ, communionem adduxit; nam eloquio, ac vultu val. de affabilis, & decorus, Sanctimoniam, atque Innocentiam verbis, & operibus, undique spirabat, quapropter à Magno Etruriæ Duce Cosmo III., cui ob singulares virtutes, & doctrinam admodum erat charus, & probatus, publicus Philosophiæ Professor in Pisano Gymnasio constitutus, plures annos demandato sibi muneri egregie satisfecit, magna semper Auditorum frequentiâ, & plausu è Cathedrâ auditus. Interim in bonorum operum exercitio magis, magisque proficiens, eleemosinarum subsidia eò largius pauperibus erogabat, quò sibi à benignissimo Principe annuum stipendium identidem augebatur, cujus proinde haud exiguam partem in hunc piissimum usum insumebat, præsertim in eorum solamen, qui ab hæretica pravitate ad Catholicam fidem convertebantur. Florentiæ, ubi per æstatem ob Pisani aeris eo tempore gravitatem, in nostro Monasterio degebat, ejus amicitiâ, & doctrinâ aliquot annos frui mihi licuit, dum ibidem Monachis nostris Philosophiam explicarem, ejusdemque examen, pro obtinenda facultate concionandi, libentissimè subii, cum ex decreto Comitiorum Generalium ad ejusmodi examina peragenda in Etruriæ Provincia unus ipse ex deputatis fuisset; sed dum scientiis, ac pietati quotidiè impensiùs vacaret, ad Virtutum præmia in Cœlis percipienda, ut sperare fas est, vocatus fuit Florentiæ in eodem nostro Monasterio anno 1693. die 9. Iulii ætatis suæ 64. scripsit.

Lectiones Philosophicas eruditissimas, quas Pisis habuerat.

In nostris Regestis de eo sic habetur; *Fuit S. Th. D. & publicus Philosophiæ Lector in Universitate Pisana. Obiit Florentiæ Vir pius, & doctus.*

JOANNES FRANCISCVS, Brixianus patria, D. Benedicti institutis nomen dedit in nostra Congr. eo tempore, quo adhuc S. Iustinæ vocabatur, nondum unito Casinensi Archisterio (quæ unio contigit anno 1505. ut alibi notavimus), ipse verò floruit anno 1500., quo eodem anno typis vulgavit

Quatuor approbatas Regulas Religiosorum, scilicet *S. Benedicti, S. Augustini, S. Basilii, S. Francisci*, unacum eorumdem Sanctorum Vitis, atque *Cardinalis de Turrecremata Commentario, & Clementinis*, necnon 2. *libro Dialogorum S. Gregorii Papæ de Vita S. Benedicti*. Adjecit etiam quædam perpulchra, *De laude Religionis, & Voti*; omnia impressa Venetiis anno 1500., cura, & impensis Nobilis Viri Lucæ Antonii de Iunta Florentini, arte, & solerti ingenio Magistri Io: de Spira. 4., & denuo Parisiis, & Rothomagi anno 1510. in 4.

De eo agit Arn. Wion Lign. Vit. par. 2. in adjunctis pag. 887., & 888. Leonardus autem Cozzandus in Bibl. Brix. eum prætermisit; sed non eum præteriit Ant. Poss. in Appar. Sac. p. 1. pag. 872. edit. Colon. anno 1608. Nec Michael Maittere in Annal. Typograph. novissimè editis tom. 1. pag. 364. Bened. Hæpht. Prolegom. 18. in Vita S. P. Benedicti §. 1. eum allegat, ut assertorem Sacerdotii ejusdem S. Benedicti, hoc ipso opere quatuor Regularum.

JOANNES GASPAR BERETTA, Gasparis Berettæ Architecti militaris celeberrimi, ac Magistri Castrorum Filius, Mediolani natus, ibidem in Monasterio S. Petri in Glassiate Deo se per Monastica vota consecravit anno 1676. die 17. Iunii. Hic acri præditus ingenio, in qualibet scientiâ, cui operam dedit, insigniter profecit, præsertim in Scholasticis facultatibus, Ecclesiasticâ Eruditione, sacra, profanique Historia. Apud Cœnobium S. Benedicti Agri Mantuani Philosophiam, ac Theologiam docuit; deinde cognitâ jam, vulgatâque ejus doctrinâ, publicus Philosophiæ Professor in percelebri Ticinensi Gymnasio

monasio electus fuit, quo literario munere usq; adhuc laudabiliter fungitur. Cum autem anno 1695. fama percrebuisset, in Vrbe Ticinensi Corpus SS. Ecclesiæ Doctoris Augustini repertum fuisse in perantiqua S. Petri in *Cœlo-aureo* Basilicâ, ubi olim à Luitprando Longobardorum Rege, ex Sardinia redemptum, collocatum fuerat; Ipseque Io: Gaspar unâcum aliis Theologis, & eruditis Viris ad idem corpus examinandum, recognoscendumque deputatis ab Illustriss. Episcopo Laurentio Trotto, verùm id esse, ipsumque corpus D. Augustini pronunciasset, insurrexerunt statim ex Canonicis Regularibus Lateranensibus nonnulli voce, ac scripto multa contra objicientes, ac corpus S. Doctoris illud esse inficiantes. Eos inter, cum Ioseph Maria Bellini Canonicus Regularis *Dubia quædam* super reliquiis repertis proposuisset, typis consignata, in quibus Monachi Benedictini, qui eamdem D. Petri in Cœlo-aureo Ecclesiam antiquitus incoluerant, totusque adeo ordo Monasticus acriter à Bellino perstringebantur, Io: Gaspar ad se potissimum eorumdem dubiorum solutionem pertinere arbitratus est, quod ea Monachi Benedictini vindicem calamum postulare omnino viderentur; Præstitit sanè id copiosè, eruditè, nervosè, numerisque omnibus, qui argumenti gravitatem, ac severitatem decebant, libroq; à se hac de re edito sequentem præfixit titulum, *D. Jo: Gasparis Berettæ Benedictino-Casinensis Monachi Lychnus Chronologico-Juridicus ad discutiendas tenebras, sive dubia, quibus rationes pro tumulo, & reliquiis nuper compertis die 1. Octobris anno 1695. in Confessione S. Petri in Cœlo aureo Papiæ, ventilantur; expressa, à P. D. Josepho Maria Bellini Patavino in Congreg. Lateranensi Canonico, & S. Theologiæ Lectore, eisdem iterum editis, ac ex integro hic ad Antigraphi fidem, pro Sacrorum Ossium M. D. Aurelii Augustini Ep. & Doct. ac Regii Ticini Protectoris identitate vindicandâ, atque illustrandâ, Idibus Augusti, anno* 1700.; deest locus impressionis. Sed impressus fuit Mediolani in Ducalis Palatii Typographia. In quo opere multa etiam de præcedendi jure Benedictinorum supra Canonicos Regulares, deque utroque Ordine scitè discutiuntur lectu haud indigna.

Contra hunc librum denuo satis acriter insurrexit idem Bellinus; sed Gaspar minimè respondendum putavit, quamvis ad calcem libri sui antea scripsisset *Nondum finis*, satiùs habens librum, & silentium suum eruditorum, ac prudentum judicio relinquere, quàm Adversarii novas objectiones pari, vel majori (quod haud facilè sine bilis motu, adeoque sine charitatis dispendio, quæ maximè inter Regulares Ordines vigere debet) acrimoniâ refellere.

De ejus tamen libro, Authores Ephem. Liter. Italiæ anni 1701. tom. 3. art. 8. pag. 350. & subsequen., ubi eumdem librum referunt, sic loquuntur „ Il Padre „ Abate Bellini fu più gagliardamente attaccato dal P. D. Gio: Gasparo Beretta „ Monaco Benedittino con un grosso libro &c. non può negarsi, che di quanti „ hanno scritto in confutazione de' Dubj soprallegati, il P. Beretta non sia il più „ erudito, e il più riguardevole, e perciò il P. Abate Bellini tralasciando di ribut- „ tare le oppofizioni degli altri, prende questo unicamente di mira „. At veram fuisse Jo: Gasparis, sociorumque sententiam rei eventus comprobavit. nam an. 1728. die 16. mensis Julii Illmus Franciscus Pertusatus Episcopus Ticinensis, Delegatus Apostolicus, Juris ordine, cæterisque Solemnitatibus servatis, definivit, ac declaravit = *Satis constare Corpus inventum in Confessione S. Petri in Cœlo-aureo hujus Civitatis (Papiæ) die prima Octobris anni 1695., & nuper per Nos recognitum, ac Sigillo nostro munitum, esse Corpus* Sancti Augustini Ecclesiæ Doctoris; *ideoque pro tali esse colendum, & publicæ Fidelium venerationi exponendum.* Signat. Don Franciscus Episcopus Papien. Quam definitionem, ut veritati conformem ipsi etiam Canonici Regulares publicâ significatione unanimi consensu amplexati sunt.

Papiæ

Papiæ anno 1709. ubi in Cathedrali Ecclesia Quadragesimales Conciones habui, Jo: Gasparem vidi, ab eoque didici, illum insuper scripsisse, ac recitasse.

2 *Plures Orationes Panegyricas* in laudem aliquot Sanctorum &c. vidi etiam ab eo compositum

3 *Librum Philosophicarum Lectionum*, quas in Ticinensi Licæo statutis anni temporibus habet. Multa insuper alia scribere meditabatur, tunc autem habebat præ manibus opus insigne hujusce tituli; *Athenæum Ticinense*, ubi de omnibus illius Gymnasij Professoribus, eorumque Operibus agebatur. Item agressus fuerat scribere, *De Authoribus, Virisque doctis Congregationis nostræ Casinensis*, quod tamen opus imperfectum dimisit, minimè iteratis suasionibus meis, ut illud ad umbilicum deduceret, adquiescens. Erecta deinde Mediolani celeberrima Societate Palatina, cujus studio, ac virtute Italorum Scriptorum historica monumenta, præsertim Anecdota, pulcherrimis typis in publicam lucem proferuntur, Jo: Gaspar unacum aliis eruditissimis Viris, eorumdem operum impressioni adornandæ, ac illustrandæ plurimum insudavit, varias, easque doctas *Præfationes*, & eruditas *Notas* adjiciens, proprio tamen suppresso nomine, inter quas sunt

4 *In Arnulphi Mediolanensis Historiographi, rerum sui temporis libros V., Notæ historicæ*; quæ leguntur à pag. 7. usque ad pag. 45. tomi 4. ab eadem Societate Palatina prælo consignati anno 1723. Mediolani in Regia Curia. Has notas olim mihi significatum fuerat, Berettam nostrum saltem ex parte elucubrasse. Verum is à me interpellatus, obfirmato animo negavit, harum se Auctorem fuisse; Eas vero Excellmi Comitis Caroli Archinti Hispaniæ Magnatis, & aurei Velleris Equitis Sanguinis nobilitate juxta, ac doctrinæ fama clarissimi genuinum fœtum esse, affirmavit.

5 *In Historiam rerum Laudensium Othonis Morenæ, & Acerbi Morenæ ejus filii*, ex duobus mss. Bibl. Ambros. unacum *Felicis Osii Codice* nunc primum editam (anno 1725. ibidem) a Viris Clarissimis Josepho Antonio Saxio, eidem Bibliothecæ Præfecto, necnon *Anonymo Monacho Ord. S. Benedicti, Notæ* à pag. 956 usque ad pag. 1164. tomi 6., de qua Berettæ lucubratione, idem Saxius in Epistola ad Lectorem eidem tomo 6. præfixâ prope finem, sic loquitur „ Huic quo-
„ que beneficio procurando (Notarum scilicet ad Morenam) non defuere Palatini
„ socii, rogatus siquidem ab ipsis est Vir Cl. è Congr. Casin. Monachus, ac publi-
„ cus in Ticinensi Universitate Professor (eruditione sua omnibus notus, præter-
„ quam sibi) ut operi calamum admoveret; quod etiam præstitit alacri eo animo,
„ quo Literatis omnibus operam suam libenter commodat, ubi de studiorum pro-
„ ventu sedulò promovendo agitur. Quid ab eo actum sit, Lector in decursu per-
„ spicies, ut inde veluti ex ungue Leonem dignoscas „ Et Ludovicus Antonius
Muratorius Præfat. in eandem Morenæ Historiam circa finem „ Ut hoc etiam
„ adminiculi, atque ornamenti ad editionem nostram accederet, operam dedit,
„ cum ipse Saxius, tum alter doctissimus Vir, cujus nomen publicè efferri mini-
„ me passa est modestia illius singularis „ Item concionavit Beretta

6 *De Italia Medii Ævi, dissertationem Chorographicam, pro usu Tabulæ Italiæ (ab eo pariter adornatæ)* Græco-Langobardico-Franciceæ, ut a Græcis, & Langobardis ad Carolum M. translatæ; Medii Ævi nominibus Regionum, Urbium, Fluminum, & Montium opportune appositis, atque illustratis; Isagogem ad Geographiam Universalem ejusdem Ævi, antiquioribus originibus intermixtis. Auctore Anonymo Mediolanensi, Regio Ticini Lectore, *Societate Palatina curante*, cum duplici Indice Locorum, & Materiarum ad calcem. Est pagg. 325. Prodiit hæc dissertatio tomo 12. Rerum Italicarum Soc. Palatinæ Mediola-

[illegible] ni anno

ni anno 1728. in ipso principio Libri, de qua Dissertatione, paulo ante laudatus Muratorius in fronte ejusdem tale monitum profert * „ Et quidem hanc eamdem Tabulam illustrare mihi votum, & propositum fuisset; Sed quum præter alias meas curas præsentis Operis moles, non tempus tantum, sed memet interdum mihi eripiat: satius visum est ejusmodi onus in alterius humeros rejicere, qui neque labore deterreretur, neque opportuno careret otio. En ergo quid in subsequenti Dissertatione præstiterit unus è præcipuis amicis meis, Vir non minus antiqua eruditione, quam judicio critico summe commendandus, summè accuratus, & cui bene sanguis calet in venis. Vix me compescere possum, quin ejus nomen prodam; sed mihi timeo, & præstat obtemperare homini famam spernenti, unumque in ista lucubratione quærenti, hoc est, ut argumento sibi tradito satisfaciat, & Literariæ Reipublicæ prosit „ Cl. atque Illmi Francisci Blanchinii Epistola ad Cl. Josephum Ant. Saxium, Bibl. Ambros. Mediolan. Præfectum.

* Post medium,

„ Con le pregiatissime Lettere di V. S. Illma ricevo il Regalo veramente preziosissimo della Dissertazione del P. Lettore Beretta, di cui da gran tempo in qua non ho veduta opera più dotta, più ordinata, e più utile per l' Istoria de' Secoli, a quali appartiene: Accresce il preggio di questo favore il vedermi dalla bontà di due dottissimi Padroni, cioè di V. S. Illma, e dell' istesso Padre anticipato a me il contento, e il frutto di godere di tante nobili cognizioni prima del terminarsi la Stampa. Non ho espressioni sufficienti a spiegare interamente il sentimento di venerazione, che quest' Opera, e questa benignità m' ispirano verso l'Autore della medesima, e verso il Promotore del dono, come lo provo in me stesso; E supplico V.S. Illma d' esserne interprete con lo stesso Padre, giacche veggo, che riesce sopra ogni mia aspettazione vantaggiosa la incomparabile generosità dell'uno, e dell'altro in favorirmi. Attenderò a suo tempo li pochi fogli di stampa, che mancano per non essere ancora impressi, ritrovando in questi materia d'applicazione per molto tempo. Il metodo ancora dell'opera dà occasione di molto imparare: Quelle medesime, che pare a V.S. Illma, e all' Autore di volere iscusare come digressioni, esaminate, ed ordinate al fine, e alla corrispondenza dell' opera istessa, si ritrovano necessarie, non che profittevoli al maggior segno. Io mi rallegro, che si possa dire delle di lui scoperte, cio che Cicerone dice delle sue, nell' avere ritrovato, e dimostrato a que' di Sicilia il Sepolcro d'Archimede, avendo ancora egli mostrata la Italia agl' Italiani, e sgombratala da quelli densi ingombri di sterpi, e spini, che tutta la ricoprivano sotto de Longobardi. Applaudendo a così nobil' opera, che bastarebbe ad'illustrare tutto il gran corpo dell'Istoria Italiana, Io rassegno a V.S. Illma la fortunata mia servitù, che ho avuto la sorte di dedicarle in quest' occasione, professandomi all' onore de di Lei commandi &c.

Denique doctissimus Vbertus Benvoglienti Epistola ad me data *, de hoc eodem Berettæ opere sic loquitur; „ L' opra più bella di questo Padre è il Ragionamento della Corografia de tempi bassi, opera ripiena d'infinita lettura, e corredata d'ottime congetture appoggiate per lo più a fatti certi, e non a cose totalmente incerte, com'altri ne nostri tempi più ingegnosamente, che con verità hanno praticato di fare; Il tutto egli dimostra con somma chiarezza nella sua bella opera, e particolarmente la dove ragiona degli antichi Etruschi: Ne parimente ha egli studiato solo per gl'Indici, come altri ha usato fare. Con tutto ciò non posso negare, che non vi sia qualche piccola bagatella, che non mi finisce di piacere, ma quando anco a ciò mi apponessi, egli n' è certamente iscusabile, maneggiando una materia sì rara, e nella quale la maggior parte degli Scrittori non v' dato d' occhio. „

* Anno 1728. die 31. Maii Senis.

Non fuit itaque hæc Berettæ Differtatio ab aliquot Cenfuris immunis, quibus tamen Beretta ipfe expedite refpondit, edito ftatim fequenti opere

7 *In Differtationem Italiæ Medii Ævi Cenfuræ III.*, Viterbienfis, Veneta, & Brixiana, cum Refponfis III, pro Anonymo Mediolanenfi. Belli Diplomatici Hiftoriâ tertio præmiffâ, parvâque Mantiffâ Emendationum, & Additionum ad calcem fubjectâ, Palatinis Sociis cuncta accurantibus. Mediolani 1729. ex Ædibus Societatis Palatinæ, Superiorum permiffu. Cum Indice Rerum Latino-Italicarum pro commodiori ufu promifcuo; & Epiftola Philippi Argelati ad Lectorem. Eft Volumen in 4. pagg. 314.

8. Aggreffus etiam fuerat ingens opus in tres partes diftribuendum, ut contra ejus voluntatem aftu quodam, & arte nuper cognovi, fed ob mortem inclyti Mæcenatis fui, ex ordine Senatorio, cujus nutu fcribere cæperat, opus minime abfolvit; quamvis pro illo abfolvendo opportunam materiam, feu (ut dicunt) Sylvam, collegerit; Operis autem Idea hæc eft,

I. Metropoleon Civilium Univerfi Orbis antiqui Barbari, Judaici, Græci, geminique Romani Penegefis pleniffima cum perpetuis Vindiciis in Novatores. Prodromus, ad Infubrum Sacri Senatus Hiftoriam Politico-Literariam.

II. Mediolanum Metropolis Civilis. Hoc eft Summi Magiftratus perpetua Sedes. Sive Infubrum Sacri Senatus Hiftoria Politica.

III. Infubrum Sacri Senatus Hiftoria Literaria. Hoc eft Scriptorum ex Ordine Senatorio Acta, & Scripta edita, vel anecdota: Cæterorumque hactenus cognitorum à I. Duce noftro ad hoc tempus eruditio, plerumque per teftes oftenfa.

Scribere etiam cæperat fequens opus, fed vereor, ne non illud adhuc abfoluerit, vel umquam abfoluturus fit, ob provectam ejus ætatem, & multiplices alias occupationes.

I. *Prodromo Ticinenfe* agli Anni memorabili della Regia Città di Pavia, e del fuo antico Principato; Dove in XII. Difcorfi trattafi

1. *De' Primi Abitatori delle noftre Contrade* Trafpadane avanti i Tofchi. 2. *Da chi fu data al Vico Ticino la forma* di Citta Barbara. 3. *Se Colonia Romana*: Quando Municipio; e di quale Tribù. 4. *Dell' età del fuo Protovefcovo S. Siro*, controverfa ne' tempi prefenti. 5. *Quando, e perche detta Pavia*. 6. *Cronologia riformata* de fuoi Re Langobardi. 7. *Apologia del legittimo loro Regno* contra G. V. 8. *Se la Sede del Langobardico Regno* foffe da quì altrove trasferita da Ottone III. 9. *Se per quefta Città fiafi fatto l' Epigramma* Leonino ora al Ponte del Fiume Ticino. 10. *Quando, e da chi fabricoffi* quefto Ponte. 11. *Reliquie di fue antichità*: Bronzi, Marmi Romani, Greco-Barbati, Gotici, Langobardici, e de tempi pofteriori. Torri &c. illuftrati &c. 12. *Suoi Cittadini illuftri* per dignita Ecclefiaftiche, e per Magiftrati Civili fuori della Patria, per Vfficj Militari, e per eccellenza nelle Arti.

II. *Anni Memorabili* della Regia Città di Pavia, e del antico fuo Principato, tratti dagli Annalifti, e Storici più Claffici delle cofe d' Italia. III. *Pavia erudita*, ovveto Raccolta de fuoi Scrittori, del fuo antico Principato giunti fin' ora alla notitia d'un fuo Cittadino. IV. *Scriptorum Academiæ Ticinenfis Collectanea* binis Differtationibus.

I. De Scholis Papiæ. II. De hujus Academiæ præmiffis.

Plura alia opufcula, vel fub alienis, vel fub confictis nominibus evulgavit Beretta, in quibus nomen fuum æque, ac in prænarratis operibus abfcondit, obftinato nimirum, fed tamen irrito latendi propofito, ubique fervato.

JOANNES HIERONYMUS TEXTORIVS, natus eft Niceæ in * Provincia nobili genere anno 1639. Adolefcens inter Ephebos Principis Mauritii à Sabaudia

* Nizza di Provenza,

dia admissus, Equiti Emanueli Thesauro, ob libros editos fatis noto, politioribus literis erudiendus traditus fuit; sed cum hujusmodi vitæ genus illi minimè arrideret, relictâ aulâ, profanisque abjectis vestibus, Monasticum cucullum assumpsit, Alumnisque S. Petri de Saviliano (Oppidum est Pedemontii) adscribi voluit anno 1656. die 20. Januarii; mox Ravennam missus, gravioribus Philosophiæ studiis seriò, ac sedulò incubuit sub Magisterio Hieronymi Bendandi eo tempore doctrinæ famâ percelebris. Postea apud Casinum in Theologicâ disciplinâ Angelum à Nuce, Virum omnigena eruditione clarissimum, ac deinde Casini Abbatem, demumque Archiepiscopum Rossanensem, Præceptorem habuit. Ex horum igitur Licæo Textorius prodiens, alios docere jussus, quæ ipse longo tempore didicerat, annos fermè viginti scholasticas scientias variis in Cœnobiis, Ferrariæ videlicet, Patavii, & Venetiis tradidit, ea doctrinæ, & virtutis opinione, tùm in arte oratoria, tùm in Theologica facultate, ut anno 1677. Venetus Senatus Sacrarū literarū Cathedræ in Patavino Gymnasio, quæ ab obitu Leonis Matina (de quo infra) vacabat, eum prǽfecerit libentiss. quam toto deinde vitæ decursu egregiè admodū est moderatus. Multiplici enim, ac variâ eruditione pollens, vivaci, promptoq. ingenio præditus, Latini sermonis proprietatē, & elegantiam cum doctrinæ profunditate, ac morum suavi gravitate conjungens, omniū tùm dignitate, tùm sapientia insigniū Virorum, qui eum familiariùs noverunt, amorem non minùs, quàm admiratione̅ sibi conciliavit. Eos inter, Cardinalis Gregorius Barbadicus Episcopus Patavinus venerandæ recordationis, Jo: Baptista Nani D. Marci Procurator, & Octavius Ferrarius Eloquentiæ ibidem Professor laudatissimus, aliique, plurimi eum faciebant, quorum etiam primus Episcopales infulas Summi Pontificis nutu, ac voluntate non semel illi obtulit, quamvis invicta semper constantia à Textorio recusatas. At in nostra Congreg. Abbatis dignitatem laudati Monasterii Savilianensis, quam illi ultrò Patres detulerunt, admisit, ita nihilominus, ut Patavinam etiam Cathedram retineret, quam partitis inter utramque curam anni temporibus, ascendebat. Annô tandem 1710. ætatis suæ supra septuagesimum, cum in villam vulgò *Bisciola*, in agro Tarvisino prope Mestracum *, Monasterii S. Nicolai de Littore-Venetiarum, animi relaxandi gratiâ secessisset, apoplexia iterùm correptus, quam, iteratis infra annum ictibus, perpessus fuerat, repentina, heu! morte extinctus est, mense Septembri, cujus corpus Venetias delatum in Ecclesia S. Georgii M. debito honore tumulatum fuit. Reliquit

* Mestre,

Prælectiones, seu potius *Dissertationes* valdè luculentas, & eruditas in *Sacram Scripturam* tot annis Patavii habitas, quæ ipsius manu exaratæ asservantur in Bibliotheca S. Justinæ.

Orationem Funebrem pro interiis Serm̃i Ducis Francisci Mauroceni, quam coram Veneto Senatu recitavit ms. Alias etiam *Orationes* habuit in Comitiis Generalibus nostræ Congr. Venetiis autem in vestibulo celeberrimi Navalis Armamentarii, ubi extant duo marmorei Leones mole, & arte conspicui, sub utroque *Inscriptiones* hæ à Textorio compositæ leguntur. Sub dextero

Franciscus Mauroccenus Peloponesiacus, expugnatis Athenis, marmorea Leonum Simulacra triumphali manu è Piræo direpta in Patriam transtulit, futura Veneti Leonis, quæ fuerant Minervæ Atticæ ornamenta. Sub sinistro

Atheniensia Venetæ Classis Trophea Veneti Senatus Decreto in Navalis vestibulo constituta Anno Salutis MDCLXXXVII. In Bibliotheca S. Petri de Saviliano supersunt tomi duo in fol. magno, cum hoc titulo, *Corpo Geografico* raccolto da varj Autori, e varie Stampe per suo uso dal R̃mo P. Abbate D. Gio: Girolamo Testoris Casinense, e Lettor publico di Sagra Scrittura nell' Università

di

di Padova. Ibidem etiam extat alius tomus pariter in fol. magno, hunc præferens titulum *Geographia vetus Sacra, Ecclesiastica, & Profana*, edita in Seminario Patavino, jussu, & sumptu Emi Cardinalis Gregorii Barbadici Episcopi Patavini, & ab eodem dono data Rmo Patri D. Jo: Hieronymo Textorio Niciensi, Abbati Casin. in Gymnasio Patavino Sacræ Scripturæ publico Professori anno 1697. quod postremum ideo retulimus, ut vel ex hoc, quanti Textorius a Smo illo Cardinali fieret, dignoscatur.

Agunt de Textorio perhonorifice Carolus Patinus in Licæo Patavino pag. 105. & seq., ubi ejus imaginem exhibet, deque oblatis, recusatisque dignitatibus in fine Elogii ita scribit „ Deus faxit, ut quemadmodum Veneti Cœli clementiæ „ assuetus, externos, neque semel oblatos, respuit honores, ita diù perfruatur „ adeptis; Authores Ephem. Liter. Ital. tom. 4. art. 18. pag. 435. plura de eo „ magna cum laude referunt. Nicolaus Comnenus Papadopoli in Historia Gy- „ mnasii Patavini impressa Venetiis anno 1726. tom. 1. l. 2. Sec. 2. c. 25. n. 4. „ 1678. 5. Aprilis, Matinæ suffectus est cum Flor. 250. stipendio D. Jo: Hierony- „ mus Textoris Niciensis Sabaudus * Monachus Casinensis, ac deinde Abbas, Vir „ eruditus, & eloquens, qui sacras paginas ingenuis, doctis, ac solidis interpræ- „ tationibus illustravit. Confirmato auctum honorarium ad flor. 300. & 50. anno „ 1684. 13. Decemb. mox ad 400. & 50. 3. Julii 1692. deinde ad 600. an. 1698. „ 23. Augusti; denique ad 750. an. 1708. 20. Decemb. Post eum annum ter apo- „ plexi ictus, tertiæ succubuit, extinctus 11. Sept. anno 1710., ætatis 80. in Vi- „ co Bisciolæ apud Mestricum Tarvisinæ Diœcesis.

* Idest Subditus Sabaudiæ Duci, cum ipse natione Provincialis esset.

JOANNES MARIA, Genuensis patriâ, cognomine *Cardarivus*, nostram Congr. ingressus est anno 1526. die 13. Dec. interque Sodales Monasterii S. Catharinæ in eâdem patriâ cooptatus, ac deinde Abbas electus, Vir fuit, teste Augustino Monacho Florentino in Regesto ms. *Doctor in lingua Græca, & Caldæa*. Scripsit Trimetris Jambicis

Opusculum Senariis constans in laudem S. Catharinæ V. & M., quod impressum fuit in 3. volum. *Poematum Titi Prosperi Martinengii*, Romæ anno 1589. apud Zannettum pag. 213., & seq.

Ejus meminerunt Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 70. pag. 431. & Aug. Old. in Ath. Ligust. pag. 358. qui eum cognomine *Carderinum* appellat, & celebrari ab Ant. Poss. August. Schiaff. Raphaele Soprano Michaele Iustiniano &c. tradit.

JOANNES STEPHANUS MARENCUS, patriâ itèm Genuensis, D. Benedicti Regulam anno 1640. die 11. Nov. professus est in Cœnobio S. Hieronymi de Sylvaria *, quod aliquot milliaribus Genuâ in Ortum distat, Abbas postea plura Monasteria gubernavit, atque usque ad decrepitam ætatem provectus, optimis semper studiis intentus, recondita idcirco eruditione, præsertim ex selectis historiis, instructus, Latini, & Gallici sermonis, præter Etruscum, satis peritus evasit; traslulit in Italicam linguam

* Cervara.

Elogia duodecim Cæsarum, ab Emmanuele Thesauro Latinè olim composita; Genuæ impress. anno .... Ex Gallico autem vertit *Librum Domini della Serre*, cujus argumentum est *De Morte*. Impress. itèm Genuæ, & Societati Mortis in eadem Urbe florenti, dicatum. Obiit Genuæ anno 1705. mense Martio.

De eo August. Old. in Athenæo Ligustico pag. 367. quem Ligurem tantum vocat, & tamquam eloquentiâ non minùs, quàm pietate insignem celebrat; ejusque libro ex Gallico translato titulum facit, *Delicias Mortis Serræ Reguli*; eum insuper scripsisse ex Raphaele Soprano asserit

Fastos Casinenses, quos videre hactenus mihi non licuit. Ejus pariter fœtus est sequens *Inscriptio*, Gregorii XI. adventum in Sylvariense Cœnobium exprimens, quę lapidi insculpta in eodem Cœnobio legitur. *T. A. D.*

T. A. D.

Gregorio XI. Pont. Max. Quod fausto fœdere Romam, Avenione transferens * *se-* * Restituens.
dem, è propinqua mari ad hoc Cervariense * *Cœnobium diverterit, humileque* * Sylvariense.
non dedignatus hospitium Pontificia Majestate illustraverit *. *Tantæ dignationis* * Anno 1375
insignem memoriam Abbas, & Monachi nunc etiam post annos CCCXVIII. Redivivam excitarunt Anno Domini MDCXCIII.

JOANNES STEPHANUS SENAREGA nobilis Genuensis S. Benigni Monachus Congr. Casin. factus anno 1659. die 8. Martii, ab Aug. Old. in Athenæo Ligust. pag. 367., & seq. dicitur (ex Soprano) composuisse

Elegia, & Carmina ad Patriæ felicitatem explicandam. An autem Elogia illa, & Carmina fuerint impressa, vel mss. remanserint, & ubi reperiantur minime indicat. Vide nostrum Catalogum Episcoporum Congr. Casin. quem Deo dante in Operis calce exhibebimus. Fuit enim Cupersauen. Episcopus (Urbs est in Apulia, vul. Conversano)

JOSEPH à PLACENTIA Professus S. Sixti ejusdem Vrbis effectus anno 1556. die 1. Maii; Decanus, Tyronúmque ibidem Magister, & Confessarius Monialium. Vir valdè pius, ac devotus, scripsit:

1. *Ragionamenti Spirituali recitati in diversi tempi a Monaci, e Monache, secondo le Solennità, ed Occasioni di giovamento Spirituale a i Sudditi l' anno di nostra Salute* 1571. Est liber ms. in fol. 2. *Istruzzione per imparare a fare l' Orazione Mentale, & Vocale fatta dall' istesso l' anno* 1590. 3. *Istruzzione Spirituale per incitare a divozione i Novizj, nella quale si tratta del pellegrinaggio spirituale all' Inferno, secondo il detto del Salmista*. Descendant in Infernum viventes. 4. *Istruzzione Spirituale per incaminarsi nella strada del Cielo fatta ad alcuni suoi Figliuoli spirituali a loro istanza*. 5. *Espposizione della Regola del nostro Santissimo P. Benedetto, fatta dal medesimo per profitto de' suoi Novizj*. 6. *Altra Istruzzione breve, e facile, ed utile, e necessaria a tutti li Cristiani per fare l' Orazione mentale*. Omnia unico volumine ms. in fol. comprehensa, quod est apud me, ex dono D. Hyppoliti Pugnetti, de quo supra.

JOSEPH COSTALTA, Patriâ ipse quoque Placentinus, ibidemquè in Cœnobio S. Sixti Monachi veste donatus anno 1621. die 29. Apr. floruit sacris humanisque literis, aliisque scientiis, quibus haud leviter imbutus erat. Nam Præceptorem in Philosophicis habuit celeberrimum Petrum Giliolum, qui Josephi indolem plurimi faciebat, eumque omnium Discipulorum optimum deprædicabat. Tali ex Gymnasio prodiens Costalta, Scholasticas disciplinas quindecim annorum spatiò variis in Monasteriis cum plausu tradidit, interque Placentini Collegii Doctores Theologos numeratus fuit. Creatus Prior Aretini Cœnobii an. 1647., mox Abbas S. Pauli de Vrbe, S. Scholasticæ Sublacensis, S. Sixti Placentiæ, aliorumque Monasteriorum, prudentiæ ubique, ac regularis disciplinæ servatæ laudem obtinuit. Quem doctissimus Io: Caramuel Magistrum suum (in arte, ut arbitror Anagrammaticâ) vocitabat, hoc enim scribendi genus, ut & Elogia componendi, utpotè ad illius temporis ingenium, & usum, maximè est sequutus, magno certè ipse dignus Elogio, quod Elogia omnia, & Anagrammata, quæ scripsit, sacra semper, vel moralia esse voluit, nempè

1 *In D. Benedictum, Elogia sexaginta tria, Romæ apud Fabium de Falco*, anno 1665. in 4., & denuò Parisiis anno 1666. in 12. ex Officina Iacobi Billaine in Palatio Regio juxtà exemplar Romæ impressum; Eratque tunc Costalta Abbas S. Sixti Placentiæ.

2 *Anagrammata* centum in ejusdem *Sanctissimi Patris gesta*, ibidem ad calcem Elogiorum. Itèm scripsit opusculum, cui titulum dedit

3 *Præla-*

3 *Prælatus Casinensis*, sivè *Vita D. Vincentii Squaldi Abbatis* (de quo infra 2. par.) duodecim *Elogiis* descripta, in funere eidem decreto ab Abbate, & Monachis D. Sixti Placentiæ: extat ms. in Bibliotheca ejusdem Placentini Monasterii à me ibidem visa anno 1709.

Dum autem Ioseph Romæ Abbas Sancti Pauli esset, approbavit libellum in Epistolæ formam compositum ab Eustachio Divini editum mox Romæ an. 1666. in quo agitur de maculis noviter in Iove repertis suis tubis opticis, aliisque de rebus Mathematicis, & Astronomicis, quarum utique oportuit Costaltam fuisse non imperitum.

Laudatur, pluribus in ejus commendationem editis Carminibus, ab Isidoro Moratino (de quo paulo infra) in *Musis Miscellaneis* pag. 104. A Jo: Baptist. Beccio (de quo supra) in Parænesi ad Lectorem suis Anagrammatibus in D. P. Benedicti vitam præmissâ, in qua sic de eo „ S. Patris nostri gesta aureo calamo „ designavit, centumque Anagrammatibus ingeniosissimis conclusit „ vocatque eum virtutum Ideam, & Doctorem suum in Sacra Sapientia. A prælaudato Jo: Caramuele in Metametrica. A Petro Maria Campi in Hist. Eccl. Placentina par. 2. pag. 301. & seq., ubi exhibet ejus nobile Elogium, & quædam Epigrammata in laudem Sñi Pont. Gregorii X. Placentini Civis, & denuò par. 3. pag. 183. ubi sic, Questo Monastero di S. Sisto ancora si conserva in grande stima appres- „ so la Città à cagione della singolare vigilanza, e prudenza de' suoi Abbati, ed in „ particolare dell' Abbate presente D. Giuseppe Costalta nostro Piacentino, le cui „ singolari virtù, e rara dottrina accompagnata da una vita molto esemplare, lo „ fanno risplendere nella sua Religione, come Stella di prima grandezza. Questo „ sogetto avendo per 15. anni continui in diversi Monasterj della sua Congrega- „ zione esercitata con molta lode la lettura di Filosofia, e Teologia, come persona „ insigne, fu gli anni addietro aggregato al Collegio de' Teologi di Piacenza, e „ come benemerito della sua Congr. onorato della Badia &c. Novissimè ejus meminit Bern. Pez Epist. X. Apol. in Catal. Script. Ord. nostri ab an. 1600. pag. 252.

JOSEPH BONZANELLUS à Cæsena D. Benedicti Monachus, Vir in vetustis monumentis pervestigandis accuratissimus

Miscellanea antiquitatum Patriæ post se reliquit mss. Ita prorsus F. Bernardinus Manzonius Inquisitor Pisanus in Chronologia Cæsenæ, impressâ Pisis anno 1645. typis Amatoris Massæ, & Laurentii de Landis pag. 145. Qui Manzonius variis in locis, ubi eum citat, in margine Monachum Casinensem Josephum disertè appellat. Cæsenates autem eruditiores, floruisse eum circa annum 1500. existimant. Cæterùm ejus opus a Manzonio memoratum, nec Cæsenæ, nec alibi hactenus inveniri potuit, quamvis nullo labori pepercerim, quo illud assequerer. Floruit verò Ioseph eodem tempore, quo Aldus Manutius, cui amicitia conjunctissimus erat: ad quem veterem Inscriptionem Romanam misit, quam idem Aldus refert in sua Orthographia impressâ Venetiis apud ipsum Aldum anno 1591. pag. 178. ubi subdit „ Hanc Inscriptionem una cum aliis habuì „ à Josepho Bonzianello Cæsenate Monacho Ord. S. Benedicti, amicissimo meo, „ & in Antiquitate pervestiganda admodum diligenti „ Crediderim quoque, laudatum Aldum de eodem Bonzanello loquutum fuisse in prælaudato Orthographiæ opere, pag. 127., dum loquens de alio lapide Poetæ Lucretio dicato in Monte Cæsenate olim reperto, nunc autem deperdito, inquit „ Quem lapidem, „ disertè scriptum, hactenus habui ab amicissimo meo, antiquarum Inscriptio- „ num ad literam observantissimo.

In Regesto MS. Congregationis, inter Sodales S. Mariæ de Cæsena invenitur Joseph à Cæsena Professus anno 1553. die 20. Februarii, undè ratione temporis prædi-

prædictarum lucubrationum Authorem ibi designari credere nihil vetat, eòque magis, quia nullus alius Ioseph Cæsenatensis in laudato Regesto post eum legitur.

JOSEPH GUFFANTUS Mediolanensis, Monasterii S. Simpliciani ibidem Alumnus factus est anno 1651. die 7. Februarii, & postea Decanus (prima est in nostra Cong. dignitas, quæ ante Prioratum, & Abbatiam confertur) eratque morum honestate, & suavitate laudabilis, ac rerum mathematicarum haud mediocriter peritus; edoctus enim fuerat à D. Cyrino de Sanctis Senensi, & in Pisano Gymnasio Doctore (de quo supra), Scripsit volumen hac Epigraphe notatum:
1. *Geometria, & Architettura militare* in fol. in duas partes divisum, addiditque
2. *Arithmeticam*. Vidi hoc volumen apud ipsum Auctorem Mediolani an. 1688. qui tunc erat ætatis annorum ferè 50. Obiit Arimini circa annum 1693.

JOSEPH DE LEONIBUS, nobili familia, Placentiæ ortus, S. Sixti in eadem Urbe Monachus evasit anno 1677. die 21. Martii, fuitque ipse etiam Decanus, & plures annos Philosophiæ, & Theologiæ singulari cum plausu Magister, seù, ut dicimus *Lector*, deinde virtutis meritò Prior creatus, quod munus variis in Monasteriis, & anno 1709. in eodem S. Sixti Cœnobio exercuit, demumque anno 1716. Abbas Regiminis renunciatus est. Vir sanè egregius, & non solùm Scholasticis Scientiis, sed etiam Ecclesiasticâ Historiâ, & quavis eruditione apprime ornatus; Cosmographicâ etiam, & Astronomicâ doctrinâ insignis. Ejus vidi in Bibliotheca S. Sixti mss.
1 *Universi Juris Canonici Compendium* juxtà ordinem Decretalium Gregorii Papæ IX. in duos tomos distributum in 4., accedit
2 *Brevis Tractatus de Privilegiis, & Juribus Monasteriorum ex Jure communi deductus*. Scripsit etiam
3 *Spicilegium de doctrina temporum*, in quo de divisionibus temporis, Cyclis, Epactis, & Noviluniis, Æra Græca, seù Olimpiadibus, Latina, seù Urbis conditæ, Christiana, seù Dionysiana, & Periodo Juliana agitur ms. in 8.
4 *Orationem* in ingressu Capituli Generalis Patavii celebrati anno 1699. impressam Venetiis eodem anno 1699. in fol. & Excell. Sebastiano Foscareno dicatam.

Obiit Placentiæ Abbas anno 1727. Reliquit ingens volumen, in quod redigendas curavit, summâ diligentiâ, nec minori impendio plurimas parvas tabulas Topographicas, admodum selectas, Vrbium, Oppidorum, Arcium, Regionum, Provinciarum &c., sequutus exemplum Joannis Hieronymi Textoris Abbatis (de quo paulò ante) qui plures tomos id genus de rebus, & quidem rarissimis incredibili labore confecerat.

JOSEPH PERVSINVS, professione Monachus Casinensis, in Comitiis Generalibus sui Ordinis habitis Perusiæ anno salutis humanæ 1646.

Italicum *Sermonem* ad Patres habuit, publici Iuris typis Perusinis à D. Zacharia de Aloysiis Abbate Cœnobii S. Petri Perusini factum. Ità Aug. Old. in Ath. Perusino, seù Augusto pag. 195.

In aliquibus autem nostris Regestis inveniuntur duo Iosephi Perusini S. Petri in eadem Vrbe Professi, primus anno 1610., alter verò (qui fuit familiâ de Eusebiis) anno 1639. die 6. Ianuarii, quique ejusdem S. Petri posteà fuit Abbas, ibique obiit circa annum 1680. Quis autem horum prædictæ Orationis Auctor fuerit (quippè qui ambo suppares) definire non licet, quamvis seniori Josepho tribuendam esse, ea ductus conjectura, crediderim, quod Old., qui Athenæum Perusinum, sive Augustum anno 1678. prælo commisit, Junioris Josephi Abbatis dignitatem, aliaque magis peculiaria non siluisset.

JOSEPH PORTA, Astæ (quæ est Liguriæ Vrbs sub Duce Sabaudiæ, & Sardiniæ Rege) natus, ibidem apud S. Bartholomæum Monachi vitam vovit anno

no 1668. die 5. Octobris. Theologica Scientia, sacra eruditione, & morum integritate floruit. Mathesim egregiè calluit, & Mathematica quędam instrumenta affabre composuit. Anno 1687. Romam accersitus in nostro D. Anselmi Collegio Theologiam magna nominis celebritate explicavit, eamdemque Theologiam universam, ptout a recentioribus in tractatus dividitur, ad mentem ejusdem Doctoris ipsis illius textibus, ac verbis undique constabilitam, typis vulgavit. Postea Casinum transiit, ubi aliquot annis regularis disciplinæ, ac pietatis exercitationibus impensiùs sese tradidit, tempus omne, quod ab eisdem supererat, mathematico præsertim studio attribuens. Dum his mentis, ac spiritus deliciis, beatâque frueretur quiete, à nostra Congr. Prior Claustralis, nil minus cogitans, electus fuit: quo munere Cæsenæ primùm, ac deinde variis in Monasteriis aliquot annis perfunctus, fatis tandem concessit, his relictis ingenii sui monimentis, quorum isti sunt tituli:

1 *Universa Scholastica Theologia ad mentem S. Doctoris Anselmi Pedemontani, ex Abbate Benedictino Archiepiscopi Cantuariensis*. Romæ ex Typographia Angeli Bernabò anno 1690. in 4. Est liber parvæ molis, Theses potius Theologicas testimoniis D. Anselmi confirmatas continens, ut paulò ante diximus

2 *Tractatus de Studiis Monasticis* in tres partes distributus, cum quadam præcipuarum facultatum serie, quę in Autographorum operum lectione singulis quibusque Sæculis occurrunt, selectiorumque voluminum addito Catalogo ad Bibl. in Ecclesiasticis materiis comparandam, Auctore P. D. Jo: Mabillon Monacho Benedictino è Congr. S. Mauri, ex Gallico Latinè versus à P. D. Josepho Porta Astensi Monacho Casin. in Colleg. Anselmo-Benedictino Romæ olim Sac. Theologiæ Lect. & Doct. Venetiis typis Andreæ Poleti in 4. Item ejus opus sunt

3 *Novissima Psalmorum expositio*, extat ms. in Bibl. præfati Monasterii S. Bartholomæi Authoris manu exarata: præmittitur brevissima præfatio, in qua de Anthore, & Ethymologia Psalterii, & Psalmi differitur; procedit opusculm methodo satis compendiosa, sed valdè perspicua, & venusta. Et

4 *Brevis Tractatus de Paupertate Religiosa*. Opusculum quò breviùs, eò clariùs, ex Sacris Canonibus, D. Thomæ Aquinatis doctrinâ, ac præcipuis moralis scientiæ Doctoribus collectum: ms. in eadem S. Bartholomæi Bibliotheca.

JOVITÆ à CASTIONO extat Venetiis ms. in Bibliotheca S. Georgii Maj: *Historia Institutionis Congr. S. Justinæ*, ejusque *progressus &c.* tom. 1. in 4. sign n. 326., quam anno 1718. ibidem conspexi.

JOVITA DE RUBEIS Romanus, nobili familia, sed modò extinctâ, ortus, D. Pauli de Vrbe Professus anno 1615. die 22. Febr. evasit. Vir, tàm Monasterii sui, quàm totius Congr. amantissimus, ac in eorum utilitatem, & decus mirè propensus. Abbas enim ejusdem S. Pauli cum esset, Monasterium pluribus ornamentis, Sacrarium verò argenteis vasis, multâque supellectili instruxit, ac ditavit, inter quæ insigne Christianæ Antiquitatis monumentum, codicem nempè Bibliorum Sacrorum descriptum in pergamena temporibus, & jussu Caroli Magni, ut Angelus de Nuce, Nicolaus Alamannus, & Cornelius Margarinus existimant; ut autem putat Io: Mabillonius Itin. Ital. tom. 1. pag. 7. jussu Caroli Calvi, uti etiam indicare ait effigiem Codici præmissam, quàm non Carolum Magnum, sed Carolum Calvum exhibere autumat. Hunc, inquam, pretiosum Thesaurum, optimi characteris, lovita decenter ornatum, & contra temporis edacitatem probè munitum, in Sacrarium intulit, una-cum duobus aliis minoribus codicibus pariter in pergamena pulcherrimè exaratis, multisque veteris, novique testamenti Historiis miniò versicolori ad margines affabrè, ac diligenter expressis, tegumento phrigii operis, undique insignitis, quorum unus B. M. Virgi-

Virginis, alterum Defunctorum officium continet; modò verò hi tres Codices translati sunt in novam S. Callisti Bibl. Ho pitii nostri Transtyberini. Præterea Privilegia nostræ Congr. concessa, hinc inde collecta duobus libris conclusit egregie pariter scriptis cum hoc titulo

1 *Transumptum Privilegiorum Congregationis Casinensis &c. Opera D. Jovitæ ab Urbe Abbatis Casinensis, & ejusdem S. Cœnobii Professi, in præsens volumen redactum anno Domini* 1642., quod opus recognitum, & approbatum fuit, manuque publici Notarii subscriptum. 2. *Selectæ Bullæ Pontificiæ pro Congr. Casinensis*; qui libri ms. custodiebantur in eodem Sacrario S. Pauli. Scripsit etiam, dum Castri Nazzani, quod ditionis Ecclesiæ, & Monasterii S. Pauli in præsens Caput est (exigua sanè antiquæ ditionis portio) administrationem gereret, sequens opusculum Italicè 3. *Libro di Avvertimenti amorevoli fatto a modo di Dialogo tra l'Antecessore, e il Successore, di quanto principalmente può occorrere circa l'Amministrazione del luogo, fatto da D. Giovita Romano Professo di S. Paolo, essendo Castellano in Nazzano nel* 1630.; *coll' Indice delle cose più notabili*. Asservatur ms. in Archivo S. Callisti in fol. estque pagg. integr. num. 90., incipit „ Avanti che io avvisi la P. V. di cosa alcuna, è conveniente, che l'esorti „ prima, come a principalissimo affare, intorno al culto Divino &c.

Fuit autem Iovita Lector Sac. Theologiæ in Monasterio Cavensi, & Cavensis Synodi ab Angelo a Fundis Abbate, & ejusdem Cavensis Diœcesis, & Iurisdictionis Ordinario celebratæ Examinator Syodalis, & Cancellarius anno 1628., ut constat ex eadem Synodo Cavensi impressâ Neapoli apud Dominicum Maccaranum anno 1629. pag. 6., & pag. 175.

ISIDORUS CLARIUS clarissimum Congr. nostræ lumen, Clarii, quod Oppidum est Agri Brixiani, modicis, humilibusque Parentibus natus anno 1495., Parmæ in Monasterio S. Jo: Evang. inter nostros admissus anno 1517., die 24. Junii, sapientiâ, ac virtute non modò Patriam, & Parentes, sed etiam Italiam, imò Catholicam Ecclesiam illustravit, ut enim erat mirabili, celerique ingenio præditus, adeo profecit in literis; ut præter cæteras severiores disciplinas, Hebraicè, Græcèque doctus, sub Paulo III. toti Romanæ aulæ admirationi esset, ut de eo Ferdinandus Ughellus Ital. Sac. tom. 1. pag. 770. Evectus quidem jam fuerat à nostra Congr. ad Abbatis dignitatem (ejus enim merita tum in scientiis nobilioribus, tum in morum insigni sanctimonia perpenderat) jamque Monasterium S. Jacobi de Pontida in Diœcesi Bergomensi administraverat; quo tempore Concilio Tridentino tamquam Abbas, & Theologus unacum Luciano Mantuano item Abbate Pomposiano interfuerat; regebatque tunc magnâ cum integritatis, ac regularis observantiæ laude, Cœnobium S. Mariæ Cesen. cum à modò laudato Pontifice Paulo III. Episcopus Fulginei creatus fuit, qui, ut lucerna supra candelabrum posita; populo sibi commisso, totique Ecclesiæ doctrinâ, ac sanctitate præluxit. Gregem namque adeò accuratè verbò, & exemplò pavit, eximiâ in pauperes charitate, ac in omnes mansuetudine, atque patientia, ut Pastorem planè Apostolicum sibi à Deo donatum Fulginates venerarentur, ac sibi ipsis de eo gratularentur, nunquam mirari, ac laudare desinentes eleemosynarum copiam, quibus pingues Episcopatus redditus ferè omnes in egenos impendebat, minima eorum parte suis, familiæque (exigua illa quidem) necessariis usibus attributâ; nec his contentus piissimus Antistes, duodecim etiam nobiles Viros Fulginei instituit, quibus curæ esset, vel ex proprio censu, vel ex alienis eleemosynis, pauperum necessitatibus subvenire, quæ sodalitas sub invocatione D. Martini, etiam num ibidem perseverat, ac floret, cum interim carni, & sanguini minimè aquiescens, propinquis, & affinibus nihil omninò

ninò elargiri vellet, nec eorum quemquam apud se sustentari pateretur; nam Fratris filium, qui Fulgineum advenerat eum rogatum pensionem aliquam in exiguæ sortis levamen, vacuum dimisit, tenui tantùm ad redeundum in patriam viatico donatum, auream illam Sententiam subinde proferens, *Non Affinibus ditandis, sed Pauperibus alendis Ecclesiasticos census sibi fuisse concreditos*. Haud minori diligentiâ Ovium suarum animas Christianis virtutibus instruendas, quàm infirma eorum corpora misericordiæ officiis fovenda assiduè curabat. Totam idcircò perlustrans Diœcesim, celebratâque Synodo, sapientissimis eam reformavit institutis, ac saluberrimis, quæ instituerat, corroboravit decretis; concionabatur quàm frequentissimè, & Christianæ, Catholicæque doctrinæ capita adversus ejus temporis Novatores, ut ab eorum pestilentiâ populum suum præservaret, facundissimè explicabat, confirmabatque. In vitia acerrimè invehebatur, ad virtutum, ac perfectioris vitæ amorem ferventissimè excitabat. Nihil denique prætermittebat, ut optimi Pastoris, tum Divini verbi prædicatione, tum Sanctiss. Operum exemplò, numeros omnes impleret. Insignis, atque heroicæ ejus patientiæ hoc referunt exemplum plures Authores de eo agentes, quòd cum improbus quidam, quem ad pacem, & concordiam cum proximo ineundam exortabatur, eum alapâ percussisset, Vir Dei, ne verbum quidem rependit, sed corde, ac vultu omninò immotus, quâ cœperat viâ, ire perrexit. Quantùm autem doctrinâ, ac omnigena eruditione præstiterit, & quàm meritò Sapientissimi Viri famam apud doctos omnes obtinuerit, ex librorum ejus lectione facillimè cognosci potest. Orationes utique, quibus populum in Christianâ instituit Philosophiâ, quo animarum zelo, quo spiritus ardore, qua sermonis eloquentia, elegantia, & candore, qua denique Sacræ Scripturæ profunda admodum intelligentia præditus fuerit, perspicuè indicant, magna utique cum legentium utilitate. Hebraicæ namque, Græcæque linguæ subsidio, Divinas Scripturas in ipso fonte altiùs potavit, poriùsque hausit, adeòut antiquis illis Sanctiss., doctissimisque Ecclesiæ Patribus, ob styli similitudinem, sermonis gravitatem, majestatem denique Sententiarum, meritò conferri possit.

Secunda nempe vice, postquam Episcopus creatus fuerat.

„ Quapropter missus à Paulo III. Tridentum (inquit prælaudatus Ughellus) ut „ Concilium suo interventu juvaret, tânta plerumque linguæ facunditate, flumi„ neque scientiarum, fidei causas peroravit, ut quidquid dixisset, à Patribus Con„ cilii pro oraculo haberetur „ His addendum, Isidorum non solùm prosâ, verum etiam sacrâ poesi plurimùm valuisse, Græcosque, ac Latinos Poetas diligenter versasse, quod cum antea haud passim omnibus notum esset, ex nupera Epistolarum ejus editione operâ Benedicti Bacchini, Mutinæ celebratâ, in quibus identidem egregia quædam ejus Poeseos specimina proferuntur, liquidò cunctis apparuit. Cæterum Isidorus sapientia, ac meritis plenus, gestis quoque præclarissimis ubique celeberrimus, laborum, ac virtutum præmia in Cœlo recepturus, terras reliquit anno 1555. 5. Kal. Junii, ætatis suæ 60. sub Marcello II. Pont. Max., & Carolo V. Cæsare, *Cujus Sanctitatis odorem*, (ut cum Ughello concludam) *nulla ætas, nulla vis unquam extinguet*. Ei Fulginates inscriptionem sepulchralem hujuscemodi posuere.

„ Isidorus Clarius Brixiensis, Fulgineæ jam septem annis Episcopus, vitâ, & „ moribus integerrimus, exemplo, & verbis admirabilis, doctrina clarissimus, „ Christiana, Græcaque, Hebraica, Latina; mira in pauperes charitate ignitus, „ annum suæ ætatis circiter sexagesimum agens, acutissima correptus febre, pa„ tientissimè, placideque obdormivit, ac quadraginta post mortem horis post as„ siduam populi deosculationem, maximis cum lachrymis ejusdem, non fœtens, „ certè proh mirum! sed redolens hic situs est die XXVIII. Maii MDLV.

Extat

Extat hæc Sepulchralis inscriptio adhuc in præsens, tabulæ marmoreæ insculpta in eadem Cathedrali Ecclesia prope Sacellum Sšmi Sacramenti, à me ibidem visa anno 1729. mense Novembri. Operum autem ejus, quæ quidem nobis perspecta esse potuerunt, Catalogum modò exhibemus.

1 *Ad eos, qui à Communi Ecclesiæ sententia discesserunt, adhortatio ad concordiam.* Mediolani apud Calvum 1540. in 4. ut refert Gesnerus in Bibliotheca Universali pag. 467. à tergo, tum Lutetiæ Parisiorum per Nicolaum Divitem, Via Sacerdotum ad Divæ Genevefæ ad Insigne Geminæ Anchoræ; nuper tandem Mutinæ typis Antonii Capponi Impressoris Episcopalis anno. 1705. opera, & studio Benedicti Bacchini, quamvis Bacchinus nomine suo suppresso, D. Mauro Piazzi Abbati Parmensi, & ejus Monachis id honoris tribuerit, ut eorum cura hoc Isidori opus unacum Epistolis, & alio opusculo mox recensendo, tertia editione frui videretur.

De hoc eodem opusculo, sicut etiam de subsequenti ita loquitur Bacchinus in præfatione novissimæ hujus editionis: „ Rem tibi pergratam nos effecturos exi-
„ stimamus, si duo opuscula his (Epistolis) adjicienda juberemus, auro sanè,
„ gemmisque pretiosiora, quæ licet Authore superstite typis tradita fuissent, nul-
„ libi tamen inveniebantur apud Bibliopolas. Priùs opusculum (nempè istud de
„ quo nobis supra sermo fuit) gliscentibus Hæterodoxorum conatibus conscri-
„ ptum, Isidorum Romæ sub Pauli III. Pontificatus initiis degentem exhibet,
„ quo Socius Gregorii Cortesii, summi illius viri, de indicendo Concilio cum
„ Summo Pontifice deliberaturi accitus fuerat (qua de re supra in eodem Corte-
„ sio) id ille indicat in Epistola ad Gasparem Contarenum S. R. E. Cardinalem,
„ opusculo præfixa „ In qua Epistola Isidorus eumdem Gregorium Cortesium Præceptorem suum appellat, asseritque eum cum eodem Contareno Cardinali (cui opusculum suum castigandum, & expoliendum tradit) cæterisque à Paulo Pont. Max. accersitis, quotidiè in rebus ad Christianę Reip. utilitatē pertinentibus versatum, se autem interim, unius mensis spatio, diverso quodam, atque inusitato hactenus modo, ab Hæterodoxis controversa tractasse; eo sanè dicendi genere, quod *ab optimo quoque, & amari intelligebat, & profectò esse amandum* existimabat, ut scilicet Adversarii redarguantur quidem, *sed ita, ut semper de reconciliatione, & pace cogitetur.*

2 *De modo divitiis adhibendo homini Christiano ad* Concives suos Brixianos; salutaris *Oratio.* Mediolani apud F. Minitium Calvum anno 1540. in 4., & iterum Mutinæ apud Antonium Capponum anno 1705. unà cum Epistolis, & suprarecensito opusculo pariter in 4., opera ejusdem Bacchini, quod quidem opusculum in Parisien. Edit. deest. Bacchinus verò de hoc eodem opusculo in præfatione ad Lectorem secundæ editioni præmissa sic loquitur. „ Secundum opuscu-
„ lum ad Brixienses conterraneos conscriptum incerti est temporis; at putamus
„ antè profectionem Romanam elaboratum; diversum prædicta planè argumen-
„ tum tractant, verùm utrobique Isidori eruditionem, & prudentiam, ac pieta-
„ tem testantur, stylus perspicuus, & latinè purus, candor sententiarum, vis ra-
„ tionum, non modò ex causæ visceribus petitarum, sed sacrarum literarum ora-
„ culis, methodo sanè facili, suffultarum.

3 *Vulgata editio Novi, ac Veteris Testamenti, quorum alterum ad Hebraicam, alterum ad Græcam veritatem emendatum est diligentissimè, ut nova editio non facilè desideretur, & vetus tamen hic agnoscatur, adjunctis ex eruditis Scriptoribus Scholiis &c. Auctore Isidoro Clario Brixiano Monacho Casinate.* Venetiis apud Petrum Scheffer Moguntinum Germanum anno 1542. in fol. & iterum cum hoc titulo.

4 *Biblia Sacrosancta Veteris, ac Novi Testamenti, adjectis ex eruditis Scriptoribus,*
Scholiis, ita, ubi est, locupletibus, ut pro Commentariis sint; multis enim certè locorū
millibus præsertim difficilioribus lucè afferunt, ex secunda Authoris recognitione, De-
putatorū Conc. Trid. servata Censura (idest præcisis Proæmio, ac Prolegomenis)
Venetiis an. 1564. apud Juntas in fol. De hoc opere sic Ughellus loco supracitato
„ Bibliam Sacram transtulit (nempè ex Hebraico, & Græco) additis doctissimis
„ Scholiis, quæ tametsi per aliquot annos Ecclesiasticam Censuram senserint gra-
„ viorem, authoritate tamen deindè Trid. Concilii, demptis Proęmio, ac Prole-
„ gomenis, studiosorum desiderio restituta sunt, ut scribit Sixtus Senensis in Bibl.
„ Sancta „ Exemplar autem primæ editionis hujusce translationis Bibliorum per
Petrum Scheffer Moguntinum factæ extat modò Romæ in Bibl. Clericorum Re-
gularium S. Andreæ de Valle. In cujus fronte, ubi in impresso dicitur *Mona-*
cho Casinate, additur manu exaratum: *Episcopo Fulginate*, nam antequam
Episcopus crearetur, opus hoc in lucem emiserat; itemque in eodem libri pro-
spectu leguntur pariter calamo scripta hæc verba. *Hic liber fuit ipsiusmet Isidori*
Clarii, qui & sua manu multa addidit ad sua Scholia, quæ leguntur ad marginem.
Immeritò igitur Isidorus apud nonnullos, plagii reus audit, quasi Munsteri
Scholia, & Notas sibi adjudicaverit, cum ipse apertè, ac ingenuè in fronte pri-
mæ editionis 1542. dixerit, se Notas, & Scholia ex eruditis Scriptoribus adjecis-
se; at vero Munsterum tunc recens ab Ecclesia damnatum expresè nominare
æquum non judicavit: Quod ipsum animadvertit etiam doctissimus Calmet
Ord. S. Benedicti in Dictionario Historico-Critico &c. Sac. Scripturæ, ex Gal-
lico in Latinum postea ab eruditis viris Lucensibus translato, Lucæque impres-
so anno 1725. tom. 1. pag. 20. sub tit. *Biblia Latina* „ Biblia Latina Authore
„ Isidoro Clario Benedictino cum Scholiis &c. in fol. Venet. 1542. Editio castiga-
„ ta, in qua Vetus Testamentum ad fidem Hebraici textus, Novum verò ad fi-
„ dem Græci expensa sunt. Plereque Annotationes ex Sebastiano Munstero tran-
„ scriptæ; idemque de se Author ex alienis lucubrationibus non exigua se derivasse
„ profitetur, Munsterum tamen virum hæreticum silentio premit, cujus nomen
„ ingentibus omnium Catholicorum odiis conflagrabat. Biblia Munsteri edita
„ fuerat anno 1535. & 1546., ut nos supra notavimus de Bibliis Hebraicis disse-
„ rentes. Prologus, & Prolegomena Clarii in Indicem adscripta sunt; editio an.
„ 1564. expurgata est „ & pag. 28 subdit Titulo. *Commentaria Universalia in*
totum Vetus Testam. „ Isidorus Clarius Benedictinus Episcopus Fulginas in
„ Vmbria, Annotationes in totum Vetus, ac Novum Testamentum, Venetiis ex-
„ cusas in fol. 1542. edidit. Ejus Annotationes in Vetus Testamentum eædem,
„ ac Sebastiani Munsteri sunt, sed emendatæ, ac in compendium, melioremque
„ formam redactæ. Prologus, & Prolegomena Clarii in prohibitorum indicem
„ rejecta sunt. Editio anni 1564. ad Censorum Romanorum mentem castigata
„ est. Clarius occubuit 1555.

At Riccardus Simonius Gallus Presbyter Oratorii, multiplicibus libris, vicis-
situdinibusque valde notus, in libro *Histoire Critique du Vieux Testament à Rot-*
terdam chez Reinier Leers 1685. lib. 2. cap. 21. pag. 320. col. 2., & fusius in lib.
Histoire Critique de Versions du nuoveau Testament, ibidem apud eumdem anno
1690. cap. 15. pag. 144. col. 1. & pagg. seq., & denique *in Histoire Critique de*
principaux Commentateurs du nouveau Testament ibidem apud eumdem 1693.
cap. 39. pag. 572. col. 2. de Isidoro Clario, ejusque Bibliorum versione, ac no-
tis, licet quædam laudet, acri tamen criterio utitur, sed, an æquè verè, ac ad
Critices canones, æquiores, peritioresque Critici viderint. Illud solummodo
non prætercam, quod idem Simonius refert, exemplar nempè versionis editæ

anno

„ anno 1542. jussu unius ex Italicis Inquisitoribus recognitum, quod Parisiis in „ Regia extat Bibliotheca, hæc in fronte voluminis manu Censoris formata verba continere „ Ego F. Jo: Baptista Ansaldus Lector Dominicus (fortè Dominica-„ nus) de commissione R. P. Inquisitoris Astensis, vidi hanc Bibliam in omnibus „ locis suspectis, & à Supremo Senatu Illmæ Inquisitionis taxatis, & eam nequa-„ quam depravatam inveni, præterquam in ultimo Scholio super Zachariam, & „ eam emendavi. Quarè me subscripsi: Fr. Jo: Baptista „ Subdit verò Simonius, Scholion, quod censuram sustinuit, esse in ea Zachariæ verba cap. 14., *quod super frænum equi est*; in quæ verba Isidorus hæc adnotavit „ Per ornamenta „ equorum, & ollas intelliguntur hic varii status Christianorum hominum, qui „ omnes Sancti esse debent in Ecclesia, sicut olim Pelves; censura (prosequitur „ Simonius) cadit in hæc verba, *qui omnes Sancti esse debent*, quod dictum minimè forsan alio tempore censuræ subjacuisset, sed quià illud intelligi poterat, & „ explicari in sensu Protestantium, ideò illud ex Isidori versione ablatum, & dele-„ tum voluere, cujus versionis lectionem in Italia permittendam censuerunt, „ præsertim Monachis, seu Regularibus, qui illam magni faciunt „ Hæc, aliaque Simonius de Isidori versione &c.

Cum verò de hac Isidori Clarii Bibliorum versione fusè adeò hic agitur, addamus etiam, quæ de eo, eademque ejus versione refert Vir eruditissimus Ignatius Hiacynthus Amat de Graveson Hist. Eccl. tom. 7.* colloq. 5. pag. 399. & seq. „ Isidorus Clarius, Italus, patriâ Brixiensis, & Fulginas Episcopus, Con-„ cilio Tridentino interfuit, ubi, cum esset trium linguarum peritus, perdoctas, „ & elegantes orationes habuit. Præter Scholia in Cantica Canticorum, multa-„ que Orationum in utriusque Testamenti insigniora quæque loca, quæ edidit, vo-„ lumina; Versionem etiam Bibliorum adornavit, quæ tamen cum ab editione „ vulgata multis in locis recedat, ab Ecclesia fuit improbata, ut videre est in Re-„ gula iv. Indicis Librorum prohibitorum, quæ sic habet. *Ex Bibliis verò Isidori* „ *Clarii Brixiani Prologus, & Prolegomena præcidantur. Ejus verò Textum nemo* „ *Textum Vulgatæ editionis esse existimet.* Hinc noster Melchior Canus lib. 2. de „ locis Theologicis cap. 13. asserit Isidorum Clarium multa in sua Scripturæ ver-„ sione inservisse, adjiecisse quædam, nonnulla mutasse, *ut Lector non aliud possit* „ *in locis mutatis intelligere, quàm aut veteris Interpretis errorem, aut veterum Co-*„ *dicum depravationem* „ Benignius tamen *de Isidoro Clario* judicium profert Daniel Huetius Episcopus Abrincensis in libro *de Claris Interpretibus*, in quo num. 16. hæc scribit: *Isidorus Clarius non tàm novæ Auctor editionis, quàm veteris, uti in operis sui fronte prænunciat, ipse Emendator, & Corrector dicendus: cujus tituli modestiam, & veritatem, adeoque laudabilem, immeritò castigat Melchior Canus*, hæc ille. Denique *in Criticis Sacris*, sive *in Annotationibus, & Tractatibus* doctiss. Virorum in Sacra Biblia, Londini impressis anno 1660. opera, & studio clariss. Joannis, & Richardi Pearson, Antonii Scatergood, & Francisci Gouldman inseruntur Annotationes in vetus, ac novum Testamentum Isidori Clarii, deque eo, aliisque celeberrimis Annotatoribus in Præfatione legitur. „ Sed non opus est, ut hæderam hic nostram prætexamus, Inspice Catalogum, „ & invenies nomina omni lauro, omni laude majora „ Sed ad alia Isidori opera transeamus.

* Qui etiam de eo per honorifice loquitur tom. 9. in rabulis Chronol pag. 454.

Idem ferè habet Natalis Alexander Hist. Ecclesiast. Sæculi xv. & xvi. c. 5. art. 1. n. 28.

5 *In Cantica Canticorum Scholia ex Arcanis Hebræorum eruta*. Venetiis apud Ziletum, sive Jolitos anno 1544.

6 Orationes quatuor habitæ in Concilio Tridentino, nempe. Prima *de Justificatione hominis*. Secunda *de Imputatione Justitiæ, & Certitudine Gratiæ*. & duæ *de Gloria*. Venetiis anno 1548. in 8., & Lovanii in folio.

7 Super

7 Super *Missus est* *, & super *Canticum Magnificat*, *Orationes* variæ de Beata Virgine, verborum elegantiâ, & sententiarum gravitate, undique refertæ, Venetiis apud Franciscum Franciscium 1565.

* Hoc est in cap. 1. Lucæ.

8 *In Evangelium Lucæ Orationes quinquaginta quatuor*, in quibus præter verborum elegantiam, & sententiarum gravitatem, innumeros ferè, tùm Novi, tùm Veteris Testamenti obstrusiores locos illustratos (quod maximum, & præcipuum est) Pietas Christiana in primis elucescit; in publicum prodiere, Venetiis apud Dominicum Nicolinum operâ Benedicti Guidii, & item apud Franciscum Franciscium anno 1565. in 4.

9 *In Sermonem Domini in Monte habitum secundum Matthæum*, *Orationes sexaginta novem ad Populum*, quibus cuncta Christianæ vitæ præcepta traduntur, Dominica oratio uberrimè explicatur, Clerus accuratè admodum instituitur, ac perversæ Prædestinantium opiniones redarguuntur. Eas, sicut & alia pleraque Isidori opera laudatus Benedictus Guidius Monachus Casin. (de quo supra) imprimendas curavit post Isidori obitum Venetiis apud Dominicum Nicolinum anno 1566. in 4. Quo eodem anno ibidem impressæ iterum sunt per Franciscum Franciscium Senensem, & denuò ibidem 1567. At verò Dupinius impressas eas antea etiam Venetiis fuisse tradit an. 1556., imò Poss. infra citandus duas alias earumdem editiones pariter Venetiis celebratas affert, nempe an. 1546. & 1565.

L. B.

10 *Orationum extraordinariarum Volumen primum ad S. Pium V. Pont. Max.*, in quibus utriusque Sacri Testamenti insigniores quique loci eruditâ facundiâ scite, ac luculenter illustrantur, omnibus, qui Christiana Philosophia delectantur, sed Concionatoribus præsertim opus summoperè necessarium; Venetiis apud Dominicum Nicolinum anno 1567. in 4. Dupin., & Poss. hoc ejus opus, Venetiis anno 1569., & 1577. publica luce donatum testantur.

11 Earumdem *Orationum extraordinariarum Volumen secundum*, Venetiis apud eumdem eodem anno, & iterùm uterque Tomus excusus fuit Venetiis anno 1577., teste Arnold. Wione.

12 *In Caput IX. Epistolæ ad Romanos Orationes duæ ad Chrysostomum nostræ Congregationis Præsidem*, quarum præfatio sic incipit „ Et si persuasum mihi semper fuit „ *Oratio prima* „ Qui locus jam diu „ &c. *Oratio secunda* „ Quamquam ego oratione hesterna. Has *Orationes* Arn. Wion, & ex eo Poss. testantur mss. extitisse apud D. Archangelum Fantoni Monachum S. Nicolai de Littore Venetiarum. Itèm scripsit

13 *In Caput XV. primæ Epistolæ Divi Pauli ad Corinthios libros tres ad Basilium Fratrem suum*, qui ubinam reperirentur, Arn. Wionem, & Poss. latuerunt; ego autem illos mss. in Bibl. Sapientiæ Romanæ in secundo tomo Miscell. Sacr. Constan. Cajet. pag. 140. optimo charactere exaratos, inspexi, in quorum fine hæc oservavi „ Has ego Basili frater Turclarenses triduanas Commentationes ad te scripsi, ut &c. Item in Catalogo ms. Bibliothecæ Collegii Gregoriani de Vrbe in serie Interpretum S. Scripturæ hæc adnotantur: *In Epistolam ad Corinthios Isidorii Clarii*; signat. R. 1. 40. & etiam in eodem Catal. legitur alia Isidorii Clarii lucubratio cum hoc titulo, *Carmina Isidori Clarii*. Sign. R. 4. 61., qui Catal. extat ms. Romæ apud S. Calistum in Archivo Procuratoris Generalis Casin. Scripsit etiam Isidorus, & publicavit anno 1548.

14 *Constitutiones Synodales* pro sua Vrbe, & Diœcesi, ut asserit Ludovicus Morçri in Magn. Diction. hist. tom. 2. pag. 533. col. 1. editionis Amstelod. anno 1692. verbo *Foligno*. Itèm.

15 *Epistolas ad Amicos*; Opus posthumum per Benedictum Bacchinum, ut supra dictum est, publica luce donatum, Mutinæ anno 1705. apud Capponum, constat

constat pagg. 146., de quibus Epistolis Bacchinus in præallegata Præfatione 2. editionis duorum opusculorum sic loquitur. „ Epistolæ Latino sermone nitidissimo conscriptæ sunt, & Auctorem suum summâ eruditione, moribusque amenis æquè, ac piissimis præditum exhibent, efficiuntque, ut ejusdem acta plenius aliquanto innotescant ad id temporis pertinentia, quo nondum è carceribus, ut ita dicamus, studium illud egressum fuerat, quod difficillimis Ecclesiæ temporibus subsidio affuit, & rectè factis ad Fulginates insulas vocatus, eruditione, ac pietate insigni, nominis sibi immortalitatem paravit „ Hæc eruditiss. Bacchinus, qui etiam post aliqua, rem notatu dignam subjungit inquiens „ Sacra igitur in primis studia per ea Isidori tempora Monachorum nostrorum erant, quorum plures laudat in his Epistolis Auctor (scilicet Isidorus) Sacris reliqua famulabantur, Latini videlicet, Græci, & Hebraici sermonis notitiâ, & universæ Philologiæ Encyclopedia, Scholastica sobriùs, ac nunc fit, colebantur, quantum videlicet satis esset utilioribus dignoscendis, & mentis aciei exercendæ : In his porro, non modò Monasterii Parmensis Monachos (ubi Isidorus adolevit, pietatisque, & literarum graviorum tyrocinium posuit, adeptusque est, ut summorum in Ecclesia Virorum judicio aptissimus existimaretur rebus gravissimis gerendis) vitam trivisse palam est, sed & reliquorũ, per Italiam Cœnobiorum Alumnos, quod præfiscine dictum sit, ut appareat iniquioris in Monachos animi Heterodoxos fuisse, qui ut novitatis, quam inducebant, prætexerent causas, Monachos uti barbaros, inficetosque calumniabantur „ Hæc Bacchinius.

Præterea ex Epistolis apparet Isidorum alias etiam lucubrationes exarasse, nam pag. 3. Ep. 5. ad Julium Mantuanum hæc habet „ Fueram ego tibi pollicitus, cum istic essem, me Commentatiunculam illam nostram de *Libertate hominum, & Prædestinatione* Vincentio nostro daturum, cum ad vos proficisceretur. Duos præterea additurum etiam *Dialogos*, quos superioribus diebus luseramus, sed nunc prohibeor, quò minùs utraque simul præstare possim, nam Dialogorum alterum Jo: Baptista noster Mantuam profectus secum abstulit, neque satis tibi fuisse futurum existimo, si alterum tantùm misissem. Quare cum rectius me esse facturum sim arbitratus, si utrumque simul aliò tempore ad te dedero, unum illud Commentariolum accipies in præsentia *de Libertate nostra* „ Pag. 107. Epistola ad Dionysium Gallum (Fancherium) de quo supra, data anno 1529., hæc fatur. Verùm illud interea certò scias, me non propterea ad te *Lusus* illos, quos in tuas venisse manus, scripsisti, non misisse, quod eos te latere vellem, sed quia parùm digni erant eruditorum, tuique similium lectione, habendi fuit ratio verecundiæ. Ego verò postea quàm longo tibi jam tempore notus sum, ut & insanire pergam, & te pluribus scriptis lacessam, mitto adhuc nescio quæ præcipitata potiùs, quam edita, quæ decem circitèr abhinc menses in mediis pænè molestiarum fluctibus lusi. In iis, non tam scrupulosam tibi legem præfigo, quàm tu fecisti in tuis, quin, si ita visum fuerit, Abbati Gregorio tuo Mutinensi, imò etiam meo, ostendas licet, quando ipsius mentio facta est in tertio opinor libro „ Pag. 110., & seqq. Eusebius Mutinensis (de quo supra) Epistola ad Clarium (nam ipse Eusebius Authbr fuit hujusce nominis Clarii ab Isidoro usurpandi, cum ante seipsum Clarensem scriberet) laudat librum eumdem Isidori de *Libertate nostra, & Prædestinatione*, cum duobus illis Dialogis, dicitque hunc librum vicisse maximam, quam semper de illo habuerat opinionem. Certe Isidorus, præter Biblia translata, viginti duo volumina reliquit in Sacr. Scripturam, quorum pars tantum sunt sermones typis jam evulgati, & reliquæ lucubrationes supra recensitæ, nam plura alia ejus opera Fulginei adhuc asservantur mss. originalia, luce dignissima, penes nobiles Viros Cæsarem, & Josephum

L. D.

L. E.

phum *Gigli* Equites Hierosolymitanos, eorumque Fratres, nempe duodecim volumina in 4. quæ infrascriptas res continent.

1 *Orationum in Episcopatu habitarum Volumen Secundum*. Tertium. Quartum. Quintum; nam primum deest; quia nimirum impressum fuit: estque illud, quod nos supra retulimus num. 9.

2 *Orationum, quas extraordinarias vocant*, volumen tertium, (nam primum, & secundum typis traditum fuit, ut paulo ante diximus num. 10. & 11.) Volumen quartum. Quintum. Sextum: Sunt autem omnes, tum impressæ, tum mss. Orationes 86.

3 *Orationum in Evangelium secundum Lucam*, Volumen secundum (nam primum deest) Tertium, Quartum. Suntque omnes Orationes num. 50., quas omnes existimo impressas esse, easdemque, quas supra retulimus num. 8.

4 *Orationes Synodales* num. 5., quarum prima habita fuit Fulginei in Synodo anno 1549. pridie Idus Octobris.

Celebratur Isidorus summis laudibus ab omnibus ferè Authoribus, qui de Divinis paginis, Rebus sacris, ac Viris Illust. scripserunt, præcipuè ab Arn. Wione Lign. Vit. lib. 2. cap. 42. pag. 315. A laudato Dionysio Faucherio Monacho Lirinensi (de quo supra Litt. D.) in Epistola ad eum data, quę inter ejus Epistolas legitur in Chronico Lirinensi Vincentii Barralis, ubi sic Clarium alloquitur: „ Quantò autem gaudio me affici credas, si quando Ecclesiæ Christi Cortesii nostri, „ ac tui similes Rectores multos præfici videam; quorum doctrina, & castissimis „ moribus vita instituta majorem in populos auctoritatem sit habitura „ & infra „ Sed jam gaudeo, quod spes mihi melior arridere videtur, tantis malis tandem „ finem impositum iri, Christi populis præfici, qui Subditos non minùs exemplo, „ quàm doctrina norunt instruere: Ecclesiæ tuæ gratulor, quæ te nacta sit Antisti- „ tem, Apostolici Spiritus vigore, & Divinæ Sapientiæ splendore radiantem, „ tamquam lucernam supra Candelabrum lumen proferentem omnibus, qui in „ Domo Dei sunt profecturum &c. A Leonardo Cozzando Bibliothecæ Brixianæ „ par. 1. pag. 149. & subsequenti secundæ editionis Brixiæ 1694.

Sed cum inter ejus opera Cozzandus enumerat *Commentaria in S. Isidori Hispalensis Episcopi opera omnia*, quæ extant, nunc primùm castigata per Margarinum de la Bignè, Parisiis anno 1580. in fol. & *De Officiis Ecclesiasticis*. Parisiis 1564. in 8., hallucinatum eum esse clarè cognoscitur ex ipsamet operum S. Isidori Parisiensi editione anni 1580. à Cozzando laudata, in qua, diligenter à me evoluta, nec vola quidem reperitur de *Isidori Clarii*, vel alterius cujuspiam Commentariis, Notis, aut Scholiis. In aliis quidem S. Isidori operum editionibus studio Jacobi Breul Monachi Benedictini S. Germani à Pratis, qui eorum emendationem à Margarino cœptam absolvit, Parisiis factis an. 1610. & 1618. & Col. 1617. reperiuntur ad calcem. *Notæ Virorum doctorum in quosdam D. Isidori libros collectæ per Joannem Grialum Hispanum*; At ibi nullus ex prædictis viris doctis singillatim nominatur: Imò nec Benedictus Guidius, qui Isidori Clarii opera collegit, typisque consignavit, nec Nicolaus Antonius Bibl. Hisp. Vet. tom. 1. l. 5. c. 4. n. 12. ubi S. Isidori operum Editores, & Illustratores recenset, nec Possevinus in Appar. Sac., nec Gulielmus Cave in Script. Eccl. ubi de S. Isidoro fusissimè agunt, nec denique alius quispiam ex tot Authoribus, quos vidi, de ipso Isidoro Clario ex instituto loquentibus, de Clarii Commentariis in Isidori opera aliquid innuunt. Corrigendus quoque est, ubi Orationes 54. in Evangelium Lucæ, in Evangelium Joannis habitas scribit, editas Venetiis apud Juntas anno 1565. in 4.

Doctiss. Jo: Mabill: in Catal. selectiorum operum, meliorumque editionum ad

ad Bibliothecam ex materiis Ecclesiasticis comparandam, quem texuit ad calcem Tractatus *de Studiis Monasticis*, ubi recenset Isidori Clarii Biblia cum Scholiis bis excusa, scilicèt, anno 1542., & 1557. cum Præfatione, quæ in editione 1564. detracta est jussu Concilii Tridentini. Et in Itinere Italico tom. 1. Et iterùm in eodem tomo 1. Itin. Ital. pag. 123., ubi de Codicibus existentibus in Casin. Bibl. verba faciens, interque eos, de Codice S. Nili *de Christiana Philosophia* &c. „ Quò Codice, inquit, usus est Isidorus Clarius ad hunc librum è
„ Græco transferendum in Latinum, ut inferiùs videbimus, (idest pag. 171., ubi
„ hæc adjecit). Insigne verò est illius loci Monachorum (idest S. Mariæ Floren-
„ tiæ) Elogium in Epistola Isidori Clarii ad Ambrosium ejusdem Cœnobii Abba-
„ tem, quâ versionem Tractatus Nili Monachi *de Christiana Philosophia* ab se fa-
„ ctam eidem mittit emendandam, quæ Authoris illustris Epistola, quoniam ine-
„ dita est, atque ad commendanda istius loci Monachorum studia pertinet, huc
„ referenda nobis est „ Hæc ille, sed utraque Viri Cl. coniectura eum fefellit, nam neque illa versio, neque Epistola est Isidori Clarii, sed Isidori Montauti Monachi Florentini, sicut inferiùs suo loco ostendetur in eodem Isidoro Montauto. Ab Henrico Spondano Annal. Eccl. to. 2. ad ann. 1555. pag. 561. n. 23. A Petr. Soave Polano, idest, Fr. Paulo Servita hist. Conc. Trid. l. 2. pag. 161. editionis anni 1629., ubi vocans eum valde versatum in studio Sacrorum Bibliorum, refert quoque ejus historicam narrationem plurimùm eruditam, ut probaret editionem vulgatam Bibliorum approbandam, & omnibus anteponendam, solamque retinendam, priùs tamen ad textus originalis Græci, atque Hebraici correctam, & emendatam, omnibus aliis translationibus penitus interdictis, eliminatis, ac prorsus extinctis, quo sanè omnia absurda, & incommoda tollerentur ex novis interpretationibus in dies prodeuntia. Ab Andrea Raynerio (de quo supra lit. A.) Abbate Parmensi Hist. Paneg. S. Anselmi tom. 1. in præfatione „ Di lui parlano tutte le memorie del Sagrosanto Concilio di Trento, tutti
„ i monumenti della Diocesi di Foligno, le stampe di Venezia, di Milano, e di Pa-
„ rigi, per molti volumi delle sue Apostoliche Orazioni, per la sua Bibbia ornata di
„ profondissime osservazioni (che che si dicano l'Almoveen, il Saldeno, ed il Simo-
„ ne) e per gli altri trattati scritturali, e morali, pieni di Cattoliche erudizioni,
„ ed insegnamenti Evangelici, de' quali ancora alcuni, che non han veduto la publica luce vanno per le Librarie scritti a mano. Refert autem Raynerius ibidem, anno Domini 1690. inventam fuisse arcam in Ecclesia Cathedrali Fulginei, dum paries Sacelli, in quo Tabernaculum SS. Eucharistiæ asservatur, foderetur, ut Sacra Sanctorum Lypsana decentiùs ibi collocarentur, in eaque arca Corpus ejusdem Ven. Servi Dei Isidorii Clarii, supraque ipsum folium his verbis exaratum.
„ Adì 11. Gen. 1601. Io Gio: Debar Francese Agente di Monsignor Rmo Marco
„ Bizzoni Vescovo di Foligno, feci aprire questa Sepoltura di Monsignor Isidoro
„ Clario santa memoria con la presenza di M. Antonio Maria Patriane Sagrestano
„ di S. Feliciano, M. Gio: di Bartolomeo da Colmani muratore, e Gio: Pietro
„ Arculano d'Assisi Fornaro, e trovassimo, che il corpo di detto Monsignore era
„ intiero, e buttava un odore soavissimo, cosa degna di tener memoria, e con-
„ pregarlo si degni pregare il Signore per tutti noi. Amen.
„ Io Gio: Debar mano propria.

Isidorum præterea eximiè commendant Ludov. Moreri *Grand Dictionaire historique* pag. 187. col. 1. edit. Amstelodam: 1692. qui eum ob eloquentiam, & vividam spiritus * claritatem mirabilem se præstitisse affirmat &c. Gabr. Bucc. in Bened. Rediv. ad an. 1545., ubi *Beati* eum nomine prosequitur. Jo: Caramuel Logic. Moral. l. 1. c. 2. notat. 7. in margine. *Clarius sacram paginam*

* Brillant d'esprit.

Scholiis eruditissimis elucidavit. Octavius de Rubeis in Elogiis historicis Illustriũ Brixiensium pag.288. Marcus Ant. Maltempi lib. 2. cap. 2. Jacobus Aug. Thuanus in Elogiis Historicis, Anton. Teisler in Additionibus ad eadem Thuani Elogia. Ludovicus Ellies Dupinius suæ Bibl. tom.16. pag.18. ubi rectè animadvertit bis eum Trid. Conc. interfuisse, primo Abbatem, & deinde Episcopum, quod etiam videre est apud Phil. Lab. tom. 14. col. 751. sess. 5. Bernardinus Fainus in *Thesauro Cœlestis Gloriæ Brixiæ*, sive in *Cœlo Brixiano* Catal. 2. n. 35. pag. 111., Sixtus Senen. Bibl. Sanct. l. 4. pag. mihi 270., Fabianus Justin. in *Elencho Authorum, qui in Sacra Biblia scripserunt*. Ant. Poss. Appar. Sac. tom. 2. pag. 291. edit. Venet. 1606., Aubertus Miræus in Opere posthumo de Scriptor. Ecclesiasticis, ab Auberto Vander Fede edito Antuerpiæ 1649., & ab Alberto Fabritio in suam Bibl. Ecclesiasticam ex integro translato pag 164., Jo: Molanus Bibl. Sac. ms. teste eodem Fabritio. Georgius Matthias Conigius Bibl. Vet. & Nov. pag. 436. col. 1. Hieronymus Ghilinus Theatr. Viror. Illust. vol. 1. pag. 142., Io: Andreas Quenstedt *de Patriis Vir. Illust.* pag. 301. Plac. Pucc. Appar. Sacr. *de Illustr. Abbat. Florent. Viris* cap. 10. pag. 80., Ludovicus Jacobilli in *Vitis Episcopor. Fulginei*, ibidem impress. an. 1626. pag. 152. & seqq. Iulius Ambr. Lucenti in libro, cui titulus: *Fulgor Fulginei* pag. 106. & seq. Denique Felix Egger *Idea Ord. Hierachico-Benedict.* impress. Constantiæ 1717. lib. 1. par. 3. dissert. 2. n. 2. pag. 49. & fusiùs l. 2. par. 2. dissert. 4. Decade 2. pag. 263. & seq. & denuò par. 3. dissert. 8. pag. 520. & seq. In nostris item Regestis Isidorus Clarius passim audit: *Vir doctissimus, & sanctæ Vitæ. Vir inculpatæ Vitæ, & clarus in omnibus scientiis*.

ISIDORUS Panormitanus, ex familia Comitina, in Cœnobio S. Martini de Scalis, ad septimum à Panormo lapidem, Monachorum Casin. albo adscribi voluit, anno 1557., die 12. Apr. Postea in Italiam veniens, Scholasticas disciplinas in Asceterio S. Bened. Agri Mantuani aliquot annis docuit. Demum Abbas creatus, Monasterium ipsum S. Martini, quod bina administratione laudabiliter annis octo rexit, usque nempe ad annum 1593., novis ædificiis ampliavit, Templique structuram ad culmen tandem perduxit, prudentia in subditos, charitate in pauperes, humanitate in hospites, plurimùm commendatus. Scripsit

Aliqua, quæ mss. asservantur in Cęnobio S. Martini, ut testatur Rocchus Abbas Pyrrhus de Abb. Sic: pag. 190. Pet. Ant. Torn. *in Origine Congreg. Casinen.* tom. 2. l. 3. pag. 453. Sed quid illa mss. contineant, nemo illorum indicat, nec ego, quamvis ad ea opera cognoscenda diligentiam adhibuerim, assequi hactenus potui. Illum insuper laudant Pet. Ricord. histor. Monast. pag. 466., Ant. Mong. Bibl. Sicul. par. 1., ubi eum Virum doctrinâ, ac multiplici scientiarum ornamento insignem vocat, morumque suavitate, ac honestate conspicuum, in negociis pertractandis magnâ dexteritate præditum, liberalitate, magnificentia, benignitate, aliisque virtutibus eximiè illustrem deprædicat.

ISIDORI Cremensis Monachi Casinensis legitur

Carmen Elegiacum in laudem Insulæ Lirinensis, præfixum Chronologiæ Lirin. Vincentii Barralis Salernæ impress. Lugduni 1613., breve quidèm, quippe quod viginti tantùm duobus versibus constat, perpulchrum tamen, & lepidissimum, quod sic incipit: *Insula laudanda est, latum qua prospicit æquor*.

ISIDORUS LANFREDINI, patriâ Florentinus, ibidemque apud. S. Mariæ insigne Cœnobium nostris adnumeratus, an. 1642, die 21. Martii, floruit nedum Etruscæ, sed Gallicæ etiam linguæ peritiâ, quam Parisiis, ubi olim, dum in Germaniam pergeret ad Fratrem suum Sermi Ducis Neoburgensis intimum aulicum, bellis itinere obstruentibus, aliquandiù substitit, in Academia à Cardinali

Riche

Richelio institutâ, interpretatus est, pro quâ itèm linguâ faciliùs addiscendâ novam methodum, & regulas composuit, tum Gallico, tum Italico sermone, quò fit, ut eodem tempore utrumque Idioma commodè intelligi possit; quem librum sub hoc titulo postea evulgavit

1 *Nouvelle methode, courte, & facile pour apprendre la langue Françoise, composè, & donè au jour par le R. P. D. Isidore Lanfredini Florentin Moine, & Dojen Benedictin, Interprete de la langue Françoise dans l'Academie de Paris*; a Florence Chez les heritiers de François Onofrii 1684., & anteà Parisiis quater impress. Itèm transtulit in Italicum sermonem sequens opusculum à Silvestro du Tour Gallicè compositum.

2 *Istruzzione Morale d'un Padre al Figliuolo, che devè fare un lungo Viaggio, tradotta dal Francese, dedicata all' Altezza Sermā del Principe Francesco Maria di Toscana, in Firenze nel Garbo all' Insegna della Stella l' anno 1688.*, & alia quædam à se translata, atque correcta edenda parabat.

Erat etiam valdè aptus ad quaslibet figuras graphicas efformandas, exactâ servatâ undique proportione, quarum aliquas planè mirabiles ego ipse Florentiæ vidi anno 1689.; anno autem 1691. in suburbano *Comporeanum* Cœnobio, quò in senectutis solatium placido otio fruiturus secesserat, contracto morbo, & Florentiam deportatus, post paucos dies ex hac vita migravit 8. Maii, ætatis suæ an. 66. in quem statim à funere Elogium scripsi, nam eo tempore ego Florentiæ degebam Philosophiæ Lector, quod etiam literis consignavi in Necrologio ms. Monachorum Abbatiæ Florentinæ, quod *Ortus, & Interitus* inscribitur.

ISIDORUS MONTACUTI *, nobili genere Florentiæ natus, ibidem Monasticam professionem in Cœnobio S. Mariæ auspicatus est, anno 1514., die 15. Oct.; enituit non minùs sacrâ doctrinâ, Græcis, Latinisque literis, quàm insigni in Deum pietate, & in rebus agendis rara prudentia. Quamobrem ad sanciendas, & statuendas Congregat. nostræ Constitutiones, quæ duodeviginti annorum spatio diligenter expensæ, & sæpius ad trutinam revocatæ sunt, unà cum aliis Sapientiâ, ac Religione conspicuis Patribus, deputatus fuit, jussuque Patrum Generalium Comitiorum, earumdem Constitutionum correctioni, ac editioni præfuit Florentiæ anno 1520. apud Juntas adornatæ: Generalis deindè in Romana Curia Procurator electus, morum suavitate, ac in negotiis pertractandis mira dexteritate, Summ. Pontificum, Cardinalium, aliorumque Magnatum animos sibi devinxit. Mox creatus Abbas Monasterium Aretinum an. 1540., an. verò 1543. Florentinum, aliaque postea Cœnobia laudabiliter gubernavit. Anno verò 1570. Cosmus I. Magn. Etruriæ Dux ejus virtutum famâ permotus majoris Nosocomii S. Mariæ Novæ Urbis Florentinæ Præfectum, & Gubernatorem, & Abbatem S. Ægidii illum constituit, quod munus Florentiæ perhonorificum est, ac præcipuum, quam provinciam annos omnino tres egregiè, ac utiliter administravit, nam æs alienum, quo domus illa tenebatur, dissolvit, abusus plures sustulit, ægrotos eximia charitate, ac liberalitate fovit, leges, & statuta pro bono regimine ejusdem Nosocomii, eidemque inservientium directione, condidit, dum interim sibi parcus, superfluis omnibus impendiis exclusis, publica mensâ, communique cibo, sacra semper lectione condito, perpetuo uteretur. An. tandem 1573. ad laborum præmia in cœlos evolavit, in tertio Sarcophago intra Chorum Eccl. ejusdem Nosocomii sepultus. Multa reliquit mss. inter quæ

* Montacuti.

1 *Philosophiam Nili Monachi antiquissimi è Græco in Latinum sermonem* convertit, quæ optimo charactere conscripta, extat Florentiæ in Bibliotheca. Præterea teste Placido Pucc. scripsit

2 *Regestum, seu, Matriculam* omnium Monachorum Florentiæ Professorum

H 2 ab

ab anno 1420. usque ad annum 1530., & 3. *Necrologium*, seu librum *Monachorum Defunctorum* ejusdem Monasterii ab an. 1425., usque ad an. 1531., cum singulorum Defunctorum Elogiis, quæ duo Opuscula unico volumine in fol. comprehensa, quod titulum, *Ortus, & Interitus* præfert, ut paulò ante diximus, exaravit Florentiæ, eo prorsus tempore, quo Tyrones in Monastica Regula instituebat.

De eo laudatus Plac. Pucc. in Chron. Abbat. Floren. pag. 82. & seqq. ubi inter cætera asserit Isidorum, dum Cœnobii Florentini esset Economus, 12. prædia ad possessionem Thedaldæ pertinentia, occupata olim à Comitibus Montis Dolii, eidem Cœnobio vindicasse. Scientiâ verò, & regularis disciplinæ observantiâ, cæterisque virtutibus inter præstantiores ejus ætatis Viros annumeratum, adeout Clemens VII., & Paulus III. Pontt. Maxx., qui ejus prudentiam, aliasque egregias animi dotes perspectas habebant, Ministrum in gravibus aliquot Romanæ Ecclesiæ negotiis eum adhibuerint, quæ, cum feliciter absolvisset, oblatos ab eisdem Episcopatus, etiam primarios, constantissimè recusasse, ajentem, in suscepto vitæ instituto ad mortē usque permanere se velle. Narrat deinde Pucc. occasione quâ Isidori res gestas refert, rem memoratu haud indignam an. scilicet 1547., cum Paulus III. Roma digressus, per Urbem Mantuam transiret, ut Carolum V. Imperatorem apud Buxetum alloqueretur, Isidorum à Patribus nostris ad Gener. Comitia in magno Padolyronensi Cœnobio congregatis, Oratorem ad eumdem Pontific. missum fuisse, qui eorumdem Patrum nomine illum suppliciter rogaret, ut Monasticas actiones ibidem celebrandas, sua præsentia decorare dignaretur, eorumq; votis benignè annuentem Pontif. illuc ab Isidoro, cæterisque Abbatibus adequitantibus deductū, & magnificè, ac reverenter exceptum, Cœnobii amplitudinem, Patrum gravitatem, functionum splendorem demiratum, Congregationē nostram magnis laudibus extulisse, & apud ipsum Cæsarem commendasse. At si Puccinello fides hac in re præstanda est (nam in Regesto Congr. in quo acta Capituli General. fusè describuntur, nec verbum quidem de hoc Pau. li III. ad illud adventu habetur) mirandum, imò dolendum, nullam rei adeò celebris memoriam in Mantuano Monasterio nunc reperiri, vel marmori, vel pa- rieti insculptam, cum Pii II. illuc adventus* inscriptione, & marmorea ejus statua cingulo tenus, posteritati sit traditus. Cæterùm Isidori funus (pergit post multa Puccinellus) Doctoribus omnibus, ac nobilibus Florentinis prosequentibus solemniter curatum fuit, ejusque effigies apud Ecclesiam SS. Virginis Annuntiatæ in Sacello Montacutorum depicta visebatur, itemque marmori insculpta in prospectu Domus nobilis familiæ de Valoribus in via Albitiorum, inter quindecim alias effigies anaglyptas illustrium Florentinorum. Hæc aliaque Puccinellus, qui iterum de Isidoro agit in App. histor. de Viris Ill. Abbatiæ Florentinæ pag. 25. Itèm de eo agunt Arn. Wion Lign. l. 2. cap. 70. pag. 431., Ant. Poss. Appar. Sac. tom. 2. pag. 296. editionis Venetæ ann. 1606. Michael Pocc. in Catal. Scriptorum Floren. pag. 103. Novissime Julius Negri Soc. Jesu in Historia Scriptorum Florent. impressa Ferrariæ 1722. pag. 342. col. 1.

Anno 1528.

* Qui multo ante contigit.

Omnes autem isti Scriptores concorditer asserunt, Isidorum Montacuti transtulisse ex Græco: *Tractatum Christiano-Philosophicum Nili Monachi*; quare monere denuo subit, eruditiss. cæteroquin, ac sapientiss. Mabill. in Itin. Ital. tom. 1. pag. 123. nominis similitudine deceptum, Isidoro Clario hanc translationem, & etiam Epistolam ad Ambrosium Abbatem Florentinum tribuisse, quam Epistolam quoniam ab eodem Mabillonio exhibita est Itin. Ital. tom. 1. par. 1. pag. 173. hic denuo integram referre supersedemus, sed aliqua tantùm ex eadem, ad ostendenda Isidori hujus, & Monachorum Florentinorum, per ea tempora, optima studia, delibamus. Isido-

Isidorus Monachus, Ambrosio Abbatiæ Florentinæ Abbati S. P. D.

„ Anno præterito, cum in Casinensi illo Monte, vel potiùs Paradiso, confiste-
„ rem, nihil mihi adeò cordi fuit, quàm ut iis potissimum intenderem, quæ me ad
„ hujus Mundi contemptum maximè provocarent, ac sacri illius loci solitudinem
„ suavissimam, suaviorem redderent &c. Inter cætera fortè mihi obvius fuit tra-
„ ctatus quidam *Nili Monachi*, doctrinâ, & vitæ Sanctitate conspicui, *de Chri-
„ stiana Philosophia &c.*, è Græco Latinum feci &c. At, ubi audivi filios tuos in
„ Philosophiæ studia summis viribus incumbere, dandum mihi vitio duxi, si
„ non, & ipse, eo modo, quo possem illis auxilio essem &c. Vale Pater cum
„ filiis, Romæ 18. Kalend. Septemb. 1534.

In laudato Necrologio omnium Monachorum Abbatiæ Florentinæ in fol. pag. 34. de Isidoro Montacuto pluribus agitur, ex quibus ferè omnia de eo superiùs dicta confirmantur, ac præterea hoc etiam additur, dum ibidem esset Abbas, extruxisse à fundamentis Domum, seu Palatium juxta Ecclesiam S. Mariæ de Moschetto, quæ sita est in fundo Alpis Appennini in Territorio Abbatiæ S. Angeli, Abbatiæ Florentinæ adnexi

ISIDORUS MORATINUS, patriâ Foroliviensis, Monachus S. Mariæ de Cæsena professus anno 1632., die 1. Nov., & deinde justo elapso intervallo, ejusdem Monasterii etiam Abbas. Hic, licèt severiores disciplinas aliquandiu edocuerit, poeticâ dulcedine nihilominus captus, haud parvam operam, nec pauca opera Musis dicavit, propositis sibi argumentis religioso viro, eoquè Monacho in primis dignis, qualia profectò sunt sequentia.

1 *Divini Amoris Triumphus*, vario Carmine, continens Vitam *Venerabilis*, miræque virtutis fœminæ *D. Laviniæ de Alicorniis Monialis Ord. S. Benedicti*, Romæ typis Vitalis Mascardi anno 1658.

2 *Paraphrasis in librum secundum Dialogorum S. Gregorii Papæ de Vita S. Patris Benedicti. Carmine heroico.* Venetiis apud Heredem Francisci Babà an. 1662.

3 *Le Glorie della S. Spina della Corona di Nostro Signore Giesù Cristo, conservata in Cesena. Discorso. In Cesena per il Neri*, anno 1664. in 4.

4 *Musæ Miscellaneæ*; Placentiæ in Ducali Typographia Jo: Baptistæ Bazzachii anno 1667. In quo libro continentur, tum antedicta Paraphrasis, denuò ibi impressa, tum *Protomartyr Benedictinus*, Poema in lib. 4. divisum, in quibus S. Placidi ortus, miracula, & martyrium poeticis luminibus exornantur, carmine pariter heroico; tum denique Tryumphus Chisius in Assumptione Alexandri VII. decantatus.

5 *Musæ Geniales*, Eminentiss. Principis Volumnii Cardinalis Bandinelli laudes, & Triumphum decantantes, additis Coronis ejusdem Principis. Cæsenæ ex Typographia Nerii anno 1667.

6 *Oratio* habita Venetiis in Comitiis Generalib. S. Georgii M. impressa Placentiæ an. 1667. ad calcem libri (*Musæ Miscellaneæ* nimirum) recensiti numero 5.

7 Ejus pariter leguntur in fronte Vitæ B. Pii V. conscriptæ à Ludovico Jacobilli, *quinque Epigrammata* in Franciscum Mariam Ghislerium, qui liber Jacobilli impress. fuit Tuderti apud Vincentium Galassum anno 1661. Ipse etiam vertit in Latinum Carmen *Argenidem Barclay*, quæ ms. extat in Bibl. Monasterii S. Mariæ Cæsenatis. Item scripsit

8 *Eridani plausus* in Nuptiis D. Lucretiæ Piæ de Sabaudia, & D. Hippolyti Marchionis Bentivoli, Ferrariæ apud Marestas anno 1668. in 4.

Obit die 7. Sept. an. Dñi 1680. Cæsenæ repentina quidem morte, sed tamen pia, nam, cum media nocte ad matutinas preces surrexisset, inventus est exanimis in suo Cubiculo genibus flexis, coronam orariam manibus stringens.

De eo

De eo Georgius Viviani Marchesius in Vit. Vir. Illust. Foriliv. an. 1626. Forolivii impress. in 4. apud Paulum Sylvam lib. 2. c. 8. pag. 306. „ Isidorus Moratinus Casin. familiæ Abbas Latinas Musas, quas à primordio adolescentiæ noverat, indissolubili veluti amicitiæ nexu usque ad obitum amavit &c. In Cæsenate autem Monasterio S. Mariæ Montis *Argenis* Jo: Barclay in Epicum carmen versa delitescit.

ISIDORVS DE SV' Parmensis in S. Jo: Evangelista Professus est nostrum institutum an. 1688. die 10. Apr. ubi etiam nunc Decani officio fungitur; scripsit

Breve Notitia dell' ammirabilissima Vita di S. Gertrude Vergine Badessa dell' Ordine di S. Benedetto, detta la Magna.

JVLIANVS MAYALIS, nobili familiâ, Panormi natus, in Cœnobio S. Martini Monachus, Vir egregius, Regi Alphonso, & Pontificibus Eugenio IV. Nicolao V., & Callisto III. acceptissimus, à quibus, sicut etiam à Panormitano Senatu maximi momenti negotiis peragendis adhibitus, omnia ex eorum voto feliciter confecit, Pater Patriæ ob id à Civibus passim vocitatus. Ab Eugenio vero IV. *Visitator* Monasteriorum Siciliæ constitutus, eximiarum *Virtutum exemplis*, Antonino Mongitore teste, *sanctimoniæ fama*, *ac miraculorum gloria Beati* nomen sibi comparavit. Scripsit

1 *Instructiones, & Capitula* prò Economico Regimine magni Nosocomii Panormitani, & 2. *De Conformatione Vitæ spiritualis ad primum exemplar Jesu Christi*, quæ extat in Monasterio S. Martini.

Hic inquam Julianus ab eodem Ant. Mongit. Bibl. Siculæ par. 1. inter Monachos Congr. Casin. perperam recensetur, cum Congr. Siculæ prò Casinen. ex eo scribere debuisset, quod Sicula Congregatio Congregationi Casinensi an. 1506. unita fuit, Julianus verò obierat anno 1470.

JVLIANVS VERNATIA, patriâ Genuensis, Monachus factus est in Cœnobio S. Nicolai de Buschetto propè Vrbem Genuam ann. 1439., die 11. Iunii, cujus etiam Monasterii posteà fuit Abbas; vixit anno 1463.; quò scripsit

Vitam B. Nicolai de Prussia ejusdem Congr. Monachi, & Magistri olim sui, quã an. 1709. vidi ms. in Bibl. Romanæ Sapientiæ tom 2. Actorum, seù Vitarum plurium Sanctorum à Constan. Cajet. collectarum, quæ Acta, seù Vitas SS. ejusdem Bibliothecæ eo tempore Præfectus ordinandas, & per menses, diesque distribuendas, inque sex tomos colligandas paulò ante curaverat, legiturq; in fine mensis Februarii. Aliud exemplar ms. hujus Vitæ ex dono D. Hippolyti * Pugnetti ad manus meas pervenit. Sed hæc eadem Vita nuperrimè, an. scilicet 1721. typis tradita est Augustæ Vindelicorum apud Fratres Veithios Bibliopolas opera doctissimi Viri D. Bernardi Pez Monachi, ac Bibliothecarii Mellicensis in Austria, in 2. tom. sui Thesauri novissimi Anecdotorum par. 3. n. 11.

* De eo supra.

JULIVS MARIA ODESCALCVS, Ven. Ser. Dei Innocentii XI. Summi Pontificis frater Germanus, patriâ Novocomensis, Mediolani apud S. Petrum in Glassiate D. P. Benedicto nomen dedit an. 1633. die 19. Iulii. Quandiù autem inter nostros vixit, omnium virtutum exemplar, præcipuè humilitatis, & castimoniæ se ipsam exhibuit. At ad Novariensem Episcopatum, quem Emus frater dimiserat, an. 1655. promotus, animarum Pastor numeris omnibus absolutus, cœlestique Sapientiâ præditus cunctis apparuit; copiosissimas eleemosynas tum publicè, cum privatim ab eo erogatas adhuc enarrant Novarienses, verus enim egenorum Pater, omnibus, qui ad ipsum, tanquam beneficentiæ fontem confluebant, in primisque Clericis pauperibus, alimenta, vestes, aliaque subsidia abundè suppeditabat, in re divina faciendâ, cæterisque Ecclesiasticis officiis, ritibusque peragendis singularem animi pietatem, & majestatem prorsus

Sacram

Sacram ostendebat. Quamvis autem justitiam misericordiæ semper conjungeret, impudicitiam tamen in Ecclesiasticis præsertim viris, acerrimè insectabatur. Diœcesim totam maxima diligentiâ bis lustravit, eamque saluberrimis Constitutionibus Synodalibus adversùs irrepentes abusus validè præmunivit; tandem cum annos XI. Novariensi Ecclesiæ sanctè, ac mira sollicitudine præfuisset, an. 1666. ipsa D. Augustino Hipponensi Episcopo sacra die, quem ille imitari semper summoperè studuerat, ad Cœlos, ut sperare fas est, evolavit. Synodica verò Diœcesana Acta, sub hoc titulo promulgari curavit

Decreta Synodalia Ecclesiæ Novariensis in exortu pacis ab Illmo, & Rmo D. D. Julio Maria edita, Episcopatus sui anno 4., Novariæ impress. an. 1660.

Ejus integram Vitam scripsit Carolus Franciscus Rovelli Novocomensis Cler. Reg. e Cong. Somascha, quam Innocentio XI., tunc in Petri Cathedra sedenti, & Principi Livio Odescalco ejus fratris filio obtulit ms.

De eo fusè, & maxima cum laude Lazarus Augustinus Cotta in Musæo Novariensi, edito anno 1701. Cella * 2. pag. 193., & seqq., qui plures Authores de eo agentes refert, Jo: scilicet Ciampinum V. C., dissert. hist. Abbreviatorum de Parco majori, sive Assistentium S. R. E. Vice-Cancellario &c. Romæ 1691. pag. 24., Cæsarem Grassi *Popolo pentito*, Jo: Ant. Beldi in Sermonibus, Alexandrum Perlascam in Orationibus pag. 402. Franciscum Julianum, *Splendori Odeschalchi*. Io: Mabillon. Itiner. Ital. pag. 7., & 10., Io: Palacium in Innocen. XI., aliosque ibi videndos. Itèm de eo Felix Egger in Idea Ord. Hier. Bened. l. 2. par. 2. diss. 4. pag. 283. nosque ipsi copiosiùs in nostro Catalogo Episcoporum Congr. Casinensis.

* Stanza

JUSTINIANUS, patriâ Bergomensis, nobili genere natus, Patavii humanis, sacrisque literis operam dedit, ibidemque admodum Iuvenis in Cœnobio S. Iustinæ regulam nostram professus est, anno 1515., die 11. Ianuarii sub nomine *D. Innocentii*. Anno autem ætatis 22., majoris perfectionis, arctiorisque solitudinis desiderio, ex Monacho, Eremita fieri voluit in Sacra Eremo Camaldulensi, assumpto nomine D. Iustiniani; ubi annis 8. sanctissimè vixit. Sed, cum eo tempore nova Congregatio Eremitarum Camaldulensium Montis Coronæ nuncupata emersisset, Iustinianus de virtute in virtutem magis, magisque ire exoptans, ad illos declinavit, apud quos quadraginta annorum spatio, mirabili vitæ austeritate, & sanctimoniâ ad obitum usque permansit, Sacrarum literarum studio, ac SS. Patrum Lectioni addictissimus, divinarumque rerum meditationi assiduè intentus. Pluries electus fuit *Prior*, & aliquoties *Major*, seu Generalis Superior ejusdem Congreg. Vtque erat Philosophiæ, ac Sac. Theologiæ peritissimus, plura scripsit opuscula doctissima æquè, ac piissima, sed quorum potior, majorque pars, deplorabili ejus Cellæ nocturno incendio, dum ipse in Ecclesia divinis laudibus interesset, igne consumpta, interiit, ingenti quidèm Catholicæ Ecclesiæ detrimento, nam pleraque scripta erant.

1 *Contrà recentiores Hæreticos*, quorum fallacias summo doctrinæ robore confutabat. Evaserunt tamen flammarum rabiem sequentia opuscula: 2. *De vera, & falsa Amicitia, Dialogus*. 3. *De Contemptu Mundi, Dialogus*; ambo aureis characteribus digni, ab eo conscripti, dum adhuc Casinensis Monachus esset; itèm inventi fuerunt alii duo tractatus 4. *De differentiis peccatorum*, & 5. *De scandalo*: ad fidelium Conscientiæ dirigendas aptissimi; item 6. *De Oratione, ejusque faciendæ modo, libellus* perutilis. Hæc opuscula erant mss. in Eremo Montis Coronæ tempore Lucæ Hispani ejusdem Congr. Eremitæ. Sed inter ejus lucubrationes igne consumptas præcipua erat 7. *Elucidatio locorum difficilium Sacræ Scripturæ*, in qua Authoris doctrina, & ingenium potissimum elucebat. Obiit Iustinianus Bergomas piissimè an. 1563. die X. Aug. Agunt

Agunt de eo maxima cum laude, & veneratione Petrus Delphinus Eremita Camaldulensis in Epistolis, lib. 12., sæpiùs. Augustinus Fortunius Florentinus Monachus Camaldulensis in Historia Camaldulensi, impressa Florentiæ, apud Sermartellium, 1575. l. 3. c. 17., & 18., ubi aliud ejus opusculum refert igne pariter consumptum nempe. 8. *Vitam Ven: Pauli Justiniani Eremitarum Montis Coronæ Institutoris*: Lucas Hispanus prælaudatus in Historia Romualdina, seu Eremitica &c. impressa in Eremo Rubensi, in agro Patavino, anno 1581. lib. 4. c. 7., quod est *De Vita Justiniani Bergomensis*, & alibi sæpè. Gabriel Buc. in Menol. pag. 556. ad diem 1. Augusti, ubi ei titulum *Beati* tribuit, adeoque orationi, & contemplationi eum deditum fuisse scribit, ut frequentissime cibi per diem, somni per noctem oblivisceretur.

L

LACTANTIUS STELLA, nobilis Brixianus, frater Jo: Baptistæ Stellæ (de quo supra), Professus SS. Faustini, & Iovitæ factus an. 1582. die 28. Febr. ac deinde ejusdem Monasterii Abbas, cui tamen dignitati nuntium remisit, Abbatis tantum titulo ad obitum usque retento; Vir fuit in literarum studiis egregius, celebrisque Academiæ *Errantium* in Brixiana Urbe Institutor; multa prosâ, ac versu composuit, teste Octavio de Rubeis in Elogiis historicis Viror. Illust. Brixien., quamvis ejus lucubrationes singillatim ibi non exprimat. Leguntur tamen ejus

1 *Rime Spirituali*, inter quas est *Parafrasi della Croce di Brescia d' Oro, e di Fiamma*; quæ est Ode in laudem S. Crucis, satis quidem docta, pluribus Ingenii acuminibus, ac intimis Christianæ Pietatis sensibus, undique referta, impressa Brixiæ, apud Bartholomæum Fontanam an. 1629. in 8., in libro ejusdem Octavii de Rubeis, cui titulus *Historia delle Croci Bresciane*, ubi ejus etiam legitur 2. *Italicum Epigramma, in laudem Elogiorum historicorum ejusdem Octavii*, quæ edita sunt Brixiæ, an. 1602., eisdemque præfixum. Incipit

Ecco i lucidi specchi, ecco le chiare

Immagini d' antica alma Virtute &c. Item *duo alia Italica Epigrammata* in laudem alterius libri ejusdem Octavii, quo describit *Vitas* SS. Faustini, & Iovitæ Brixiæ Protectorum: impress. ibidem apud Bartholomæum Fontanam 1624. in 8. 3. *Inscriptio sepulchralis Alexandro Luciago* *, viro præstantissimo, ac pientissimo posita, quam affert idem Octavius ibidem post Elogium ejusdem Luciaghi, pag. 477. & seq. Scripsit etiam Comœdias quasdam Italicâ linguâ, quarum una prænotatur 4. *Il Giusto sdegno &c.* alia 5. *La Clorella* opera pastorale dell' Academico *Fisso* (namque in laudatâ Errantium Academiâ vocabatur) divisa in v. Atti, ravvivata l'anno 1628. ad istanza della Sermã Madama Margherita Duchessa di Parma, e Piacenza. Item 6. *Odem Pindaricam Italica Lingua* in laudē Io: Nani Patritii Veneti impress. inter alias suas lucubrationes, quam una cum Epistola, & Elogio Latino ad eum misit: aliamque Italicam Odem in laudem Io: Basadonnæ dum è Brixiana Armorum Præfetura recedens Venetias rediret, qui nobiles Veneti Epistolas amoris, & gratiarum actionis plenissimas ei remiserunt: 7. *Breve Ragionamento* sovra l' Impresa degli *Erranti*, che è una *Luna crescente*, col motto, *non errat errando*, cui inseruit Ita-

* Luzzago.

Italicum Epigramma. 8. *Ragionamento dell' Unione delle Lettere, e dell' Armi*; cui nexus scopus, ac finis est Academiæ Errantium, in qua hanc Orationem recitavit an. 1620. 9. *Raccolta di Lettere missive, e responsive a varj Sogetti, come pure di Canzoni, e Sonetti*, (tra quali molti di proposte, e risposte a Torquato Tasso, Otavio Rossi, Luca Assarino, ed altri celebri Autori) *Canzoni, ed altre Poesie Miscellanee*. 10. *L' Armi, e gli Amori Boemi, Attione militare del* Fisso *Accademico Errante divisa* in fatti; di cui però si conserva solamente il primo Fatto diviso in tredici comparse. Hujus tamen operis argumentum est omnino fabulosum: Incipit

Voi saprete, che 'l Sol ha di giù sette
Volte girato i gran Celesti segni,
Da che siamo attorniati, anzi rinchiusi
Da queste fiere Donne. Il primo seme

D'un tanto male, è stato Amore, e Sdegno
Ah quanto puon ne i petti de mortali
Questi ardenti Tiranni, se ragione
Non dà legge a gli affetti, e non gli frena:

Tres hæ Lactantii lucubrationes extant in Bibl. Monasterii S. Euphemiæ Brixiæ mss. 11. *Divoti Eccitamenti*, in quorum laudem scripsit Italicum Epigramma Eques Prosper Prosperi Neapolitanus: sicuti aliud Epigramma Italicum scripsit August. Paggius in laudem ejus Comędiæ, cui titulus, *Il Giusto Sdegno*. 12. *Vaso di Verità*; in cujus operis laudem Anonymus, scripsit pariter aliud Epigramma Italicum: hæc tñ duo ejus opera, sicut etiam Comędia prænotata, *Il Giusto Sdegno*, ubi nam reperiantur, hactenus nescitur, sed ad calcem alior. ejus operum mss. quæ paulo ante extare diximus in Bibl. S. Euphemiæ legitur cor. approbatio pro impressione = *Fr. Angelus Franciscus à Genua Ord. Min. de Obser. Sac. Theol. Gener. Lector vidit, & approbavit*. = Imprimatur *Inquisitor Generalis Genuæ* 1631. 16. *Febr.* Imprimatur: quatenus Dñis Illmis Gubernatoribus Reip. Genuen. reservatur. *Fantonus*.

De eo magna cum laude loquitur prædictus Octavius de Rubeis in memoratis Elogiis pag. 418. & seq. „ Questi sono due Fratelli *Lattanzio*, *e Silvio*, l'uno
„ Priore, l'altro Abbate, ambidue chiari di dottrina, di pietà, e di governi: Ri-
„ splende nel primo una dolcissima delicatezza di lettere gravi, e piacevoli; nell'
„ altro un' intiera cognizione delle Matematiche, in ambidue una soda maniera
„ di vita, non men accommodata a i negozj di stato, che agli antichi, e moderni
„ decreti Religiosi: *Lattanzio ha scritto molto nella prosa, e nel verso, e tuttavia*
„ *scrive componimenti, che saranno di eterna perpetuità a se stesso, alla sua Religione,*
„ *ed alla Patria*. Fù un tempo le delizie di tutti i virtuosi Principi Romani, or' è
„ la delizia in Brescia di chiunque ama la virtù. Per istimolo della quale, tratto
„ dalla sua benigna natura, *và istituendo l' Accademia degl' Erranti*, procurando
„ che Brescia armata, ritorni Brescia incoronata di quei meriti, e di quei lauri fe-
„ lici, che dispensano l'intiera tranquillità dell'animo nobile, ed honorato „ Leonardus Cozzandus Bibl. Brixianæ par. 1. pag. 151., omnia ex Octavio mutuatus, eum floruisse anno 1590. testatur. Jo: Marius Crescimb. in hist. vulg. Poes. l. 5. pag. 418. num. 38. 2. edit. anv. 1714. Bern. Pez Epist. X. Apologet. in Catal. Scriptor. Ord. nostri ab an. 1600. pag. 252. Plac. Puccinell. in Nomencl. Abb. edita an. 1641. pag. 27. Angelus Gryllus in suis Epistolis Venetiis impressis an. 1612. quanti Lactantium faceret plures demonstrat. Primo quidem pag. 176. Epistola ad eumdem data, qua illum, ut Genuam ad se videndum adiret, peramanter hortatur, & invitat. & pag. 347. & pag. 193. Epistola ad Angelum Petram, quâ Lactantii obitum amare deplorat. Usus est etiam Lactantius arctissimâ Torquati Tassi amicitiâ, qui ad eundem Lactantium plures Epistolas, & Epigrammata Italica scripsit, cui pariter misit, & commendavit libros suos omnes, & scripta chariora, interquę alterum suum Poema *Hierosolymæ Liberatæ*, ipsi-

quæ Dialogum suum *de Charitate* se nuncupaturum promittit, eo quia Lectantius eximiâ semper erga Tassum charitatem ostendisset. Obtinuit quoque familiaritatem plurium nobilium Virorum, & Literis Illustrium tam Romæ, quam Venetiis, & Brixiæ, inter quos præcipui fuerunt laudati Jo: Basadonna, & Joannes Nani cum suo Fratre Baptista, Jacobus, & Donatus Maurroceni, ut apparet ex eorum Epistolis ultro, citroque missis, asservatis hodieque in memorata Euphemianâ Bibliothecâ, quibus, & quanti ejus doctrinam, ac virtutem facerent, & quo illum honore prosequerentur, satis declarant.

Equ. Fontana in Orationem Nexus *Armorum, & Literarum*.

E Penne, e Spade qui, Libri, & Usberghi
Trattansi ognor: Qui Pallade, e Bellona
Combatte, e posa: e Fama alta risuona,
Che il Valor qui, che qui Virtute alberga.
Più degna man, che dotte carte verghi,
Più forte piè, che poggi in Elicona,
Trovar non si potrà: ecco chi sprona
Il Cuor, ond' ozio vil sprezzi, e posterghi.
Usciran' nuovi Tullj, e nuovi Achilli
Da questo seno, e fian le Toghe, e l' Armi
Illustri fregi a questa Patria amata.
A prò di molti fia, che qui sfavilli
STELLA d' onor, che illustri bronzi, e marmi,
*E porti al fin * felicità bramata.*

* Suol.

Anonymi in laudem Operis, cui titulus, *Vaso di Verità*.

Qual' asciutto Terren per lunghi ardori
Reso infecondo, e de' suoi frutti privo
L' onda sentendo del bramato rivo
Tosto rinverde, e spira grati odori.
Talora il gran desio de nostri cori
Arso, e bramoso d' un bel Fonte vivo
Quel sporge nobil VASO, al caro arrivo
Spegne la sete, e avvien, che s' avvalori.
Ma tu sublime Spirto, onde prendesti
Cose tante, e sì nuove, a far palese
Di rio malvagità l' iniquo Figlio?
Certo del Santo Nume amici, e presti
Gli Oracoli ti fur, e 'l Cor t' accese
Di penetrar il VERO alto Consiglio.

Extant mss. in prælaudata Bibliotheca S. Euphemiæ, una cum aliis hujus generis Carminibus, & Elogiis plurimorum aliorum Poetarum, tum in commendationem ejusdem Lactantii, inter quos præcipui, ac nobiliores sunt Torquatus Tassus, Octavius de Rubeis, Ludovicus Malombra, Petrus Ordelaphus, & Lucas Assarinus &c., tum in laudem aliarum quarundam lucubrationum ipsius Lactantii, qui eisdem Rythmis ad eadem respondet; quæ Carmina si legere quis cupit, adeat nostra Analecta in eodem Lactantio, ubi etiam plura alia de eo.

LAURENTIUS BORGIANNI Florentinus, tum patriâ, tum monasticâ Professione, quam in Cœnobio S. Mariæ, an. 1673., die 25. Aprilis auspicatus est, fuitque insignis Poeta, Orator, & Sacrorum Canonum Professor, variis etiam linguis, & idiomatibus eruditus, qui inter multas, quas edidit lucubrationes, posteris reliquit

De laudibus Virginis Mariæ Dominæ Nostræ.

De

De eo agit Plac. Puec. in Chron. Abb. Floren. pag. 142., in quo eum nonagenarium obiisse asserit.

LAURENTIUS FERRARUS, nobilis Panormitanus, alumnus, ac perpetuus Abbas Gregoriani Cœnobii S. Martini à Monachis electus anno 1452. Vir multarum scientiarum, ac illustrium virtutum ornamentis conspicuus, qui ab Alphonso Rege, & Callisto III. Pont. Max. nonnulla privilegia impetravit, In Pauperes, ac Peregrinos liberalissimus, Monasticæ disciplinæ tenacissimus, Concionator eximius, quiq. à Roccho Pyrrho de Abbatiis Sicil. pag. 180., & 181. scripsisse traditur;

1 Non parva volumina *de re Concionatoria*, quæ mss. in Archivo ejusdem Cœnobii asservari testatur, sicut etiam *Sermonum* volumina varia, & *Sermones asceticos*. 2. *De vero Monachorum profectu*, libros tres; ibidem.

Hic inquam perperam, ut plures alii, ab Ant. Mong. Bibliothecæ Siculæ par. 2. pag. 5. inter Casin. Congr. Monachos recensetur, cum ipse obierit an. 1458. ut ibidem dicitur; Monasteria verò Siciliæ unita fuerint Congr. Casin. an. 1506. ut sæpè dictum est, sæpiusque adnotabitur, cum occasio se nobis obtulerit. Unde dici debuerat Benedictinus Congr. Siculæ, non Casinensis.

LAVRENTIVS A' GRANIANO, qui est pagus Terræ Laboris, seu Campaniæ Felicis, familiâ de Miro, Professus S. Severini Neapolis factus an. 1623., die 22. Junii, ac deindè Abbas, ut dicimus, *Titularis*, scripsit

Quodlibeto di varie cose naturali, e necessarie tanto per la vita Civile, quanto Monastica, quod ms. asservatur Neapoli in S. Severino.

Hic fuit Patruus Jo: Bapt. de Miro Congr. nostræ olim Generalis Procuratoris, ac deinde Præsidis, cujus ut & reliquorum Fratrum ipse natu major, demortuo eorum Patre, curam suscepit, eosque optimis literis, & bonis moribus diligentèr imbuendos curavit, nec irrito quidem labore, sicuti eorum præclara virtus satis ostendit. De quo supra L. I.

LAVRENTIVS LVCALBERTI, patriâ Florentinus, in Cœnobio S. Mariæ, quod ibidem per antonomasiam *la Badia* dicitur, Monasticam Vitam professus, anno 1573., die 25. Apr. tum Sac. Theologiæ, tum Græci, Hebraici, Latinique sermonis peritiâ celebris fuit; quod utique præter alia, hodiéque optimæ notæ libri Græci quamplurimi, ejus nomine insigniti, *Ad usum*, scilicet, *D. Laurentii à Florentia*, demostrant, qui modò in prædicti Cœnobii Bibl., non parvum ejusdem ornamentum, extant; quamobrem haud difficulter crediderim fieri potuisse, quod olim Florentiæ à Senioribus Monachis audivi, interrogatum eum aliquando à Summo Pontifice (Paulo V.) quam potissimùm facultatem profiteretur, earumdem linguarum Professorem se nuncupasse. Cum itaque doctrinæ non solùm famâ, sed Monasticæ etiam disciplinæ observantiâ apprimè floreret, à prælaudato Summo Pontifice Paulo V. missus fuit in Lotharingiam anno 1605., sicuti ex ejusdem Pontificis Epistola in forma Brevis, v. Kal. Oct. anno 1606. dat., ut una cum Cardinalis Caroli à Lotharingia Pontificii Legati Commissariis, Monasteria Ordinis nostri per eam regionem existentia visitaret, ac reformaret; quam provinciam naviter adeo, ac feliciter adimplevit, ut ejus Visitationis fructum uberrimum, & Lotharingia ipsa, ubi Congregatio SS. Vithoni, & Hydulphi, ad instar Congr. Casin. fuit instituta, & Belgium quoque perceperit, ubi Congregatio S. Placidi, demumque Gallia universa, ubi celeberrima, ac Viris doctissimis ab exortu, usque in præsens mira fœcunditate florentissima S. Mauri Congregatio coaluit. At Laurentius reversus tandem Florentiam, in ruralem Ecclesiam ejusdem Abbatiæ quietis, ac studiorum causâ cùm recessisset, ibidem non multo post ab infido, ac scelesto famulo

L

mulo per insidias neci traditus fuit; ut ego quidem Florentiæ à Senioribus Monachis semper audivi; vel ut Puccinellus, loco infra citando, autumat, à Latronibus, una cum eodem famulo occisus, Vir sane tali fato prorsus indignus. Scripsit autem in procinctu reditus in Italiam

1 *Epistolam pareneticam*, sive *hortatoriam ad Patres supralaudatæ Congregationis Lotharingicæ ad Generalia Comitia pergentes*, saluberrimis monitis pro bono ejusdem regimine undique refertam. Item ejus legitur

2 *Epigramma in Historiam Monasticam Petri Ricordati* in principio ejusdem libri, quod sic incipit

Qui Benedicti sunt vestigia sacra sequuti
Ostendunt nobis inde iter ad superos &c.

In Archivo Abbatiæ Florentinæ tom. 30. in fol. ms., titul. *Commissiones*, ubi omnia, quæ ad visitationem, & reformationem Congregationis Lotharingicæ per Lucalbertum peractam attinent, fusissime continentur, ejus hac de re sequentes lucubrationes leguntur, nempè:

1 *Articuli prò bono regimine Congregationis Lotharingicæ propositi Illmo Legato*; sunt num. 22., incipiunt: *Ad Capitulum Generale &c.* desinunt: *Si utile judicaverint in illo Monasterio*. 2. *De modo regiminis ejusdem Congreg.* à pag. 526. usque ad 534. Incipit: *Regimen Congr., & est universale, quod totam Congr. respicit, & particulare, quod uni tantùm Monasterio præficitur*. Deest finis. 3. *Constitutiones prò salute Congregationis Lotharingicæ, & bono regimine ipsius*. Sunt num. 13., pag. 543. Incipiunt: *Nullus Prior ultra quinquennium in ea officia, ac dignitate perseverabit*. Desinunt: *Et hæc sanctè durent, quousque Congregatio adeò creverit, ut nostras in regimine Constitutiones exactè observare possint*. 4. *Declarationes præmissorum*, à pag. 544., usque ad 548. Incipiunt: *Quanto damno fuerit Prælatorum perpetuitas, multo nostro malo edocti sumus*. Desinit: *Prælatis, & Prioribus concedi, qui reformationem reciperent, & sua Monasteria reformata Congregationi unirent*. 5. *Declarationes articulorum*, qui supra sunt positi, pag. 592. ad 553. Incipiunt: *Nostra Congregatio prò iis, qui pluribus detinentur negotiis &c.* Desinunt: *Quæ omnia ego D. Laurentius Lucalberti Florentinus prò bono reformationis Monasteriorum D. Benedicti hujus Provinciæ Illmo Legato examinanda, corrigenda, probanda, & reprobanda proponebam*. 6. *Ritus, & Cæremoniæ Ecclesiæ servandi*, pag. 560., ad 565. 7. *Variæ Relationes*, seù ut in Indice scribitur, *Informationes*, prò eadem reformatione pag. 690. ad 766. 8. *Præcipua Congregationis, & Observantiæ Regularis Casinensis Capita Illmo, & Sermo D. Cardinali Lotharingiæ S. Sedis Apostolicæ à Latere Legato exhibita à D. Laurentio Lucalberti*, pag. 767., usque ad 772. 9. *De eadem reformatione Tractatus*, pag. 714., ad 723. Incipit „ Illmo, ac Rmo Legato.
„ Quod maximè cupit Celsitudo vestra, quod jubet SS. D. N. Paulus V., quod pii
„ omnes sperant, & desiderant, & in quo ego Celsitudinis vestræ Minister sum, li-
„ cet minimus, & indignus, illud est, ut Ordo D. Benedicti &c.„ desinit „ Cum
„ Serenissimis Principibus, Patre, & Fratribus perpetuò incolumes, & felices red-
„ dat „ Item Italicè 10. *Relazione dello Stato del Monastero Senonense in Lorena*, pag. 690. Incipit: „ Essendo Io D. Lorenzo Lucalberti Fiorentino Monaco
„ Casinense per ordine di Sua Beatitudine deputato nella Provincia di Lorena &c.
desinit „ Questo è quanto in parola di verità posso dire, e per fede ho scritta la
„ presente, conforme alla relazione datane in scritto à N. Signore, quando tornai
„ di Lorena. Data nella Badia di Fiorenza. 11. *Relazione di detta riforma data alla Santità di N. Signore Papa Paulo V.*, pag. 594., usque ad 701. Incipit
„ Essendo D. Lorenzo Fiorentino Monaco Casinense Umil. Serv. di V. B. stato deputato

„ putato per ordine suo nella Provincia di Lorena, per assistere alla riforma dell' „ Ordine di S. Benedetto in servizio dell' Illmo Cardinal di Lorena Legato suo in „ quelle parti, ed essendo per ubidire a V. B. stato per tale effetto in quei luoghi „ dieci mesi, cioè dal Novemb. 1605., sino a tutto il mese di Agosto 1606., e ri- „ trovatomi in tutte le Visite, Consulte, e Decreti fatti per tal riforma, del tutto „ son qui per darne relazione a V. B., toccando solo le cose più principali, e que- „ ste anco succintamente per non tediarla &c. „ desinit „ Gli domando con ogni „ umiltà la sua Santa, ed Apostolica Benedizione, per tornarmene alla mia solita „ ubidienza, ed abitazione della Badia di Fiorenza. 12. *Altra Relazione della medesima Visita, e riforma*, pag. 702., ad 711. Incipit: *Avendo N. S. &c.* desinit: *A ridurre quei Monaci all' Osservanza degl' Instituti Monastici*. 24. *Epistolæ* diversæ pro eadem reformatione, à pag. 776., usque ad pag. 779. nempè
1 *Illmo, & Rmo D. Carolo Cardinali, & Legato Lotharingiæ*. 2. *Rmo D. Viardino Illmi Cardinalis Legati Lotharingiæ Vices gerenti*. 3. *Rmo D. Abbati S. Agerici, D. Desiderio Saryor*, pag. 779. 4. *Plures Epistolæ variorum* ad eumdem *Lucalbertum* de eadem reformatione, à pag. 726., usq. ad pag. 792.

De eo, deque ejus in Lotharingiam missione agunt, Ant. Yepesius * in Chron. Generali Ord. S. Benedicti Hispanicè exarato, & à Martino Retheolis Monacho Congr. SS. Withoni, & Hydulphi Gallicè reddito, Tullique impresso, an. 1648. tom. 4. pag. 18., & subseq., ubi Laurentius noster *Magnus* etiam *Theologus* vocatur, *Grand' Theologien &c.* Jacobina Bouetta de Blemur Monialis Benedictina Smæ Trinitatis Cadomensis, * in *Année Benedictin, où les Vies des Saint de l' Ordre de Saint Benoist pour tous les jours de l'annèe* pag. 291., & subseqq. ad diem 14. Nov. in Elogio P. D. Desiderii de la Court, qui eam reformationem inchoavit, & mirè promovit. Plac. Pucc. in App. hist. de Ill. Abb. Florent. Viris c. 9. pag. 73. Et iterum in Chronico Abbat. Florent. pag. 158. his verbis. „ Questi fu uno de' più celebri, e primarj Literati dell' Italia, il quale colla sua „ dottrina, ed eloquenza ne riportò la palma in tutti li circoli publici con arguti, „ e sottilissimi argomenti; tolse la confusione alla mente de' Mercanti, e Banchieri „ in causa de' Cambj, e Ricambj, con additargli la vera decisione non più udita „ da loro nelle consulte fatte da i più sagaci, e periti Teologi, che ne meritò som- „ ma lode, e nelle sue opinioni non ammesse cosa, che sentisse d'audacia, nè d'adu- „ lazione, nè di fievolezza di servitù. Ebbe il dono della memoria, non leggendo „ libro, nè udendo Panegirico, o Predica, che non restassero impresse nella sua „ memoria, quasi eguale ad Anneo Seneca &c. Fatto ritorno in Italia (dalla Visi- „ ta Apostolica, e riforma dell'Abbadie di Lorena). per ricompensa di tanta fati- „ ga gli furono offerte dignità Ecclesiastiche, da esso con molta riverenza rifiuta- „ te, contentandosi menar la sua vita tra i libri &c. „ Extat quidem in Bibliotheca Abbat. Florent. liber ms. *de Cambiis, & Recambiis*, aliisque materiis moralibus, sed eum nullibi authoris nomen ostendat, an is Laurentii Lucalberti sit foetus, quamvis id probabile videatur, pro certo tamen asserere non possumus. Ejus per id temporis adhuc juvenis optimæ spei, ac indolis, studiisque humaniorum literarum, & variorum Idiomatum addictissimi, meminit Petrus Ricord. Hist. Monast. dial. 4. pag. 459. Denique Bern. Pez * in Bibliot. Benedictino-Mauriana edita anno 1716., in dissert. historica (quam Bibliothecæ præmisit) de Ortu, & Progressu Congr. S. Mauri cap. 4. sic de eo „ Literas Pauli V. 5. „ Kal. Octob. an. 1605. exaratas secum retulit Roderus ex Italia redux cum D. „ Laurentio Lucalberto Decano Casinensi, quem Pontifex Virodunum * mittebat, „ ut novam Congregationem Lotharingicam Casinensi conformaret „. In Necrologio Monachorum Abbatiæ Florent., pag. 65. dicitur Laurentius docuisse Philosophiam,

* Yepez

* De Caen in Normannia.

* Mölch in Austria.

* Verdün.

losophiam, & Sac. Theologiam, Florentiæ pluries, Parmæ, & Cavæ, Rethoricæ item artis optimus Professor vocatur, quippè qui Præceptorem habuit Euphrosinum Lapinum hujusce Facultatis, eo tempore, facilè Principem. Laudatur deinde a rara memoriæ felicitate, Hebraicæ, Græcæque linguæ peritia, & *in omnes disciplinas* lucubrationes inchoatas reliquisse narratur.

LAURENTIUS MARTINOZZI, nobilis stemmate, Senis ortus, Florentiæ apud S. Mariæ Monasterium nostris adjunctus est, an. 1625., die 17. Aug., Perusiæ verò Petrò Giliolo celeberrimo Professore Magistro usus, Philosophiæ studiis operam dedit, brevique ejusdem Scientiæ Magister ipse etiam evasit, eamque, sicut & Mathesim, Perusiæ, alibique nostris Monachis, aliisque tradidit, Florentiam reversus, in Theologum, & Examinatorem Synodalem, ut dicunt, à Laurentio della Robbia Episcopo Fesulano adscitus, à Ferdinando verò II. Magno Etruriæ Duce ad Mantuanum Dynastam missus, ob quædam plurimi momenti negotia expedienda, ibidem prò eodem Magno Duce, *Residentis*, ut vocant, Titulo aliquandiu mansit, ubique Prudentiæ, ac Doctrinæ laudem consequutus. Anno deindè Jubilæi 1650., sub Innocentio X., inter Apostolicos Sacramenti Pœnitentiæ Ministros in Basilica S. Pauli admissus fuit, quo munere egregiè expleto, à nostra Congr. Prior Ravennæ, deindè Abbatiæ Florentinæ administrator, & Abbas Ragusii renunciatus fuit. Demum ab Alexandro VII., anno 1656., die 10. Oct. juxtà Vghelli novam edit. Ven., at juxtà Lucenti, die 26. Octob. Ecclesiæ Ilicinensi * in Senensi Ditione præfectus fuit, ubi, postquam aliquot annos Pastorali sollecitudine commissis ovibus præfuisset, an. 1665., quinquagenario major in pace quievit, & in Ecclesia Cathedrali depositus fuit; ejus extat in Casinensi Bibl. Codex ms. sign. 645. cum hac inscriptione

* Vulgo Monte Alcino.

Anni 54.

Logica Aristotelis, Authore P. D. Laurentio à Senis in Monasterio S. Petri de Perusio Lectore anno 1633.

De eo Plac. Pucc. in Chron. Abbat. Florent. pag. 163., Dominicus Gallus Romanus in libello Sacr. Rituum, qui in reseratione Portæ S. Basilicæ S. Pauli observati sunt anno 1650.. Iterum nos etiam in Episcopis è Congr. Casin. assumptis, Julius Ambr. Lucenti in Ital. Sac. Restr. aucta &c. pag. 1361. col. 1. n. 15., ubi vocat eum Philosophum, & Theologum magni nominis, & Etruriæ Principibus in paucis charum. In Necrologio omnium Monachorum Abbatiæ Floren. pag. 93. laudatur tamquam plurium scientiarum clarus insignibus.

LAURENTIUS MASSOLUS nobilis Venetus, familiâ in præsens extinctâ, Filius unicus Laurentii Massoli, & Elisabettæ Quirinæ, in magno S. Benedicti propè Mantuam Cœnobio Monasticam Regulam professus est an. 1538. die 24. Junii, quo tempore eidem Monasterio Gregorius Cortesius magnus ille Vir, Abbatis munere defungebatur, qui raram Juvenis indolem conspicatus, eum optimarum scientiarum studiis diligentissimè instruendum curavit; quapropter insignis Philosophus, celebris Poeta, Latinâ, Græcâ, Etruscâ, aliisque linguis evasit, unde annos non minùs quadraginta earumdem scientiarum, ac Idiomatum palestræ constanter impendit, teste * Petro Ricordato. Virtutis proindè meritò Abbas creatus, studiorum rationem nihil admodum immutavit; Monasteriorum enim Regimini, Monachorum disciplinæ, & Musarum consuetudini abundè fecit satis, Obiit Mantuæ an. 1590. mense Febr., ea autem, quæ egregiè scripsit, sic prænotantur.

De quo supra.

* Hist. Monastic.

1. *Concordia Platonis, & Aristotelis*, edita circa annum 1550. 2. *Sonetti* 400. *in Firenze per Lorenzo Torrentino, o sia Porrentino Stampator Ducale an.* 1564., *divisi in due Libri*, 3. *Rime morali di M. Pietro Massolo Gentiluomo Veneziano, ora D. Lorenzo Monaco Casinense, divise in* 4. *Libri*, *col Commento di M.*

Fran-

Francesco Sansovino, e con 4. Tavole, il dei Sonetti, come anche delle Materie in essi contenute, e delle Persone, alle quali sono scritti dal Poeta diversi Sonetti: In Venezia appresso Gio: Antonio Rapazzetto l'anno 1583. in 4. 4. Methodus Historiarum conscribendarum. 5. De Victoria ad Echinadas Insulas reportata.

Agunt de Laurentio Massolo laudatus Pet. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 462. qui tanquam de vivente eodem tempore, an. nempe 1575., quo Historiam suam evulgavit, eum nova semper opera scribere testatur &c. Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. pag. 433., & seq. Supralaudatus Franciscus Sansovinus in Descriptione Venetiarum, a Jo: Stringa ampliata, pag. 272. à tergo, & pag. 61. Hieronymus Ghilinus vol. 2. Theat. Vir. Ill. pag. 184., ubi ejus ingenium, tam in amœnioribus, quam in gravioribus literis egregiè commendat, ejusque opera à Viris doctis ob variam eruditionem, stylique præstantiam plurimi fieri asserit; Sed quâ ratione subjungat, suis operibus publicam lucem dare Laurentium non potuisse ob supervenientem mortem, quâ inquam, ratione id dicat, non video, nam Concordia Platonis edita fuit an. 1550. quadraginta proindè ante ejus obitum annos, (anno enim 1590. Mantuæ decessit), tum Italica Epigrammata, anno 1564., Rithmi morales anno 1583., eo quidem vivente. Augustinus Superbi, in libro, cui Titulus, *Trionfo glorioso d'Heroi Veneti illustri in lettere*, impress. Venetiis, anno 1629. per Evangelistam Deuchinum, pag. 25. In ejus laudem legitur Græca Elogia Titi Prosperi Martinengii, in lib. divers. Poemat. pag. 233. ubi in titulo vocatur *Poeta celeberrimus*. Jo: Cin. Bibl. Volant. pluteo..... pag. 174. ejus meminit, & novissimè Jo: Marius Crescimb. Comment. in suam de vulgari Poesi Historiam, tom. 4. pag. 76., & tom. 5., pag. 80. In nostris denique Regestis mss. sic de eo dicitur: *Abbas; multa doctè scripsit*.

Juvat autem hic adnectere Epistolam amoris plenissimam, ad Massolum scriptam à Petro Cardinali Bembo, qui Laurentium ob arctam cum ejus Parentibus necessitudinem, bonamque optimæ frugis spem, quam de illo conceperat, uti Filium semper dilexit, ac eumdem Gregorio Cortesio, ab ipso Tyrocinii tempore, enixè commendavit, ut videre est in aliis Bembi ad eumdem Gregorium Epistolis. Hæc autem ad Laurentium data Venetiis, anno 1543., dum ille in Mantuano Cœnobio Monachum ageret, quæ legitur ultimo loco in libro Epistolarum, quas Italica lingua Bembus conscripsit, sic de eo habet. „ Essendo „ venuto qui il P. Presidente, domandatolo io dello stato, e degli studii vostri, ho „ inteso tutto quello, che io desideravo intendere; di che ho presa molta consola- „ zione, e spero, che per la continua opera, e diligenza, che ponete nelle buone „ lettere, & Latine, & Greche, ed nelle Discipline, vi siate per fare in breve gra- „ to, e caro, non solamente alla Congregazione vostra, che è così bella, e gran- „ de, alla quale però già intendo, che sete *in omnium oculis*, ma al Mondo Cristia- „ no tutto, che ha bisogno, piuchè giammai, come vedete, di buoni, e dotti di- „ fensori. Dunque sarete contento di seguire constantemente in oprar quello, che „ tuttavia oprate, sperando, che & da nostro Signore Iddio, il quale non abban- „ dona i buoni, & dagli huomini, che amano la virtù, & la dottrina, sarete abon- „ devolmente guiderdonato delle fatiche vostre, & della pazienza, che usate „ in esse &c.

LAURENTIUS MORESCHI Placentinus, Professus S. Sixti Placentiæ factus, an. 1606., die 2. Julii, ac deinde ejusdem Monasterii Cellerarius, & Decanus; Vir fuit æquè doctus, ac probus, & tam in Philosophicis, quam in OEconomicis rebus excellens, in morali disciplina non parùm uersatus, Sacræ denique Theologiæ, & Canonum Doctor, qui, cum optimis studiis simul, ac Cœnobii bonis administrandis sedulò incumberet, (quarum occupationum nexus

xus non adeò facilis cuique est) immaturo fato decessit, ætatis an. 35. eo prorsus tempore, quo haud inanis omnibus spes affulserat, cum si diutius vixisset, ingenii sui nobiliores fœtus, & illustriora virtutum exempla in dies editurum fuisse; reliquit:

1. *De Confessore librum in* 4., in quo omnia, quæ Confessarius scire debet, solidè, & cum insigni Theologiæ, & Sacrorum Canonum doctrinâ, validisque fundamentis tractantur. 2. *De Pœnitentiæ virtute, Tractatum primum. De Pœnitentiæ Sacramento Tractatum* 2. 3. *Tractatum de Mari, & de Aqua*, valdè eruditum, & curiosum, ac selectis quæstionibus adornatum; extant omnia hæc mss. duobus libris comprehensa in Biblior. ejusdem Mon: S. Sixti, ubi etiam ejus effigies in Tabula depicta, à me visa anno 1709.

LAURENTIUS à Vincentia, in Cœnobio SS. Felicis, & Fortunati ejusdem Vrbis Monachatum Professus, anno 1502., die 13. Dec. primus omnium edendum curavit

Chronicon Casinense Leonis Ostiensis, Venetiis per Lazzarum de Soardis, die 21. Martii, an. 1513., ad cujus calcem adjecit Pontificum, Cæsarumque varia Diplomata rem Casinensem concernentia.

Adversus eum in Bibl. Critica Dñi de Sainjore edita Gallicè Parisiis an. 1708. cap.7.pag.500. multa dicuntur, nomine tamen Gabrielis Naudæi Canonicorum Regularium Propugnatoris, qui plures Literarias de Historia, & rebus Monasticis concertationes cum Monachis Benedictinis habuit, atque inter falsitates, quas Benedictinis affingit, recenset Collectionem hanc Privilegiorum à Laurentio Vicentino adornatam, perindè, ac si nihil, nisi falsum, & suppositititum contineret, quod utique Naudæus asserit, fretus auctoritate Antonii Gallonii è Congregatione Romani Oratorii, qui in Apologia Romæ edita anno 1604. prò defendenda opinione Cardinalis Baronii contrà Monachatum Benedictinum S. Gregorii Magni, acritèr arguit, carpitque Laurentium, quod in Privilegio Donationis Tertulli Monasterio Casinensi factæ pro *decem, & octo Curtes*, ut habet Leo Ostiensis l. 1. c. 1., ipse Laurentius scripserit *decem, & octo Civitates*, ex quo infert Gallonius, unaque eum eo Naudæus*, omnia in eo libro falsa, & suppositítia esse * Sed animadvertendum est in donatione Tertulli à Laurentio exhibita pag. 196. à tergo, non *decem, & octo Civitates*, sed *Curtes* tantummodo nominari his prorsus verbis „ Concedo tibi in perpetuum Patri Patrum Benedi- „ cto, & tuis Successoribus in Casini Cœnobio Sancti Baptistæ Joannis degentibus, „ omnes patrimonii mei *Curtes*, quæ esse videntur in Sicilia; & deinde eædem Curtes juxta varias Siciliæ Civitates, & Loca constitutæ describuntur. At verò in divali Sacra Flavii Justiniani Augusti ab eodem allata pag. 205., ubi eadem Tertulli donatio confirmatur, Civitates non quidem XVIII., sed XXXII. Casinensi Monast. in Italia oblatæ nominatim exprimuntur, quarum nomina à Laurentio addita minime crediderim, ab aliquo vero allo apposita, vel ab ipso Justiniano postea donatas, affirmare non ausim, eum inferius, pag. scilicet 206. preter alias Civitates, Curtes etiam à Tertullo concessæ nominentur, & confirmentur.

Neque in examen adducam (cum id non sit hujus loci, nec mei instituti) Justinianæi diplomatis, aut sinceritatem, aut intelligentiam; an videlicet præfatæ Civitates supremo, vel tantum directo, vel etiam spirituali dumtaxat jure Casin. Monast. aliquando subditæ fuerint; Sane Zacharias, Vrbanus II. Calixtus II., & Innocentius III. Romani Pontifices in suis Diplomatibus à * Margarino allatis, plures Ecclesias, Curtes, & Possessiones in iisdem Civitatibus sitas, præter innumeras alias in tota Italia, Casin. Archisterio subjectas memorant; Fundis nimirum, Neapoli, Cajetæ, Soræ, Venafri, Sessæ, Theani, Hiserniæ, Aqui-

* Litem huic nō absimilem excitavit hoc ineunte sæculo in Galliis Germonius S. I., at è vestigio Monachorum sinceritatem, ejusque criminationes luculenter demonstrarūt Justus Fontanin. Vindic. Diplomat., Author. Epistol. Italic. *Lettera di un Cavalier Erudit. &c.*, & fusiùs P. Constantius è Congreg. Sancti Mauri.

* Bullar. Casin. tom. 1. Constit. 3. 11., & 23.

Aquini, in Tremiti, ideft Infulis Diomedis maris Adriatici, una cum ipfis Infulis, & portu Trajectenfi, & Vulturnenfi, & tota Pifcaria Lefiuenfi, ut nihil de Civitate Terracinenfi, in Latio ab Alexandro IV. Pontifice, & Oppido Citrario in Calabria (quod hactenus noftrum eft) à Sigelgaita, & Rogerio Ducibus, eidem Cafin. Cœnobio conceffis, dicam.

At vero aliis Ordinis noftri Monafteriis, multiplicatis utique fuper numerum, quot, & quanta, bone Deus! ubique terrar. in Italia præfertim, Germania, (1) & Anglia, à Principibus Viris olim donata funt? tot fanè, ut Jo: Trithemius (2) jure, ac merito fcribere potuerit, *Si omnes poffeffiones Ordini noftro manerent, futurum fine dubio, ut tertiam Orbis* (Chriftiani) *partem poffideret*; quamobrem Galliarum ille Rex folebat dicere, S. Maurum à D. P. Benedicto eò miffum plura Breviario fuo ibidem aquifiviffe, quam Regum quifpiam gladio. Quinimo Cœnobiorum Ordinis noftri occafione, & Monachor. induftriâ nobiliores, amplioresq; nedum totius Germaniæ, (3) fed Norvegiæ etiam, Poloniæ, ac Rufsiæ Urbes, originem, & incrementum habuiffe graviffimi referunt Scriptores, (4) Argentoratum, Salisburgum, Wormatiam, Spiram, Moguntiacum, Monafterium, Efcafufam, Sanctum Gallum, Wifimburgum, Sechingam, Fuldam, Amerbachium, Campedonam, Blambeurenium, totque alias, ut Thomas Bozius (5) Urbes non minus bifcentũ in fola Germaniâ à Monachis fundatas enumeret.

Conftat etiam Ordinis Benedictini majeftas, ac temporalis etiam potentiæ amplitudo ex ipfis reliquiis, quæ etiam num apud varia Monafteria tum in Italia, tum potiffimum in Germania fuperfunt, maximi videlicet Corporis, licet difciffi, ac difperfi, magna adhuc membra, ex quibus ejus, penè dixerim, immenfitatem, veluti ex ungue Leonem metiri queas: Ego autem bonorũ, ac fplendoris haud parum, ob rerum viciffitudines, ipfis etiam Regnis, ac Imperiis communes, aliifque de caufis cuilibet in Hiftoriis mediocriter verfato fatis notis, Ordo nofter amiferit, fi tamen ea omnia, quæ hodieque à Commendatariis, Epifcopis, Seminariis, Collegiis, Ordinibus Militaribus, ipfis etiam Hæreticis, poffidentur, præter ea, quæ omnino peffum ierunt, quæ olim Benedictini juris fuerant, animo quis perpendat, fupra fidem Tertulli, Juftiniani, aliorumque Principum donationes, ei minime videbuntur: At vero etfi donationes illę apocriphæ, vel corruptæ, vel interpolatæ fuiffent, vel etiam illa editio à mss. genuinis Codicibus in multis difcreparet, non ideo tamen rectè inde inferretur, omnia in eo libro contenta falfa effe, multóque minùs veram, & incuffam eruditiffimi alioquin Ecclefiafticę Hiftorię parentis eam affertionem, ut tot (6) viri doctiffimi invictis planè rationibus demonftrarunt; Vide fupra, quæ de eodem Laurentio diximus part. 1. pag. 225. lin. 12. in Hilarione Veronenfi.

LEO, cognomine MATINA, patria Neapolitanus, in Monafterio SS. Trinitatis Cavenfis Monafticæ militiæ rudimenta pofuit, an. 1628., die 30. Nov. Sacris, humanifque literis valdè excelluit, præfertim in Elogiis confcribendis, quæ ftudia illius temporis genio, ac ufui plurimum arridebant. Electus à Veneta Republica in Patavino Gymnafio Sacræ Scripturæ primarius Interpres, ut erat facundiffimo eloquio, pluribufque naturæ, & artis leporibus mirè ornato, prompto, argutoquè ingenio, ac multiplici eruditione confpicuus, plures annos celebris doctrinæ famâ, & Venetæ nobilitatis benevolentiâ, ac amore potitus fuit, à qua etfi Advena, Venetæ nihilominus Civitatis jure dignatus eft, à noftra etiam Congr. Abbatis titulo cohoneftatus; in magna omnium exiftimatione vixit ufque ad an. 1678., quo Patavii in S. Juftinæ Monafterio, mortales exuvias depofuit, die 11. Febr., variis relictis literariis monumentis, hifce titulis diftinctis

(1) Vid. Monaft. Anglic. M. Ant. Scip. *Vera Ragion' di Stato*, Piacentiæ 1650. apud Io: Bazachium.

(2) De Vir. Illuft. Ord. S. Ben. l. 1. c. 1.

(3) Beatus Rhenanus de Pietate Frācor. lib. 2.

(4) Sebaftian. Munfterius Geographus lib. 3.

(5) De fignis Eccl. cap. 5. & 26.

(6) Vide-fis Doctifs. Mabillon. differ. in calc. Tom. 1. Añal. Ord. S. Benedict.

1 *Vnguis Elogiorum D. Leonis Matinæ Parthenopæi, Monachi Casinatis, Academici Otiosi, & Affidati*; Ticini Regii apud Andream Magrium an. 1645. in 4. Quem librum in lucem emittendum curavit, inscio auctore, *Comes Andreas Cambarana*, Vir optimè de literis meritus, & auctoris amicus intimus.

2 *L' Angelo; Orazione detta ne i publici applausi fatti dagli Accademici Erranti di Brescia, nella venuta dell' Illustr., ed Eccell. Sig. Cav. Angelo Cornaro Podestà di Brescia, in Brescia l' an. 1649. presso Policreto Turlini*.

3 *Ducalis Regiæ Lararium*, sive, *Seren. Reip. Venetæ Principum omnium Icones, & Elogia* Patavii 1659. typis Hertzianis in fol. quod opus Octavius Boldonus, tanquam Elogiographorum Archetypon proponit in sua *Epigraphica*, *sive Elogiaca*, *Inscriptionesque pangendi ratione*, Perusiæ 1660., in Indice 4. memoriali, pag. 797. his verbis „ Matina (Leo) Elogiastes, imitandus in genere laudativo, materiâ gravi, ad finem ferium, Elogiis maxime in Duces Venetos. „ Ad calcem, *octo* alia subjecit *Elogia* in laudem ejusdem Reipublicæ, operumque publicorum, ac Victoriarum; ex his primum, quod in laudem Reipublicæ, Vrbisque Venetæ scripsit, eruditi ejus temporis, qui id genus scriptionibus plurimùm delectabantur, marmore, aureisque literis dignum existimarunt.

4 *Declamationes* habitæ *in Patavino Licæo sub auspiciis studiorum*, Venetiis typis Combi, e la Noù an. 1669., & Patavii apud Pasquatum.

5 *Elogia Heroum*, idest, *Sanctorum Pontificum*, *Cæsarum*, *Regum*, *Principum*, *Cardinalium*, *Divum*, *Heroumque Musæum &c.* Patavii, anno 1674., Typis Petri Mariæ. Frambotti, in fol.

6 *Dissertationes in libros Regum habitæ in Patavino Gymnasio*, Oratoribus, Concionatoribus, & Vrbanioris Literaturæ studiosis fortasse non pœnitendæ, Celsiss. Sermoque Principi Jo: Friderico Brunsvvici, & Luneburgi Duci nuncupatæ: *Tomus primus* Patavii, anno 1675., Typis Jo: Bapt. Pasquati, in 4. Quæ duo opera, tanquam valdè erudita, ac utilia referuntur, & laudantur ab Auctoribus Ephemer. Liter. Ital. anni ,... fol. 186. n. 12.

7 *Il Ballo*; *Discorso Accademico*; Venetiis impressus, in 16., an. 1669., Typis Cestare, 8, Reliquisse etiam quædam inedita, inter quæ *Panegyricorum librum*, literis ad me datis 22. Nov. 1720. testatus est P. D. Marinus Albritius Cavensi Archivo Præfectus. Ejus etiam est subsequens *Elogium*, Patavii positum sub signo Lucretiæ de Dondis Heroinæ, ob pudicitiam servandam, ab nefario Castitatis Prædone noctù interfectæ, ut refert Leonellus Crocecalle in Hist. Abbatum S. Justinæ ms. apud me pag. 315. à tergo,

D. O. M.

Hospes Venerare pudicitiæ Simulacrum, & Victimam Lucretiam de Dondis ab Horologio, Pii Æneæ de Obicibus Orciani Marchionis Vxorem. Hæc inter noctis tenebras Maritales asserens Tædas, Furiales recentis Tarquinii faces Casto cruore extinxit. Tantæ suæ Heroinæ generosis Manibus Civitas Patavina posuit Decreto dici. Meminerunt Leonis Matina Phil. Labbe, Bibl. Bibl., pag. 244., ubi Lararium, & Vnguem Elogiorum refert. Ant. Theisser in Catal. Auctorum, qui libr. Catal. scripserunt part. 1., pag. 217., Nicol. Toppius in Bibl. Neap. pag. 181., & 364., & pag. 188., & in additionibus pag. 342. col. 2. Bern. Pez in Catal. Scriptor. Ord. nostri ab an. 1600., quem Epistola X. Apolog. texit, pag. 239. In nostris Regestis pag. 229. in margine dicitur: *Abbas Titularis ex Decano: Sac. Script. Celeberrimus Lector in Gymnasio Patavino*.

Novissime Nicol. Comnenus Papad. in Hist. Gymnasii Patav. edita Venetiis anno 1726. tom. 1. l. 2. c. 23. n. 3. ubi Elogiorum ejus Ducum Venetorum *unum pretium esse*, ait ex *appictis Principum imaginibus*; iterumque pag. 373. cap.

cap. 23. n. 149. ubi Sac. Scripturæ sedem acutissimis interpretationibus, & præfationibus eloquentiss. illustrasse eum fatetur, ejusque opus notissimum, esse *Principum Venetorum Elogia* asserit, *& Declamationes*, sed ejus stylum, ubique *asperum, retorridum*, & subobscurum vocat: Ita nimirum in demortuum Leonem censoriam virgam excersens. At prælaudatus Comes Andreas Gambara in præfatione *Unguis* Elogiorum, sic de Leone Matina loquitur: „ Pervasit dudum florentiss. Italiæ Urbes nomen P. D. Leonis Matinæ, verùm, & ad transmarinas Regiones pereruditi atramenti mare navigavit. Humanissimus Vir, inter cætera amoris erga me sui argumenta, plurimas, tùm Etrusco, tùm Latino sermone lucubrationes meæ fidei commisit, quas, cum famelico perlegissem oculo, pœne in amicum excandui, quod florentiss. bonarum literarum ætati, tàm elegantia, tàm peracuta argumenta subduceret. Statui igitur typis tradere perpauca Elogia, ex quibus quasi ex ungue Leo appareret, daturus fortasse dulciora, si tui Intellectus palatui hæc non erunt injucunda &c.

Marchio quoque Sforzia de Brippio in Larärium Leonis Matinæ perelegantem scripsit Oden, impressam in fronte ejusdem Lararii, ex qua tantùm paucas strophas hic exhibendas duxi.

Transcripta terris Sydera splendidè
Crinita flammis mirer, an orbibus
Inserta Sphærarum hospitantur
Sydereo juga verna mundo?
Viden beata, ut vertice fulgeret
Illustrè Sydus? quis juga candidus
Matina splendor, & superbè
Ambitio radiosa flammæ.
Accendit? & longè infra;

Quid mirer oris delicias tui
Suadæ medullæ, mellis cuntia
Fluenta linguæ, atque Forti
Nectareos memorem sapores.
Vatum mamillam? Hac scilicet indole
Leo Matinus *non per amantia*
Spelæa Sylvarum, asperasti
Sanguineos per & arma mores. &c.
quæ adhuc multa sunt.

LEO PAVONIUS, Tuderti in Umbria natus, Perusiæ in Monasterio S. Petri cucullum induit, anno 1603., die 11. Apr., cujus pariter Cœnobii postea Abbas fuit, sicut etiam S. Eugenii Senarum, & S. Mariæ Farfensis anno 1630., demumque S. Mariæ Miraculorum Andriæ in Appulia; quo in munere obiit Neapoli. Scripsit magna quædam volumina, quæ mss. extant in Bibl. ejusdem Monasterii Perusini à me ibidem visa, nempè Italicè

1 *Cronica del Monastero di Peruggia, dove si registrano tutti gli Abbati di detto Monastero, e le cose accadute.* In fol. Latinè autem.

2 *Bibliotheca Apparatus Catholicus, Historicus, Philosophicus, scientiarum floribus, Apum ingenio melle refertus, ad publicum moralis Lecturæ munus accomodatus*, in quo studiosorum labori in volutandis libris, per Auctorum Summulas è suis originalibus æquè provisum, materiarum omnium Divinarum, Ecclesiasticarum, Historicarum, Humanarum, Prophanarum, ad Theologos, Jurisconsultos, Historicos, Philosophos, Medicos, Mathematicos, Ethicos, Rethores, Oratores, Grammaticos, Concionatores, & Academicos quosque directum opus; ità ut omnium scientiarum Encyclopedia vocari possit, tom. 2. in fol. mss. in quorum primo agitur. *De Creatione, & Origine Mundi*, libris v. *De Origine nascentis Ecclesiæ, & progressu. De Christi glorificatione, & Apostolorum prædicatione. De Antichristo, & Innovatione Mundi* lib. IV. Additur *Auctarium* ejusdem *primi tomi*, lib. I.

Secundus tomus habet: *Ecclesiæ militantis Acta*, idest *de Conciliis, & Summis Pontificibus; de Sacramenta, de Schismate*, lib. I. *De Populi suprema dignitate, de Cardinalibus, Episcopis, de Conclavi, Canonibus Pœnitentialibus, Indulgentiarum Thesauro &c.* lib. I. 3. *Miscellaneorum*, lib. in fol. mss. Item

 4. En-

4 *Encyclopedia*, sivè, *Bibliothecæ Theatrum Catholicum &c. Reverendissimis Abbatibus Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis* directum an. 1654., tomi duo in fol., in quorum primo *de Veteri*, in secundo *de Novo* agitur *Testamento*: Opera immensi laboris, summæ eruditionis, utilitatis maximæ, si castigata (ut mens erat Authoris) in lucem emitterentur. Præterea, annô 1723., Senis cum essem Abbas, in Abbatis domicilio vidi Librum à Leone Pavonio compositum, cum hoc titulo

5 *Catastro di tutte le Terre, Stabili, e Case spettanti alla proprietà del Monastero di S. Eugenio, Abbazia de' Monaci Casinensi della Città di Siena, con le figure delle Case de' Mezzajoli, e moderni Confini: formato dal Revmo. P. D. Leone Pavonio di Todi, Abbate l' anno 1649. con tutta la proprietà della Badia all' Isola, Chiese, Canoni, e Censi. In Siena 1649. appresso il Bonetti nella Stamparia del Publico* in fol, majori pagg. 55.

LEONARDUS DE BORGIANNIS, nobili genere, Florentiæ ortus, ibidem apud S. Mariæ Cœnobium Monasticæ Regulæ jugum subiis, an. 1537., die 17. Apr. Hic Græcis, Latinis, ac Hebraicis literis, nec non Poeticâ arte, & Sac. Canonum scientia, perquàm eruditus describitur à Plac. Pucc. in App. Sac. de Viris Ill. Abbat. Florent. cap. 9. pag. 69., ut inquit *Præclara, quæ Posteris reliquit scripta testantur*; sed quænam sint ea scripta, neque ipse indicat, neque nos hactenus scire potuimus, quamvis idem Pucc. in Chron. Abbat. Florent. ubi iterum de eo loquitur pag. 143., unicam hanc ejus lucubrationem exprimat.

In Laudem, scilicet, *Beatiss. Virginis Mariæ*, additque pluries eum ab Antonio Altoviti Archiepiscopo Florentino fuisse electum Visitatorem, & Confessarium Monialium, denique obiisse plane nonagenarium, citatque de eo agentem Fortunatum Scholam.

Eum Petr. Ric. Interloquutorem instituit suæ Monasticæ Hist. ut patet ex ejusdem Hist. par. 1. pag. 4. Nos verò supra pag. 306. recensuimus Laurentium Borgianni pariter Florent. Leonardo juniorem, forsitan ejus fratris, vel Avi filium.

LEONARDUS A PERUSIA, in D. Petri Cœnobio Urbis ejusdem, Monachis nostris adscriptus, anno 1536. die 13. Junii, poeticâ facultate, eâ tamen sacrâ, celebris est habitus circa annum 1550., ferturque multa quidèm scripsisse metricè, tùm Latinâ, tùm Etruscâ linguâ, inter quæ

1 *Elegiarum de Christo Domino, & Sanctissima Deipara*; lib. 3. 2 *De Renovatione Ordinis Monastici*, Eroico carmine, lib. 1., qui mss. extabant Romæ in Bibl. Abb. D. Constan. Cajet. teste Arn. Wion, qui ejus mentionem facit Lig. Vit. l. 2. c. 17. pag. 474. Agunt etiam de eo Hipp. Marr. in Bibl. Mariana, par. 2., pag. 35., ubi eum vocat Virum in omnibus artium disciplinis, sed in poetica præsertim facultate in primis excellentem; quamvis error ibi, ut credi debet, Typographi, Arnoldi lib. 1. pro 2. citantis, irrepserit. Ludov. Jacob. de Script. Vmbriæ, par. 3., August. Oldoin. in Athen. Augusto, pag. 209. In nostris Regestis dicitur *Optimus Poeta, plura scripsit*.

LEONELLVS CROCECALLE, patriâ Bellunensis, S. Justinæ Patavinæ Professus factus, anno 1655., die 10. Apr., & postea Decanus, Sac. Theologiæ Doctor Collegiatus, Concionator egregius, ac in pronunciando miræ venustatis, ac leporis, scripsit

1 *La preda fortunata, ovvero la Vita di S. Theotista Vergine Greca*; in Padova l' anno 1676. Scripsit etiam alud opus longè majoris momenti, ac molis, cui titulum dedit

2 *Gli Abbati di S. Giustina di Padova descritti dal P. D. Lionello Crocecalle Monaco Casinense*. Est opus ms. in fol. pagg. integr. 368. (quod habeo apud me) dica-

dicatum ab eo *Aloysio Silvatico S. Justinæ Abbati* an. 1702. In quo opere Leonellus, ut ipsemet explicat in Præfatione ad Lectorem, celeberrimi illius Cœnobii Historias, Italica lingua sibi describendas suscepit, Jacobi quidem Cavaccii vestigiis insistens, sed non ita tamen, ut eum de verbo ad verbum transferat, sed alia multa quoque addat, & de suo inserat. Imò centum, & eo amplius annorum Historias ab an. scilicet 1592., ubi Cavaccius desiit, usque ad an. 1702., Leonellus adjecit, pleraque etiam ipse, ut olim Cavaccius, haud inutilia Parerga, & Episodia, & opportunas digressiones præcipuorum per Europam eventuum intermiscens, prudenti judicio usus, quæ utique nova Historia Cavaccianæ addita integris pagg. 110, à pag. nempè 258., usque ad pag. 368., penitùs continetur, totùmque opus libris 9. distinguitur. Fatetur tamen Leonellus, multa se in hoc opere mutuasse ex Adversariis D. Maximi Gervasii Bellunensis Abbatis, qui eidem S. Justinæ Monasterio duabus vicibus præfuit, anno videlicet 1679., usque ad 1684.; & an. 1690., usque ad 1695.; qui, ut in eadem Præfat. dicitur, plurimas Notitias, oblivione prorsus indignas, in eumdem finem collegit, sed quas ob decrepitam ætatem, & regiminis curas, nec satis ordinare, nec emendare, nec expolire potuerit. Scripsit autem Leonellus, meo judicio, optimo stylo, dilucido, veridico, & eleganti, de quo Leonellum ipsum audire juvat in fine suæ præfationis ad Lectorem: „ Quanto allo stile egli sarà semplice, e però „ accommodato anche alla capacità de' più deboli. Non v' ha pericolo, che da „ tutti non sia inteso, e compreso. Tale ho sempre stimato, che deggia essere lo „ stile dell' Historia, i cui racconti hanno per fine l'ammaestrare, e non affaticare „ la mente di chi legge. Non sarà però tanto basso, che puzzi di viltà; se non arriverà sino alle stelle, non si profonderà nemeno agl'abissi. Ma qualunque „ egli sia, se voi non potete approvarlo per giustizia, compatitelo per benignità, e vivete felice.

LUCAS BERNARDUS Brixiensis, in eodem Monasterio S. Justinæ Patavii regularem professionem emisit, an. 1495., die 15. Aug., claruit Græcæ, Latinæque linguæ præstanti doctrinâ, ac ferventissimo studio; nam in Latinum sermonem transtulit, & quidem egregie

Homilia octoginta D. Jo: Chrysostomi, quæ impressæ sunt Basileæ Rauracorum, anno 1508., tomis duobus in fol.

Meminerunt ejus Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 71. pag. 434., Gabr. Bucel. Bened. Rediv., ad an. 1502. Leon. Cozz. Bibl. Brix. p. 2. pag. 278., qui tamen Monachum eum fuisse omnino silet. Petrus Baroccius Episcopus Patavinus, ad calcem tomi quarti operum S. Jo: Chrysostomi editionis Frobemianæ, anni 1590. in fol., ubi laudat hanc Lucæ Bernardi translationem. In nostris Regestis dicitur *Græcæ Linguæ Peritissimus*.

LUCAS BRIXIA in S. Eugenii Senarum Cœnobio nostris adscriptus, Sæculo XVI. exeunte, Scripsit

Origine, & fondazione del Monistero di S. Eugenio, & sua dotazione, & della Badia Isola. Con la nota, & descrizione delli beni Stabili, che al presente possiede, fatta dal Padre D. Luca di Brescia, professo di detto Monistero l' anno 1606. Extat ms. in Archivo ejusdem Monasterii S. Eugenii.

LUCAS GULIELMUS Patavinus, an. 1541. apud eamdem S. Justinam Benedictinæ familiæ sociatus, floruit Sacrarum Literarum haud mediocri peritiâ, qui, dum anno 1586. moraretur in Insula, ac Monasterio Liricensi, scripsit satis doctè

Brevem, facilem, & piam Hymnorum expositionem, juxta dispositionem Breviarii Monache. Ord. S. P. Benedicti. Incip. Prologus *Quia optimo fine proposita*, lib. in 4., extat in Bibl. S. Justinæ ms.

LUCIANUS, MANTUANUS dictus, sed reverà à Goito Oppido propè Mantuam, familia de Othonibus, inter D. Benedicti de Padolyrone Ascetas admissus, an. 1507., die 5. Sept. & postea Abbas S. Mariæ Pomposiæ, quæ est pagus, & Abbatia in Æmilia, in ora maris Adriatici, & fin. Ravennatum, inter Comaclum, & Hadriam, in ditione Ferrariensi, celebris fuit Græcæ linguæ singulari peritiâ, atque in Græcorum Patrum doctrinâ apprimè versatus, quem impensè laudat Isidorus Clarius in lib. Epistolarum nuper Mutinæ impresso pag. 79., cum *Tantum Virum, ac Magistrum suum* vocare non veritus. Interfuit Tridentino Concilio, nam in lib. cui titulus: *Generale Concilium Tridentinum continens omnia, quæ ab initio hucusque ad finem in eo gesta sunt,* impresso Venetiis *ad signum Spei*, anno 1552., in 4., In Serie Abbatum Congr. Casin. Ord. S. Ben. primus collocatur: *Lucianus Mantuanus*, deinde *Isidorus Brixiensis*, *&* *Chrysostomus Neapolitanus*, quod ipsum clariùs refert Philippus Labbe, tom. 14. in Conc. Trid. sess. 6. anni 1547. col. 772. sic; *Abbates.. Rev. Dominus Lucianus de Othonibus Abbas Pomposiæ Ferrariensis, Mantuanus*, qui etiam interfuit sess. 7. & 8. eodem anno celebratis, ut ibidem col. 775., & 786. Hic ergo Lucianus de Græco in Latinum sermonem convertit

‡ *Commentaria D. Joi Chrysostomi in Epistolam D. Pauli Apostoli ad Romanos*, quibus adjecit 2. *Defensionem contrà eos, qui Chrysostomum divinam extenuasse gratiam, arbitriique libertatem extulisse accusant*, impress. Brixiæ, anno 1533. Cujus libri meminit Gesnerius in sua Bibl., & Simlerius in compendio ejusdem Bibl. Gesnerianæ à se absoluto anno 1555. Hic tamen Luciani liber in Indicem librorum prohibitor. relatus fuit, ut etiam memorant Auton. Poss. in App. Sac. tom. 2. pag. 34., & Syxtus Senensis Bibl. Sanct. lib. 6. pag. 312. editionis Lugdunensis, anni 1593., ubi satis acritèr contra Lucianum invehitur, uti Scholasticæ Theologiæ prorsùs ignarum, ob idque Scholasticorum Theologorum apertum, & declaratum hostem eum appellans.

Verum enim vero minime Luciano defuerunt cùm ejusdem tùm etiam posterioris ævi defensores, magnique nominis Patroni, quos inter Cardinalis Sadoletus, qui quanti Lucianum faceret cumulate ostendit in Epistola ad Isidorum Clarium an. 1545., in cujus calce sic legitur. *Lucianum Sodalem, & Contubernalem tuum vidi Ferrariæ, sumque cum eo bis collocutus, & quantum brevi illo tempore judicare potui, ejus excellens ingenium, singularemque doctrinam summopere probavi.* & in alia Epistola ad eumdem Isidorum anno 1546. *De Prædestinatione quid sentiam, & quam cum Luciano meo mens consentiat, ex hoc quoque lib.* (de peccato originali) *poteris habere compertum*, Quem librum Sadoletus ad Isidorum mittebat, ut ejus, nec non *Luciani*, & Chrysostomi Monachi (is est Chrysostomus à S. Gemiliano, de quo supra) sententiam de eodem libro exquireret. Pro Luciano item stetere Cardinalis Contarenus, Matthæus Guibertus Episcopus Veronen., aliique benemulti ingenio, & eruditione præstantes Itali, quor. Catalogum texit Richardus Simon Bibl.Crit. quę sub nomine, Dñi de Sainjore Parisiis prodiit an. 1700. cap. 24. pag. 311., ubi etiam totis viribus conatur Lucianum defendere, & ab impugnationibus Sixti Senensis eum vindicare, sed ejus, aliorumque omnium Luciani defensorum judicium nihili omninò faciendum est, ex quo Romana Ecclesia veritatis magistra, Luciani librum Catholicis interdixit, Franciscus Arisius Cremon. Liter. t. 2. pag. 166. ad annum 1541. lin. 5. & seq. refert, M. Paulum Tarteſium Cremon. in Oratione Funebri Cremonæ habita, & ibi typis tradita anno 1558. pro Ioanne Bapt. Speciano, inter alia scribere „ Testis Bernardus Feheianus, Civis noster, testis Lucianus „ Mantuanus Casinus, quorum alter nonnullos Libros Latinitate donatos, alter „ Chrysostomi Commentarios in Epistolas Pauli &c. Speciano dicavit. LV-

LUCILLUS MARTINENGUS, nobili genere, Brixiæ ortus, ibidem apud Sanctam Euphemiam votis se nostræ Religionis obstrinxit, an. 1546., die 13. Dec. fuitque Prior Titularis nostræ Congr. Vir sanè admodum pius, & in arte poetica eximiè præstans, ut probant opuscula, quæ edidit, non sine plausu ab eruditis excepta, nempè.

1 *Vita di S. Pelagia, detta Margherita, ridotta nell' Ottava Rima, Canti 5. Agl' Illũi, ed Eccm̃i Signori Conte Francesco Martinenghi, e Signora Beatrice Langosca Marchesa di Pianezza. In Brescia ad istanza di Gio: Battista Borelli appresso Pietro Maria Marchetti* 1590. in 8.

2 *Vita di S. Margherita, detta Pelagia, ridotta nell' Ottava Rima: Alla Seren. Signora, Madama di Mantoa, la Signora Leonora d'Austria Gonzaga, Arciduchessa &c. In Brescia an.* 1590., *appresso Poliereto Turlini in* 8. *ad istanza di Gio: Battista Borelli*; constat canticis x. De quibus Vitis Ipse Lucillus cant. 1. oct. 2. mentionem fecit.

3 *Canzoni, Sonetti, & Sestine in lode della Sagra Sindone, conservata in Turino, Al Sermõ Carlo Emanuelle Gran * Duca di Savoja, e Principe del Piemonte. In Brescia, appresso Poliereto Turlini, ad istanza di Gio: Battista Borelli*, an. 1590., in 8. Adduntur sex Italica Epigrammata, *in morte della Signora Isotta Albana Gramella*. In libro autem cui titulus, *Farrago Carminum Davidis Podavinii in SS. Sindonem Christi Dñi Taurini asservatam*, impress. Brixiæ apud Vincentium de Sabbio 1584. leguntur, *Una Canzone, e tre Sonetti di D. Lucillo Martinengo.* * Ita Ibidem.

4 *Sestine con la sposizione &c. Al Signor Ricciardo Avogadri Condottier di Genti d'Arme della Sermã Republica di Venezia, in Brescia appresso Poliereto Turlini* 1691., *ad istanza di Gio: Battista Borelli*, in 8.; est breve Poema sex senariis constans allegoricè, & ænigmaticè humanæ vitæ casus, erroresque indicans, quod longo satis Commentario, 50. videlicèt paginarum, & morali expositione valdè doctâ, & eruditâ, ipsemet illustrat. In quâ expositione plures Græcos Authores, Græcis verbis, & Characteribus citat, tum Poetas, tum Oratores. Unde Græcæ quoque Linguæ eum peritum fuisse vel hinc intelligimus.

5 *Lettera Apologetica sopra il Sonetto, in lode del Sermõ Duca di felicissima memoria il Duca Alessandro Farnese. In Brescia, appresso Poliereto Turlini*, 1594., in 8. Hæc etiam *Apologia* Græcis, Latinisque Authorum sententiis pariter illustratur, costatque pagg. 59.

6 *Quattro Canzoni con la sposizione. In Brescia appresso Pietro Maria Marchetti*, 1592., in 8. In his Canticis, Cœlorum Orbes, tum Divinæ Legis Sanctiones, & Præstantia, Supremi quoque Numinis Scientia, ac Visio, quâ omnia conspicit, nihilque oculos ejus fugit, doctè, ac eruditè decantat, quæ omnia præclaro, ac planè Theologico, necnon diffuso valdè Commentario illustrat..

7 *Della Vita di Nostra S. Signora, la Gloriosa Vergine Maria, in Sagro Poema ridotta; dell' Illustre, e R. D. Lucillo Martinenghi, delli Molt' Illustri Signori Conti di Barco, nobili Veneti, Monaco Casin. All' Illm̃o Signore, il Signor Cintio Aldrobandino, Cardinale di Santo Gregorio: Con Licenza de' Superiori. In Brescia, appresso Poliereto Turlini* 1595. in 4.: constat Canticis, seù Libris 25., ab Andrea Chiocchi in lucem edita. Et ad calcem operis in fine libri additur *Sonetto, e Canzone di S. Giacinto* satis longa, Strophis x1. coalescens, in Epistola nuncupatoria, eodem Chiocchi Authore, hęc de Martinengo nostro leguntur:
„ Poema veramente, che per la dignità del Soggetto, e per la imitazione, con
„ cui si avvicina l' Autore, per sangue di nobiltà, e per doti dell' animo molt' il-
„ lustre, nello spiegare i Concetti molto allo stile del Tasso, degno d' esser lie-
„ tamente accolto „ Item:

8 *La*

8 *La Psiche, Favola Pastorale*, quam, an typis commiserit affirmare haud possum, præsertim cum Leo Allatius, hujusce modi operum venator diligentissimus, in sua *Dramaturgia* eam minime recenseat; hoc tantum citra dubitationem testari valeo in Bibliotheca S. Simpliciani in Urbe Mediolano extare ms., olim à me ibidem visam tam hanc Pastoralem Fabulam, quam Sermonem Apologeticum pro ejusdem defensione; quod quidem optimè videtur concordare cum iis, quæ Angelus Gryllus Synchronus, & amicus ejusdem Lucilli, in Epistola ad eum datâ, & mox referendâ, de ejus *Tragicomædia*, & responsionibus ad objectus, qui contra eam fieri poterant, clare admodum dicit: Item scripsit

9 *Il Trionfo della Fede, e Santi Martiri*, qui ms. asservabatur apud *Comitem Leopardum de Barco Martinengum*, teste Leon. Cozz. Bibl. Brixian. par. 1. pag. 165., qui Lucillum ex eadem Familia, quæ præcipua est in Martinengorum prosapia, produsse affirmat, eumque multis virtutibus ornatum deprædicat.

De eo præterea cum laude agunt, Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 72. pag. 435. ubi dicit brevi ab eo in lucem emittendam Vitam B. M. V., *& Apologiam unam contra quemdam, qui alieno sensu scripta ejus interpetrabatur*; Anton. Poss. App. Sac. tom. 2. pag. 34., Hipp. Marr. Bibl. Marianæ par. 2. cap. 74., qui Virum præclari ingenii, atque in poetica facultate percelebrem eum appellat. Jo: Marius Crescimb. Hist. vulg. Poes., lib. 5. pag. 418. & seq. 2. edit. ao. 1714. Octavius Ferrarius in lib., cui titulus: *Origo, & stemma Gentis Martinenghæ*, Patavii 1671., Typis Frambotti, pag. 27., 1590. „ Lucillus Ascanii F., Monachus Casinensis, anteà Mutius appellatus, Divinarum, atque Humanarum rerum scientia præclarus, ad Italicæ Poesis suavitatem fœcundum ingenium adjecit, Virginis Deiparæ vitam sublimi Carmine complexus. Res quoque gestas Divæ Margaritæ, & Pelagiæ eàdem venâ condidit, aliis quoque editis operibus solutâ, pedibusque adstrictâ oratione perinde posteritati commendatus „ In Regestis nostræ Congr. dicitur, *Prior, Poeta insignis, multa composuit*.

Angelus Gryllus plures perhonorificas Epistolas ad Lucillum scripsit, quæ leguntur in libro Epistolar. ejusdem Grylli Venetiis impresso an. 1612. nempe pagg. 147. 258. 737. &c. in quibus inter cætera hæc habentur; „ Mi rallegro, che invecchiando lei, non invecchi quella sua bella, e pronta vivacità d'ingegno, ma che sempre più vigorosa, ed ardente produca nuovi parti; e tentando tutti i generi di Poesia, niuno ne tenti in vano, ed in tutti si dimostri grande, siccome spero di veder tosto *nella sua Tragicomedia*, nella quale serbandosi il verisimile, ed il costume, potran restar superate molte opposizioni &c. Et in alia Epist. * „ Con tanto ardore mi son posto a trascorrere il Sagro Poema di V.P., che mi sono quasi scordato di rispondere alla sua lettera, e di ringraziarla dell'onoratissimo dono, che me ne ha fatto, sò, che mi perdonerà questa negligenza nata per avventura da soverchia diligenza, e che considerando il merito della sua Poesia, si scorderà dell'error mio. Onde intorno a questo non le dirò, se non che da sì vaga, e degna lezione, mi trovo aver gustato molto, ed imparato assai.

* Inter impress. pag. 258.

Achillis Mutii In B. V. Vitam à Lucillo Martinengo Octonis Hetruscis versibus decantatam,

Lucille Aonidum Comes Sororum
Fontis Castalii satur liquore
Cui Virgo Genitrix favet Superne
Dum Vitam celebras metris Hetruscis
Luna, quæ velut i renidet Orbis,
Sol quantum, & radiis suis satis sit,
Nulliusque egeant opis Lucernæ
Ante aram faculas tamen sacramus
Ceræ, vel medio die micantes
Felix ò nimium, & beate, luci
Tantæ contigit esse quem Poetam
Divæ, quam Lemures timent profundi;
Cæli, quam Dominam vocant, honorant
Vasto, & plurima in Orbe templa

Nec

Nec tantum emeritæ corona lauri,
Ponetur capiti tuo, ut Poetæ
Virgo sed propria manu Rosarum
Contextum strophium parat, locumque
Inter Cælicolas datura Vates.

Splendor Cenomanum, genusque Cydni
Dives Brixia frugibus, metallis
Et Martis titulo domus vocata,
Clara armis, Sophia, Virisque Sacris,
Tali clarior est futura Vate. legitur in principio ejusdem Vitæ B. M. V. ubi etiam plura alia carmina in Lucilli laudem.

LUDOVICUS, familia BARBO, intèr Venetas nobili, ex qua prodiit pariter Paulus II. Pontifex Maximus Ludovici nostri, ut opinatur Cavaccius l. v. pag. 228. vel patruelis, vel fratris filius, primùm Canonicus Sæcularis Congregationis *S. Georgii in Alga* Venetiis nuncupatæ, quæ à S. Laurentio Justiniano instituta an. 1407., jussu postea Bmi Pii V. Regulam D. Augustini fuit amplexa an. 1568., demumque à Clem. IX. penitus extincta. Hujus inquam, Congreg. Canonicus, imò Præfectus, seù Prior Commendatarius Ludovicus Barbo cum esset, atque percelebri Religionis, ac Virtutum omnium opinione floreret, à Gregorio XII. Abbas S. Justinæ, Deo inspirante, creatus est, an. 1408., & Arimini sub eodem Pontifice benedictionis munus accepit, anno seq. 1409., ætatis suæ XXVII., felici sanè omine, ingentique Monastici Instituti emolumento: Nam, cum temporum calamitate, bellorum incommodis, & potissimùm Commendatariorum oscitantiâ, Benedictini Ordinis per Italiam miserabilis, & inculta tùnc esset facies, tetraque imago, undè minùs sperandum videbatur, pristino decori Ordo ipse restitutus est. Tres namque D. Justinæ Monachi divini afflati Numine, Rolandus, & Antonius, familia de Casalibus, patriâ Patavini (alterius enim nomen, ac patria Historicis excidit) per vim indè exturbati, atque Olivetanis Monachis à Cardinali Antonio Corrario Bononiensi Archiepiscopo, S. Justinæ Commendatario, supralaudati Pontificis fratris filio, nuper inductis, sedes relinquere coacti, apud Cives, & Magistratus Patavinos vicem suam acritèr conquesti sunt, paratissimos alioquin sese ad absolutam Benedictinæ Regulæ observationem altiùs protestantes, modò in præclarissimum omni ævo Cœnobium, tùm ipsis, tùm aliis, quibus Benedictina Institutio cordi foret, sub proprio Abbate, post-liminio reverti liceret, ut in hæreditate Patrum suorum ferventiùs Domino deservirent. Res à Patavinis prò sui gravitate ad Venetum Senatum delata. Patres Conscripti, justitiâ Causæ permoti, eumdem Summum Pontificem Gregorium XII. rogarunt, ut eorumdem Monachorum rationem habere dignaretur, eosque in proprium Cœnobium, novis incolis depulsis, revocari juberet. Pontifex æquissimis postulatis annuendum ratus, Ludovicum Barbo, Virum doctrina, ac Vitæ integritate spectatissimum, in Abbatem S. Justinæ promovit, ut is, reductis supradictis Monachis, omnia secundum Dei timorem, & D. Benedicti Regulam aptè disponeret. Ludovicus ergo demandatam sibi provinciam sedulò aggrediens, in suscepto Monasterio collapsam disciplinam, & probatissimam, nostræque Regulę maximè consentaneam vivendi normam pręclarè adeò restituit, pluribus egregiis Iuvenibus, interque eos non paucis nobilitate conspicuis, cucullo indutis, ut ea non multò post per universam Italiam sit propagata, jactis Casin. Congr. amplissimis fundamentis. Sanctitate etenim morum, & optimis exemplis, tùm Ludovici, tùm asseclarum allecti Summi Pontifices, aliiq. Principes plura Monasteria probè reformanda, & in veterē observantiā denuò reparanda eidem tradidere. Vocata hinc primùm fuit *Congregatia S. Justinæ de Padua, sivè Unitatis de Observantia*, sed posteà an. 1504. eidem, nutu Julii II. Pontificis Maximi, Cardinale Jo: Medicæo, qui posteà Leo X. fuit, Commendam relinquente, Archisterio Casinensi unito, ob ejusdem reverentiam, quam utique tot titulis, præsertim verò ob SS. Legislatoris

Vide Bull. Rom. impres. 1617. tom. 2. pag. 273. SS. Pii V. Bull. 76.

Nostri, Sanctæq; Scholasticæ ejus Germanæ exuvias inibi quiescentes, tu maximam, CONGR. CASIN. aliàs S. Justinæ de Padua appellata est. Quamvis autem non quidem omnia, sed pauca tantum Monasteria (si cum antiquorum numero conferas) cedentibus Commendatariis restituta sint, attamen ex hac eadem Benedictini Ordinis per Italiam restauratione (sicuti Servo Dei Marco Patavino antea revelatum fuerat) singularis Dei providentia, ac eximius in D. Benedicti Ordinem amor clariùs eluxit, quandoquidem ex hac ipsa Justiniana, sive Casin. Congr. Viri usquequaque probatissimi, ac omnium virtutum genere illustres, acciti fuerunt, ut alias quoq. per Europam Congregationes aut instituerent, aut reformarent, quæ, veluti surculi ex Casinensi Arbore excerpti, in magnas postea & ipsæ arbores latè excreverunt. Itaque, & *Bursfeldensis* Congregatio in Germania, *& SS. Vitoni, & Hydulphi* in Lotharingia, & *S. Mauri* florentissima in Gallia, & nupèr *Castro-Casinensis* in Polonia, aliæque aliis in Regnis, Casinensis Cong. Alumnos vel Reformatores, vel Institutores agnoscunt, uti ex earumdem Congregationum Historiis perspicue patet. Quinimo Summi Pont fices Gregorius XIII., Clemens VIII., Paulus IV., ac V., aliique, ex hac ipsa Casin. Cong. Viros sapientia, & probitate insignes, ad reformandas omnes ferè alias Congr. tàm sub D. Benedicti, quàm sub S. Basilii Regula militantes, delegerunt, quod sanè perutile opus, Deo aspirante, ac eorumdem Monachorum virtute, naviter perfectum est, uti nos variis in locis hujusce Biblioth. indicamus, & in alio opusculo, quod de hujusmodi Reformatoribus delineavimus, apertè ostendemus. Quæ ideò commemoramus, ut quanta commoda ex regulari disciplina per Ludovicum Barbo in Cœnobio D. Justinæ restituta in Monasticas Congr. aliosque Ordines, & ad Ecclesiam Universam emanaverint, clariùs perspectum fiat.

Ipse porro Ludovicus sapientiæ, religionis, ac omnium virtutum splendore conspicuus, & miræ in agendo prudentiæ, ac in loquendo facundiæ famâ celebratus, à laudato Gregorio XII. ad Pisanum primùm, mox ad Constantiense Concilium directus est, cum Abbas adhuc esset S. Justinæ, deinde jussu Eugenii IV. profectus ad Concilium Basileense, tanquam unus ex Nunciis, & Oratoribus, ab eodem Eugenio IV. ad idem Basileense Concilium missis, ut ex libris Epistolarum ejusdem Eugenii IV. pag. 117. & 123., ubique pro eodem Eugenio, & pro Schismate extinguendo strenue, ac feliciter laboravit. Monasterium autem S. Justinæ, vigintinovem, quibus per quam prudenter, & sanctè administravit, annis, quot bonis spiritualibus, ac temporalibus cumulaverit, paucis referri non potest, multis vero prosequi nostri non est Instituti, jam antea à Cavaccio occupati, ad quem Lectorem remittimus *. Nobis in hac historicâ Ludovici Synopsi dicere satis sit, illum, non solùm vetera ædificia collapsa, vel collabentia instauraffe, sed etiam nova erexisse, sacrâ supellectili, ac vestibus prætiosæ texturæ, vasculis, & cubitali Calice argenteis affabre, multoque studio elaboratis, Lituo, ac Libro Pontificali, aliisque Ecclesiasticis ornamentis Sacrarium ditasse, jureque optimo Patavini Cœnobii Rædificatorem dici meruisse. Præfuit etiam Monasterio nostro S. Pauli de Urbe, quod, concedente Martino V., & adjuvante Cardinali Gabriele Gondelmerio, ejus olim in S. Georgio in Alga sodali, qui postea Eugenius IV., Congr. S. Justinæ unitum, deductâ Monachorum Colonia, a ruinis, in quibus jamdiu jacuerat, vindicavit, Sacramque Basilicam, quæ majori ex parte tecto etiam diruto pessum ierat, in antiquum splendorem, cultumque restituit. Quinquies Præsidis munere universam rexit Congr, depositâque totidem vicibus supremâ dignitate, cæteris Præsidibus paruit. Denique, anno 1427., die 15. Aprilis ab eodem Eugenio IV., qui eum semper mirificè coluit, institutamque ab eo Congr. summis favoribus,

Cavac. Hist. S. Iustin. l. 5. pag. 117.

* Libro V. Hist. S. Iustin.

bus, & gratiis exornavit, Episcopus Tarvisinus renunciatus fuit, invitus quidem, & quantum licuit reluctans. Constituerat enim Abbatis dignitate sese abdicare, & privatum Monachum reliquo vitæ suæ spatio quietè agere, eo videlicet fine, ut per Supremum Congr. Magistratum Successor eligeretur, eoque pacto jus Abbatem eligendi eidem Congregationi acquireretur, ac sartum, tectumque remaneret; impetrato autem Pontificio hac de re Diplomate, Episcopatum admisit, jussu nihilominùs Pontificis ejusdem compulsus, qui etiam Bullas, ut vocant, gratis Ludovico exarari jussit, unaque facultatem, tertiam ferè partem redituum Paatavini Cœnobii retinendi, quo proventu Tarvisinam Sedem decennius gubernaret, quam tamen facultatem prædicto Monasterio Ludovicus dono dedit, nihil prorsùs, quod ad illud pertineret, recipiens, aut secum retinens. Quamobrem tot, tantisque beneficiis Ludovico, nedùm Patavinum Cœnobium, sed tota etiam Iustiniana Congr. obstricta, in Comitiis Generalibus eodem anno * habitis, Ludovicum totius Cong. Patrem appellandum, perpetuumque Deffinitorem, quamvis Episcopum, constituendum, ac inter Deffinitores, si quando ad generalia Comitia ei libuisset accedere, locum, votumque ei concedendum decrevit, ut non quidèm sejunctus, aut separatus, sed magis, magisque unitus Congreg. intelligeretur. Episcopatum autem, sicùt invitus receperat, ita susceptum summo studio, ac vigilantia administravit, annis sex, mensibus sex, omnes optimi Pastoris partes egregiè adimplens, sibique commissum gregem verbo, & exemplo pascens, quo etiam tempore, Concilio Florentino, an. 1439., sub eodem Eugenio IV. celebrato, interfuit, ejusque deffinitionibus subscripsit, ut videre est in quarto tomo Conciliorum Generalium Ecclesiæ Catholicæ, Pauli V. Pont. Max. authoritate edito, Romæ ex Typographia Rev. Cam. Apostolicæ, an. 1612., pag. 586. sess. 25. ubi in subscriptionibus legitur: *Ego Ludovicus Episcopus Tarvisinus me subscripsi.* Tandem Venetiis, ob quædam negocia degens, in morbum incidit, quem læthalem esse cognoscens, ad Monasterium S. Georgii M. jampridèm Congr. S. Iustinæ unitum, deferri voluit, ubi SS. Ecclesiæ Sacramentis magna cum religione, ac pietate susceptis, inter Monachorum manus, quos uti filios adhuc agnoscebat, illique vicissim Ludovicum, ut Patrem venerabantur, mortalem vitam cœlesti commutavit, anno 1443., die 19. Sept. ætatis suæ 63. Sanctitatis haud levi opinione in terris relicta; Ejus Corpus Patavium, ut ipse præceperat, delatum, in Monachorum exhedra, quam *Capitulum* dicimus, reconditum, marmoreo Tumulo, & præclarissimo Elogio decoratum fuit, ubi etiam num quiescit. Vir sanè incomparabilis, religionis summæ, constantissimæ in Deum fiduciæ, rectissimæ intentionis, SS. Monastici Ord. Reparatoribus meritò comparandus. Scripsit autem Ludovicus simplici quidèm, sed veraci, ac piissimo stylo quædam Opuscula, ac Epistolas, videlicèt:

* 1437.

1 *Tractatum de forma Orationis, & Meditationis pro ipsa Congregatione S. Justinæ*, in quo agitur: *De tribus modis orandi, & primo de Oratione vocali*, seù: *De primo gradu Orationis*. *De secundo gradu Orationis*, nempè meditatione, per hebdomadam dispositio. *De tertio gradu Orationis*, idest *de Contemplatione* quam tamen non doctrinæ humanæ, sed gratiæ, & dignationis asserit esse divinæ; quam nihilominùs Deus ipse animæ fideliter, ac perseveranter in meditationibus sese exercenti, elargiri solet. Hunc *Tractatum* Typis edendum primò curavit, una cum *Directorio Horarum Canonicarum* Garziæ de *Cisneros* Hispani, Monachi, & Monserratensis Abbatis Viri SS., ac Doctiss. P. D. Io: Baptista Romanus Monachus Ravennas, & Novitiorum Magister, & postea in Romana Curia Procurator Generalis cum hoc titulo

Formula Orationis, & Meditationis, tradita per Reṽmum bon: mem: Patrem

D. Ludovicum Barbo Venetum Congr. S. Justinæ de Padua Fundatorem, qua fertur ipsum usum fuisse sine intermissione, usque ad mortem, tàm in Episcopali, quàm in Abbatiali dignitate, nunc primùm in lucem edita; Romæ apud Galielmum Facciottum, anno 1605., Deindè eam recudendam curavit D. Pet. Torn. Siculus, Panormi apud Petrum de Insula, an. 1676., appofuitque ad calcem *Cæremonialis Benedictini* à se compositi. Scripsit etiam Ludovicus

2. *De Miraculosa Reformatione Monasterii S. Justinæ*, initio Congr. ejusdem, & ejus progressibus, usque ad assumptionem suam in Episcopum Tarvisinum *lib.* 1., in Capita viginti-quinque divisum, quem complevit Tarvisii, anno 1440., Episcopatus sui 3., pridie Kalendas Julii. Prologus sic incipit: *Dilectis Deo, & hominibus*. Tractatus verò sic: *Dilectissimi Fratres &c.* stylo quidem claro, & simplici, sed ex quo ingens, ac profundus pietatis, & humilitatis spiritus deprehenditur. Hic liber ms. reperitur in omnibus ferè nostræ Congr. Monasteriis, & etiam Romæ, in Bibl. Romanæ Sapientiæ, in tertio tomo Miscell. Sac. Constan. Cajet. mss. in fol. & Mediolani Bombic. in Bibliot. Ambrosiana Sign. n. 79. in 4 grandiori, à me visus ibi an. 1687., sed nuper anno scilicèt 1721. typis commissus est Augustæ Vindelicorum apud Fratres Veithios, in 2. Tomo Thesauri novissimi Anecdotorum D. Bernardi Pex part. 3. num. 10. Ad calcem libri hoc additur Epigramma:

Tarvisii Præsul nunc Ludovicus, & Abbas
Olim Cœnobii Paduani, Virginis almæ
Justinæ, primus Monachos per vana vagantes
Ad mandata Patris pro posse tenenda reducens.
Hunc librum scribens, operum fuit ipse perator,
Hic sua gesta refert, alius velut esse putetur,
Lucrari cupiens animas, vult spernere pompas,
Excitet ut Monachos trepidos intrare novellam
Militiam, monstrat divino numine cœptam
Hic celeber Venetus Civis, cognomine Barbus.

Ex verbis autem primis, *Tarvisii Præsul nunc*, intelligitur carmen scriptum fuisse, vivente eodem Ludovico, dum Episcopus esset. Scripsit etiam

Epistolas duas, quarum primam ad RR. PP. Annalis Capituli ex Basileensi Concilio misit, cujus exordium est: *Dilectissimi, ac Charissimi Patres*. Alteram ad futurum suum Successorem Abbatem S. Iustinæ ab eodem Concilio direxit, quæ incipit: *Fili Charissime &c.* erant mss. apud Constantinum Cajetanum. Idem Ludovicus jam Episcopus, jussu Eugenii IV., scripsit *Declarationes* nonnullas in regulam D. P. Benedicti *prò Congregatione Vallisoletana* in Hispania, ad instar Casinensis institutæ, adnexas libro, cui titulus: *Privilegia præcipua Congr. S. Benedicti Vallisoletani à Summis Pontificibus concessa, & confirmata. Vallis Oleti excudebat Andreas Merchan*, anno 1595., à pag. integra 101., usque ad pag. integram 104., quas explicationes, si quis legere cupit (cujusquidem lectionis, eum minime pœnitebit) adeat nostra *Analecta* in eodem Ludovico.

Ejus Vitam scripsit Ludovicus Malumbra, (de quo mox) quæ ms. extat in Bibliotheca Sancti Georgii Majoris Venetiarum in fol. sign. num. 328. De eo etiam multis agunt Arn. Wion, Lign. Vit., lib. 2., cap. 54., pag. 359. in Episcopis Tarvisinis, in quorum numero eum sexagesimum esse dicit, & lib. 5. cap. 6. pag. 581. & seqq., ubi ejus verba in arbore Monastica à se delineata (ut supra in eodem Arnoldo diximus) hec esse ait: *Memor esto Congregationis tuæ, quam possedisti ab initio* *, eum scientissimum, & nobilissimum ex Patritia familia, priscæ virtutis æmulatorem egregium, Lucernam ardentem supra Candelabrum

* Ps. 78. v.

brum positam, electum à Deo eò miraculosiùs, quò inexpectatiùs, nemine prorsùs de Reformatione per id temporis cogitante, quando D. Benedicti Arbor, non solùm incurvata, sed decrepita, & annosa videbatur, nuncupans. Accepisse Benedictionis munus Arimini, an. 1409., à Io: Episcopo Castellano, ad hoc opus à Gregorio XII. deputato, professione tamen solemni juxta Regulam S. Patris Benedicti vivâ voce priùs emissâ. in hunc modum.

„ *Ego Fr. Ludovicus*, Prior S. Georgii in Alga, Castellanen. Diœcesis, electus Abbas Monasterii S. Iustinæ de Padua Ordinis S. Benedicti, promitto, & confiteor stabilitatem meam, & conversionem morum meorum, ac obedientiam, secundum Regulam Beati Benedicti Patris Monachorum, coram Deo, ac Sanctis ejus, & in præsentia Rev. in Christo Patris D. Io: de Puteo, Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopi Civitatis * Castelli, per Sanctissimum D. N. D. Gregorium Divina Providentia Papam XII. ad hoc oraculo vivæ vocis deputati, & hoc in Ecclesia majori Arimini, die 3. mensis Februarii, anno Domini 1409., *Et ego Ludovicus* præfatus in horum testimonium, prędicta manu propria scripsi,, Quod publicum Professionis Instrumentum extat adhuc in Archivo Monasterii S. Iustinæ de Padua. Item Philippus Thomasinus in Annalibus Canonicorum Sæcularium pag. 14., & alibi, ejus animi magnitudinem, candorem, atque virtutis studium valde commendat.

* Ne Lector laboret in æquivoco, advertat, *Civitatem Castelli*, quæ olim Tiphernum, cujus Episc. erat Ioannes de Puteo, esse in Umbria, Castellanens. vero Diœcesi. vulgo *Castello*, in qua situs erat sãct. Georgius in Alga, esse Venetiis.

Iacobus Cavaccius, Hist. Monast. S. Iustinæ, l. 5., à pag. 197., usque ad pag. 222. novissimæ editionis anni 1696., & pag. 225. in quibus, præter cætera, ejus labores pro Schismate Basileensis tollendo, & Eugenio IV. propugnando commemorat ex ipsius Epitaphii, infra proferendi ea tempestate editi, duodecimo versiculo *Ecclesiæ pacem tractando, Schisma removit*, rem extra dubii aleam, atque vulgatam fuisse, optime arguens; marmoreum vero Cœnotaphium post aliquot annos à Mauro Papiensi D. Iustinæ Abbate ei positum narrat.

Io: Bonifacius lib. 11. Hist. Tarvisin., qui tamen, ut animadvertit Arnoldus, perperam ejus obitum anno 1471. contigisse scribit, cum reverà obierit anno 1443. Ant. Poss. App. Sacr. tom. 2. editionis Venetæ, an. 1603., pag. 357., qui omnia ex Arn. desumpsit. Augustinus Fortunius Monachus Camaldul. in Hist. sui Ordinis pag. 350. hæc habet „ *Gessit Ambrosius* (*Camaldulensis*) *jucundissimos usus cum Ven.* Ludovico Barbo *Abbate S. Justinæ*, de quo ad Bar. ep. 2. *optimus, atque præstantissimus in omni Religione Ludovicus Abbas S. Justinæ &c. amavimus insignem Virum, atque singulari quadam admiratione amplexati sumus*, & ep. 19. *S. Michaelis Murani in Cænobio extat Chronicon Casinensis Cænobii in Ludovici gratiam ab Ambrosio emendatum, unà cum Dialogo Desiderii*, præter hunc., & prolixa Hist. Casinatis Cœnobii „. Angelus Portenarius in opere, cui titulus *Felicità di Padova*, lib. 9., cap. 15., pag. 421., ubi post plura ab aliis narrata, hæc etiam peculiaria addit. recuperasse eum scilicet Monasterio D. Iustinæ plura bona Prædecessorum in curiâ jam deperdita, pluraque prædia eorumdem negligentiâ partim in sylvas, & nemora, partim, ex fluminum alluvionibus, in stagna, & paludes redacta, ad culturam, & uberem frugem revocasse: Extruxisse Monachorum Cœnaculum eo prorsus loci, ubi olim Templum *Concordiæ* erectum fuerat &c.

Leonellus Crocecalle in Hist. Abbat. S. Iustinæ ms. apud me, lib. 5., pag. 135. ubi tale ei texit Elogium „ Vomo illustre di nascita, mirabile di talento, profondo di dottrina, angelico di costumi, la cui memoria viverà eterna ne' nostri annali. Fù di statura eminente, ma di corporatura non piena, di carnagione bianca; di colore sanguigno, e d'aspetto sì venerabile, che a' primi sguardi si conciliava la riverenza, e la divozione. Ma la dolcezza del suo tratto era maravigliosa,

„ vighiosa, perche con certa sua naturale facondia, da motti, e gesti ben regolati „ accompagnata, si cattivava di tal maniera gli animi, e gli affetti, che rendeva „ egualmente care le ripulse, e le grazie; Onde nissuno mai partì dalla sua pre- „ senza, se non edificato, e contento. Nell' osservanza de'nostri Riti fu di sì esat- „ ta puntualità, che non vi ha memoria aver egli commandata alcuna cosa, che „ primo di tutti non l'avesse esseguita. Havealo il grado di Abbate sopra tutti gli „ altri elevato, ma la sua umiltà lo depresse di tal maniera, che non isdegnava gli „ esercizj, anche più bassi di Casa, e segnatamente la servitù degl' Infermi, alli „ quali porgeva colle proprie sue mani il cibo, e le medicine. Assunto al Vesco- „ vado, col mutamento della condizione, non variò la dolcezza della sua natura, „ nè il tenore della sua vita. La stessa assiduità al Coro, ed agli Vffizj divini, lo „ stesso rigore di penitenza, e di digiuni, la stessa liberalità verso li poveri, la „ stessa carità, e mansuetudine verso tutti. Vigilante nella disciplina del Clero, „ attento alla riforma degli abusi, indefesso nelle funzioni Episcopali, moderato, „ e modesto nel trattamento di se stesso, e della sua Corte, convertita dal buon „ esempio del Padrone in un Chiostro d' osservanza Regolare. Mancò sul più bel- „ lo non delle sue, ma delle nostre speranze, in tempo, che colla grana del Tebro „ gli si tingeva una veste di più vivo, e nobil colore, e ne apparivano nel Pontefice „ così evidenti gl' indizj, che molti Prelati di Roma anche prima del fatto glie ne „ portavano le congratulazioni, e gli applausi. „ Item de eo Ludovicus Moreri in magno Dictionar. Hist. tom. 1., pag. 496. col. 2., editionis anni 1707.; Aubertus Miræus in Originibus Cœnobiorum Benedictinorum in Belgio, Antuerpiæ 1606., in Præfatione ad Lectorem, paulò post initium. Sylvester Maurolicus l. 1. *Mar. Ocean. omnium Relig.* pag. 89. & seq., Bern. Pez, in Epist. Apol. pag. 201., ubi ejus pulcherrimum dictum de Mentalis Orationis necessitate refert, & pag. 202., quo in loco ejus formulam Orationis inter utiliores meditationum libros enumerat, ejusdemque alias duas editiones recenset, primam nempe Salisburgi, an. 1634., in 16., Coloniæ alteram, an. 1644., in 12.

Opere autem pretium puto Sepulchralem Epigraphem, ejus Tumulo, Patavii insculptam à supralaudato Mauro Papiensi ei dicatam hic referre:

Mille quadringentis Domini currentibus annis
Quadraginta tribus, Septembris mense fluente,
Progenie Veneta Barbo Ludovicus in astris
Mente nitens, tumulo clausus sepelitur in isto.
Splendidus ille fuit, lucens virtute per Orbem,
Quin etiam clemens, humilis super omnia castus,
Almæ Justinæ Patavæ tunc extitit Abbas;
Quàm Sancti normam Benedicti consolidavit.
Ille Italiæ celebres lustrando per Urbes,
Ornavit Monachis Christo famulantibus alto.
Concilii Sancti Præses, Præfectus, & Author,
Ecclesiæ pacem tractando, Schisma removit.
Eugenii Quarti præcepto, Præsulis Orbis,
Antistes volens est Tarvisinus inunctus.

Ut autem clariùs intelligatur ratio illius versus, *Concilii Sancti Præses, Præfectus, & Author*, audiendus est Augustinus Patritius Senensis in Appendice Conciliorum, Florentini, Basileensis, &c. jussu Francisci Cardinalis Senensis, anno 1480. conscriptâ, quæ legitur, tom. 9. Conciliorum Jo: Arduini Soc. Jesu, impress., Parisiis, anno 1714., col. 1114., sess. 14. nu. 30. an. Christi 1433. qui hæc de Ludovico Barbo habet: „ Et quoniam Cardinales ipsi non poterant statim

„ statim ad Concilium se conferre, ne res diutiùs differretur, ei * subrogavit pari „ potestate Archiepiscopum Tarentinum, Episcopum Paduanum, Abbatem S. Ju- „ stinæ, suos Oratores &c. Ingressi igitur Basileam Tarentinus, Paduanus, Abbas „ S. Justinæ, 12. Kalendas Februarii, an. 1434., & benigne suscepti &c. „ *& col.* 1115. *num.* 37. *sess.* 17. *an.* 1434. „ Ad 6. Kal. Majas, in publica sess. 17. sta- „ tuit Sancta Synodus Nicolaum S. Crucis Presbyterum, Iulianū S. Angeli Diaco- „ num S. R. E. Cardinales, Ioannem Tarentinum, Petrum Paduanum Præsules, & „ *Ludovicum* Abbatem S. Iustinæ, Apostolicos Legatos tantùm ad Præsidentiam „ Concilii Apostolicæ Sedis nomine esse admittendos. Tomo autem 8. col. 1589. & 1590. n. 61. legitur Epistola Eugenii IV. ad prædictos Ioannem Archiepiscopum Tarentinum, Petrum Episcopum Paduanum, & Ludovicum Abbatem Monasterii S. Iustinæ Paduanæ, in qua inter cætera hæc leguntur „ Vos fide, boni- „ tate, & prudentiâ præclaros, ac in magnis Nobis, & præfatæ Ecclesiæ negotiis, „ longâ experientiâ comprobatos, ad Præsidentiam dicti Concilii, Nostro, & Apo- „ stolicæ Sedis nomine, loco dictorum Cardinalium, & in ipsorum absentiâ, de „ Fratrum nostrorum Consilio deputamus, cum omnimoda potestate, dictum Con- „ cilium unà-cum illis, qui prò tempore præsentes fuerint continuandi, nec-non „ omnia, & singola gerendi, agendi, & disponendi, de quibus &c. „ Quæ sanè laudes, quamvis omnibus tribus sint communes, Ludovici tamen utpotè nondum Episc. sed tantummodo Abbatis virtutes, & merita peculiariter declarant.

* Iuliano scilicet Cardinali S. Angeli.

Ex quibus omnibus liquet, quàm temerè, quantâque injuriâ Poggius Florentinus * in Oratione, quam scripsit contra Hypocritas, quæ tanquàm hucusque inedita, impressa non ità pridem fuit Parmæ, operâ Antonii Magliabechii, cujusque duo mss. exemplaria in Vaticana Bibl. extant, Ludovicum Barbum Hypocrisis insimulaverit, cum ejus in Abbatem S. Iustinæ electio Summi Pontificis proprio motu facta, nostræque Congregationis Institutio, & progressus adeò mirabilis, non nisi à Deo, Bonorum omnium Authore, proficisci potuerit, & Ludovicus egregiis adeò virtutibus, quæ Monachum Sanctissimum decent, præditus semper fuerit, ut omnes modò allegati Authores, aliique testantur, inter quos laudatus Cavaccius pag 222. ambitus suspicionem à Ludovico egregiè amolitur „ Nova dignitas (Episcopatus) dirè admodum vexavit hominem *mi-* „ *nime ambitiosum*, qui etiam, ut onus illud effugeret, supplici libello Pontificem „ adiit, ut alium Ecclesiæ Tarvisinæ præficeret, sibi quietam Vitam inter Mona- „ chos permitteret. Sed altero Eugenii rescripto jussus obedientiam Apostolicis „ mandatis exhibere, atque Episcopatum inire, mærens inauguratus est „ Si autem Hypocrisis Spiritu Ludovicus ductus fuisset, nec tam insigne Opus sanctè adeò inchoare, nec illud tàm feliciter perficere potuisset, quin ejus Hypocrisis omnibus tandem fuisset manifesta, ità namque Deus justissimè disponit, ut Hypocritarum simulatio brevi quidem reveletur, eorumque gaudium fallaciis, ac deceptionibus partum, in dolorem, & luctum iis convertatur, teste Sophar Naamathite apud Iobum cap. 20. *Hoc scio à principio, quod laus impiorum brevis sit, & gaudium Hypocritæ ad instar puncti*. Imò ipso Dei Filio in Evangelio: *A fructibus eorum cognoscetis eos* *. Vide nostra Analecta in eodem.

* Io: Franciscus Brandolinus; I. Bracciolinus; sed DialogusPoggii adversùs Hypocrisī impressus jam fuerat Lugduni, an. 1678. in 8 opera Hieronymi Sinceri Lotharingi, & iterum ibidem an. 1688. in fol., ut in Append. ad Hist. Literariā Scriptorum Ecclesiasticorū Gulielmi Cave per HenricūVvarton Genevæ, 1705. in fol. pag. 33 col. 1.

* Matth. 7. 16.

LUDOVICUS DE FERRARIIS, Genuensis patriâ, in Monasterio S. Hieronymi de Sylvaria *, quindecim millia passum à Genua distante in Ortum, votis solemnibus Deo sese arctiùs obstrinxit, an. 1665. Vir est (nam hactenùs vivit) optimis præditus moribus, & admodum eruditus, ut indicat libellus ab eo editus cum hoc titulo

* Della Cervara.

Il Cavaliere istruito, o sia Avvertimenti per vivere da Cavaliero, dell'Abbate D. Ludovico de Ferrari: All' Illma, ed Eccma Signora D. Isabella Grilla Duchessa

di

di Mondragone &c. In Geneva 1709., *Per Antonio Scionico nel Vico del Filo . in* 8. Constat capitibus 18., pagg. vero 91., & iterùm Florentiæ in 12., licèt cum aliqua inscriptionis varietate.

Ille autèm Abbatis titulus additus est honoris gratiâ, cum reverà Ludovicus Decanatus tantùm munere usque modò in nostra Congr. fuerit perfunctus.

LUDOVICUS MALUMBRA, in Cœnobio S. Georgii M, Venetiarum, Regulæ nostræ observantiam promisit, anno 1585., die 13. Dec., quod, ut faciliùs præstaret, Vitam Ludovici Barbo Monasticæ Disciplinæ per Italiam Restitutoris, veluti vivum exemplar, & acerrimum stimulum, scribendam, sibique, aliisque ad imitationem proponendam suscepit, quæ extat ms, Venetiis in Bibl. ejusdem S. Georgii M., tom. 1. in fol., sign. num. 328., ut supra in eodem Ludovico Barbo dictum est; quam ego ipse vidi ibidem anno 1718. Ipsius etiam est Epigramma in laudem Lign. Vitæ Arnoldi Wionis, eidem lib. præfixum, quod incipit: *Progenies Veterum Illustres effingere Pictor &c.*

Aix. LUDOVICUS MAYNERIUS Aquisextiis* in Gallia Narbonensi nobili familia natus est; & an. 1614. die 6. Jan. Monasticum institutum amplexus fuit in celeberrimo Lirinensi Cœnobio, quod anno 1516. à Leone X. Pont. Max. nostræ Casin. Congr. unitum fuerat. Ibi Æconomi primum, seù, ut dicimus, Cellerarii, deinde Pro-Prioris, demumq. Abbatis munere functus est. Floruit insigni doctrinâ, & eruditione, præsertim in mathematicis disciplinis, quibus plures annos Parisiis degens, Regios Galliarum Principes erudivit; edidit

Mathematicarum Institutionum tomos duos, impressos Parisiis, quorum tamen posterior, ob Auctoris ex hac vita decessum, imperfectus remansit; quædam etiam ejus opera pariter imperfecta extant mss. in Bibliotheca Monasterii Lirinensis, ex quo hasce de Maynerio notitias accepimus.

Eum *Nicolaus Angelus Cafferri in Syntemate Vetustatis* edito Romæ anno 1667. pag. 423. in Compendio Chronologico, inter Viros ingenii monimentis editis, & variæ eruditionis laude præstantes, qui ab anno 1660. usque ad an. 1666. floruerunt, recenset.

MAR-

M

MARCUS à Brixia in S. Euphemiæ Vrbis ejusdem Monasterio, anno 1505., die 11. Nov. D. Benedicti Institutum amplexus est; fuitque Abbas S. Vitalis Ravennæ; claruit an. 1551., quo ob insignem doctrinam, ac sacræ in primis Theologia peritiam, & SS. Patrum assiduum studium, unà cum aliis nostræ Congr. Theologis, Trident. Concilio interfuit sess. 13. in quo habuit
1 *Orationem de Purgatorio*, excusam Brixiæ, anno 1557. Item composuit.
2 *Cœnas Amoris octo*, quarum prima excusa est, Brixiæ anno 1556. in 8.
3 *Sermones tres de Passione Domini*, ibidem impressos anno 1557., in 8.
4 *Orationem in Translatione Sanctorum Corporum*, in Monasterio Sanctæ Iustinæ quiescentium. à Templo veteri ad novum, prodiit Patavii anno 1562. in 4. extat etiam ms. in Monasterio S. Iustinæ.
5 *Pro Sancta Romana Ecclesia*, ad amplissimos Patres Concilii Tridentini in Dominicam Orationem Sermones quinque, quos mss. in fol. vidi Romæ anno 1697. apud P. D. Claudium Stephanotium Congregationi S. Mauri Generalem Procuratorem: Extant etiam mss. Venetiis in Bibliotheca S. Georgii M. cum hoc titulo *Marci à Brixia Abb., Orationes ad Patres Tridentini Concilii*.
6 *Carmen in Matriculam Monachorum* Congreg. Casinen., quod erat ms. apud Arnoldum Wionem, ut ipse testatur.

De eo mentionem faciunt laudatus Arnol. Lign. Vit. lib. 2. cap. 27. pag. 436. ubi dicit, eum & alia scripsisse, quæ ad ejus notitiam non pervenerant, inter quæ certè fuerunt illi quinque Sermones in *Dominicam Orationem*, & l. 3. pag. 74. ad diem 14. Martii, ubi ejus Orationem de *SS. Translat. &c.* insignem vocat, eamque Brixiæ etiam excusam dicit. Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 380. Seraphinus Pasolinus, *Lustri Ravennati* parte 6. Philippus Labbe Concilior. tom. 14. in Concil. Trident. col. 815. sess. 13. an. 1551.; ubi tamen eum Marcum de *Brixida* pro de *Brixia* vocat, quod etiam facit Pasolinus, & Faber, errore forsitan Typographi, ex uno in alium Auctorem prolapso, cum extra dubium Brixianus fuerit: Quamvis autem in quodam Regesto nostrorum Monachorum Marcus à Claris nuncupetur, cum id Oppidum sit agri Brixiani, jure adhuc Brixianus dicitur. Ejus etiam meminit Petr. Ricord. Hist. Monast. par. 4. pag. 5. 73. At verò Leonard. Cozz. ejus nullam habuit notitiam in sua Bibl. Brix., ideoque illum, sicut plerosque alios, prætermittit. Carmen autem in *Matriculam* Monachor. Casinen. illud puto esse, quod quibusdam Monachorum nostrorum antiquioribus Regestis præfixum est. Ipsum quibusdam expurgatum mendis, quæ Amanuensium incuria irrepserant, sic exhibemus.

Alsimici cœtus, si Fratrum scripta Casini
Nomina cum Patriis tempore juncta suo
Scire cupis Lector, pandit tibi cuncta libellus.
Ordine per proprias singula sparsa domos.
En Benedictus hic est, quo Nursia gaudet alumno.
Nursia Legifero facta superba Duce;
Pastorum Pastor toto cantatur in Orbe
Nam posuit primas pascua Sancta gregi.

* Eupropius.

*Eu: Genitor-*Propius * , *atque* Abundantia *Mater*,
Cyrilla *ac nutrix*, Iustinianus *avus*.
Ingenuas Romam discendas missus ad artes
Despexit vasto quidquid in Orbe fuit.
Desertum petiit, tribus annis vixit in antro
Romani, *Saxi è vertice, pastus ope;*
Claruit innumeris mundi per climata signis
Ossa Casinati, cujus in arce latent. *
Hoste triumphato Propius, *post bella, cohortes*
Ducat ad æthereas, quas tenet ipse fores.

* jacent;

Ejusdem sunt carmina præfixa Chronico Casinensi Leonis Ostien. primitus impresso Venetiis anno 1513. opera Laurentii Vicentini; quæ cum sint haud contemnenda, & Liber ille admodum rarus, ne penitus intercidant, excribere, & huc transferre, paucis minoris momenti, omissis minimè piguit.

Qui quondam nostro fulsere ut sydera mundo
Hoc datur in libro vivere post obitum;
Corpora mors potuit, famam delere vetustas;
Et quid non præstat perdere longa dies?
Omnia restituit facundia culta Leonis,
Et reparat damnum temporis, atque necis.
Nam quibus in Cælis dedit alta palatia Christus,
Contulit in terris vivere posse. Leo.
Et quia Mors etiam saxis venit improba, struxit
Tecta per æternos non ruitura dies.
Hæc est illa Domus Montis veneranda Casini,
Unde iter ad superos lactea plaga capit.
Hæc est illa Domus: hæc est illa inclyta sedes
Terra ingens, Cæli proxima, grata Deo.
Hæc est illa Domus, qua Sanctior altera non est
Angelici reparans agmina lapsa chori.
Humanæ Speculum Vitæ, Virtutis alumna,
Hæc est; mortales, quæ facit esse Deos.

MARCVS alter item à Brixia, ejusdemque S. Euphemiæ alumnus factus anno 1592. die 20. Augusti, scripsit

Plurima Carmine, & soluta Oratione: uti nuper ab Amico docto Brixiâ accepi; qui tamen, quæ nam scripserit singillatim non indicavit.

MARCUS Cremonam Patriam sortitus, D. Justinæ Patavinæ Cœnobium, ubi sese Deo consecraret, elegit anno 1488. die 13. Apr. Non humanis tantum literis, sed Theologica insuper scientia, divinæque paginæ doctrinâ insignis est habitus; Cum Patavii D. Pauli Epistolas interpretaretur, frequentissimi ex Urbe Auditores ad eum audiendum confluebant ob eximiam nimirum in dicendo vim, & efficaciam, mirâ cum eloquentiâ, & eruditione conjunctam. An. 1506 (quoniam præter eruditionem, rerum etiam gerendarum prudentia, ac usu, Monasticæque disciplinæ exemplis excellebat) à Supremis nostris Patribus in Siciliam una cum D. Bartholomæo à Perusio S. Petri ejusdem Vrbis Abbate, directus fuit, ut ejus Regni Monasteria, quæ Casin. Congr. uniri exoptabant, & enixe deprecabantur, inviserent, ac perlustrarent, deque eorumdem statu tam in spiritualibus, quam in temporalibus Superiores eosdem certiores facerent, quam provinciam cum naviter explevissent, Marcus ex eadem Sicilia

1 *Relationem* prolixam, & valde elegantem, tum eorumdem Monasteriorum, tum

tum Itineris, eorumq; omniũ, quæ observatione digna sunt visa, eisdem Præsulibus transmisit, cujus exemplar ms. adhuc extare in Biblot. Monast. S. Martini de Scalis prope Panormum, testis est Petrus Antonius *Tornamira* in libro, cui titulum dedit, *Origine, e Progresso della Congregazion' Casinense*, pag. 425. & seqq. ubi ejusdem Relationis fragmentum, quod propius res Siculas attingit, legendum exhibet, his verbis: „ R. in Christo Patri D. Joanni à Venetiis Congr. Casinen. Generali Præsidenti meritissimo, cæterisque RR. PP. D. Marcus Cremonensis indignus Servus, humillimam, immortalemque salutem „ Prætermissis autem iis, quæ à Monasterio Cavensi, ad Pharum usque, in itinere illi evenerunt, utpote ad suum institutum minime pertinentibus, sic scribentem Marcum Tornamira introducit „ Solemni itaque die gloriosi S. Matthiæ Apostoli à littore Rhegii navem solventes, unde Messanam Urbem Siciliæ non parvum decus, Scyllam, & Charibdim clare admirantes, perspeximus, per id maris spatium, quod Calabriam, Siciliamq; dividit, transfretavimus &c. lectu dignissima „ Scripsit etiam

2 *Vitam B. Nicolai Pruteni Monachi S. Justinæ*; quæ ms. extat in Archivo ejusdem S. Justinæ in 4. incipit, post nuncupatoriam Epistolam: *Consueverunt, qui alienos mores &c.*

De eo in libro Nig. Def. in eodem Archivo sign. num. 480. sic scribitur „ Clarissimis natalibus Cremonæ ortus, Monasticum induit cucullum anno 1488. die 13. Apr.; statimque studiis sacrar. literar. toto nisu cœpit incumbere, in iisque tantum subinde profecit, ut omnes in sui admirationem converteret, atque ad eum audiendum, ob singularem in divinis scripturis explicandis efficaciam attraheret; anno 1539. die 20. Januarii migravit ad Dominum „ Jacobus item Cavaccius Hist. S. Justinæ l. 6. pag. mihi 271. ad an. 1540. vocat Marcum Cremonensẽ Theologum insignem, clarumque inter eruditos; ex quo Franciscus Arisius, *Cremonæ Literat.* tom. 2. pag. 153. ad annum 1538. perhonorificè de eo loquitur, additque, illum fuisse Abbatem Prusinensem an. 1517., ut (inquit) *Puccinellus in Chronol. Abbatum*, qui tamen per errorem ipsum à Verona, pro Cremona vocavit. Illa autem Abbatia Prusinensis erat quædam Abbatia *Titularis*, qua Marcus condecoratus fuit.

MARCUS ANTONIUS SCIPIO Placentinus patria, in Monasterio S. Sixti, quod ibidem percelebre est D. Benedicti Regulæ sese subdidit anno 1606., die 7. Martii, ubi post Decanatum, Prioris Titularis honorem obtinuit. Floruit multiplici eruditione, tum sacra, tum profana, præsertim verò Latini Sermonis proprietate, facilitate, & elegantia, quas ingenii dotes laudabili, felicique consilio illustrandis Sac. Monasterii Casinensis Præsulum gestis, aliorumque nostri Ordinis Heroum memoriis restituendis potissimum impendit; Iis in lucubrationibus styli candor, eloquentiæ copia, sententiarum gravitas, elocutionis venustas, plurimum, nec immerito, commendantur: Earum tituli sunt sequentes.

1 *Elogia* omnium Abbatum S. Monasterii Casinen., Neapoli apud Octavium Beltramum an. 1630. in fol., & iterum ibidem castigata, & aucta an. 1643. apud Jacobum Gaffarum in 4. opus insigne, non quidem puerilibus nugis refertum, ut plurimum ea tempestate Elogia solebant esse, sed historica majestate, & pulcherrimo elocutionis ornatu contextum.

2 *Elogia Virorum Illustrium* Sacri Monasterii Casinensis à S. Placido martyre; usque ad Constantinum Afrum, & Olibanum Comitem. Neapoli apud Octavium Beltramum an. 1630., annexa libro Elogiorum Abbatum Casinen.

3 *Elogia* in quinquaginta Heroas è D. Benedicti Religiosa familia Clarissimos: Placentiæ an. 1636. in 4. ex Officina Jo: Antonii Ardinozzi Impress. Cameralis, opera perillustris D. Lazari Chinelli Ecclesiæ Cathedralis Canonici.

4 *Elogia* in centum Heroas è D. Benedicti religiosa familia clarissimos; eadem videlicet quinquaginta superius recensita, additis quinquaginta aliis. Placentiæ, & demum Neapoli, ex Officina Camilli Cavalli, an. 1643. in 4.

5 *Inscriptiones aliquot* (duæ nempe supra viginti) exornando Casinati Cœnobio conscriptæ. Placentiæ apud Ardizzonium an. 1636., opera prælaudati Chinelli, eidem libro quinquaginta Elogiorum adjunctæ; Item Italicè

6 *Vera ragion' di Stato prattticata*. Placentiæ an. 1650. apud Joan: Bazacchium Impressorem Cameralem; opus politicis regulis, exemplisque ex Monastica præsertim Historia desumptis refertissimum, scriptum contra quendam, qui Religiosos Viros Politiæ omnino experies, asserere ausus fuerat.

Ejus etiam sunt Inscriptiones duæ hactenus ineditæ, satis quidē prolixæ, (dolor enim verba ministrat) quarum prima est, *De Pestilentia* Placentiæ sævien-te an. 1630., altera, *De adventu Hispanor. militum in Placentinam ditionem*, quæ leguntur in Musæo R.mi P. Abbatis S. Sixti Placentiæ. Ejus etiam legitur Elogium in Antonium Mariam Terzi ex Comitibus Sissæ, & Belvederii Philosophicas Theses, XVII. ætatis an. egregie defendentem; impressum in libro in 4. cui titulus *Diverse Composizioni Latine, e Volgari nell' Heroiche difese di Filosofia dell' Ill.mo Sig. Co: Ant. Maria Terzi &c.* Parmæ typis Seth, & Erasmi de Viothis, 1639. Multa insuper mss. Elogia ejusdem Scipionis extant hodieque in Biblioth. laudati Monasterii S. Sixti. Ejus cum laude mentionem faciunt Gabriel Bucellinus in Ben. Rediv. ad an. 1564., ubi eum amicissimum sibi, & stylì elegantissimi Scriptorem appellat. Leo Allatius in Apibus Urbanis pag. 188. Jo: Bapt. Marus in Notis ad supplementum Petri Diaconi de Vir. Ill. Casin. Plac. Pucc. in Chron. Glassiat. cap. 145. pag. 278. Philippus Labbe Bibl. Bibliothecar. pagg. 258. 259. 375., ubi omnia ejus opera Ecclesiastica recenset. Jo: Mabill. Bibl. Ecclesiast. c. 22. Ant. Teisser, Catalog. Auctor., qui libror. Catalos scripserunt p. 1. pag. 229. Constantin. Cajetanus, De Religiosa S. Ignatii Institutione lib. 1. pag. 56. & lib. 2. cap. 7. pag. 177. & seq. Jo: Rhò Soc. J. in Achate ad Constantinum Cajet. Lugduni 1644. in Epistola nuncupatoria ad eundem Constantinum, hæc de M. Ant. Scipione „ Quamquam plurimorum Sermonibus, literisq; „ probare possim, unius tamen Marci Antonii Scipionis, Viri eruditione, mori„ bus, ac religione nobilissimi, testimonio ex recentissima Elogiorum Casinensium „ editione, demonstrasse sufficiat. Is enim in Appendice, quàm de Ignatii commo„ rat. Casinensi, Elogiis illis elegantissimis, quibusque Casinensis antiquitas pluri„ mum debet, inseruit &c. „ Petrus Maria Campi in Hist. Ecclesiast. Placent. p. 1. lib. 8. pag. 250., ubi etiam affert ejus Elogium Angelbergæ Augustæ positum. Bernardus Pez Mellicensis Epistola X. Apologetica pag. 240.

D. Bernardini à Verulis Monachi Casinen. in Elogia Abbatum Casinensium, Marci Antonii Scipionis.

Dum memoras titulos, & sacri jura Casini,
Et repetis docto carmine facta Patrum,
Antiquata Domus revocatur gloria nostræ
Et nova virtutum germina, Marce, nitent.
Scilicet impellunt Generis monumenta Nepotes
Atque animos urget calcar, avitus honos
Prisca, retensque tibi debetur, Scipio, Virtus,
Noscitur hæc calamo, redditur illa suo. Legitur in fronte eorumdem Elogiorum secundæ editionis.

MARCUS ANTONIUS alumnus Sacri Monasterii Sublacensis, scripsit heroico carmine Italica lingua

Vita

Vita di S. Benedetto in ottava riva, Canti 12.; qui mss. extabant Romæ in Bibliotheca Monasterii nostri S. Pauli, ibidem à me olim visi.

MARCUS VALLE Venetus patria, in S. Georgio monasticam Regulam professus est anno 1649. die 24. Febr., Decanus postea, & Philosophiæ, moralisque Theologiæ *Lector*, Virum se honestis moribus, ac religiosis virtutibus ornatum, atque ab omni ambitionis morbo prorsus immunem semper exhibuit. Mediolani Confessiones Monialium Ordinis nostri aliquandiu excepit, ac deinde in Parœcia S. Mariæ de Pyro, quæ Monasterio S. Georgii M. subest, curam animarum magno illius populi gaudio, & profectu exercuit, demumq; anno 1697. aqua intercute extinctus, apud mortales esse desiit die 17. Februarii, ætatis suæ 68., scripsit libellos duos, sic prænotatos.

1 *Scientia salutis pro parvulis, atque devotis* agiographica Rapsodia ex sacris Scripturis, & Patribus excerpta, utroque sermone Latino, nempe, & vernaculo scripta. Mediolani an. 1677. typis Hæredum Philippi Ghisulphi, in 4.

2 *Pensieri morali espressi nelle Pitture della Libraria di S. Giorgio de Monaci Casinensi*, fatte da Giovanni Coli, e Filippo Gherardi Lucchesi, spiegati dal P. D. Marco Veneto Decano Casinen. In Venezia an. 1665. appresso Combi, e Lanou, & iterum ibidem apud Jo: Jacobum Hertz an. 1668. in 4. Prima editio dicata est P. D. Cornelio Codanino S. Georgii M. Abbati. Secunda vero Equiti, ac D. Marci Procuratori Petro Basadonna.

MARIA CATHARINA CALEGARI, in Sæculo Cornelia, nata est Bergomi an. 1644. patre Bartholomæo Calegari, matre Claudia Furietta: Deo autem se devovit Mediolani an. 1661. die 19. Apr. in Monast. S. Margaritæ, quod Monialium est nostri Ord., nostræque Congreg. subiectum. Excelluit plurimum musica arte; non enim solum dulcissimè canere, & peritissime Organa pulsare, sed etiam scitissimè, quæ canenda erant, componere jugiter consuevit; cui proinde omnes, qui eam audiebant, veluti Cœlestis Harmoniæ modulatrici, concorditer acclamabant; admodum juvencula typis tradidit

1 *Mottetti a Voce sola*, anno 1549. postea in lucem exierunt

2 *Li Madrigali, e Canzonette a Voce sola.*

3 *Li Madrigali a due Voci.*

4 *Le Messe a sei Voci con Istromenti, ed un Vespro*, & alia multa id genus.

Eam Donatus Calvi ad calcem secundæ partis *Scenæ Literariæ* Scriptor. Bergomensium plurimum laudat. Ut autem uberiorem hujusce Viraginis, ejusque virtutis cognitionem nanciscerer, Mediolanum scripsi ad Reviñum D. Josephum Mariam Georgi S. Simpliciani Abbatem, qui pro sua in me humanitate, studiosâ adhibitâ apud Moniales S. Margaritæ inquisitione, tale responsum tulit, & ad me transmisit, quod quia admodum perspicue, & optimo stylo a Moniali digestum, peculiares quasdam ad rem nostram notitias affert, ideo ipsis ejusdem Monialis verbis, quæcumque illa demum fuerit, hic exibendum operæ pretium existimo. Die 17. Ianu. 1713. Per sodisfare alla premura di chi tiene sapere minuta notizia della fu D. Maria Calegari da Bergamo rappresentata con tanto calore per mezzo del nostro Padre Confessore, altro certamente non si può dire, se non che s'è bensì fatta ogni diligente ricerca qui nel nostro Monastero di S. Margarita presso una di Lei Sorella minore assai cadente, essendo di età la più avvanzata di tutte Noi altre, ma non si è potuto ricavare cosa di gran rilievo, mentre appena questa fu vestita Religiosa, che passò all'altra vita la di Lei Sorella maggiore, essendo una doppo l'altra state chiamate particolarmente a monacarsi quì in Milano da un loro Zio Prete, nè d'altro si ricorda, se non d'esser la medesima Sorella Defonta stata in fatti brava musica, e compositrice, ma

delle

delle sue Stampe non conservarsene però alcuna ne presso di se, nè in Monastero, e molto meno poterfi sperare di trovarne in casa col scrivere a Bergomo, stante che il di lor Padre era molt'alieno da tal gusto, con rincrescerli al di più, che le Figlie specialmente la maggiore si fusse applicata, *ex professo* a questo studio, quale alla di Lei morte (che si sappia) non lasciò in Monastero, se non carte manuscritte raccolte allora dalla Sorella, che oggidì sopravive, ed in progresso di tempo poi distribuite quasi tutte a dilettanti di tal professione, fuori d' alcune poche di composizioni sagre per accidente trovate in quest' occasione di nuova ricerca, quali essendo state fatte esaminare adesso a bella posta da un ben' accreditato Maestro di Capella, in tutta verità le ha stimate grădemente in vedere, che una Donna a distinzione di tant'altre abbia avuto tanto fondo nel componère, e poi sù un gusto quasi uniforme alla musica de' nostri tempi. Questo è quanto mai si è potuto fare, per render servito quello, l' ubidire al quale è sempre obbligo indispensabile.

MARIA STELLA Scutellari Monialis Ordinis, & Congr. nostræ in Monasterio S. Alexandri Vrbis Parmensis, evasit anno 1673. die 30. Sept. Exemplum sequuta aliarū Illustrium mulierum, quæ acu, vel colo tempus terere dedignantes, libros, ac literas haud infelici conatu tractare maluerunt, optimis studiis, suoque Instituto dignissimis, sacris videlicet, ac piis operam suam dicavit, suarumque lucubrationum fructum in lucem emisit, è Latino in Italicum Sermonem conversas.

Le Meditazioni, e Soliloquii, e Manuale di S. Agostino Vescovo, e Dottore. Le Meditazioni di S. Anselmo Vescovo Cantuariense. Le Meditazioni di S. Bernardo Abbate. Le Contemplazioni dell' Amor Divino dell' Idiota Sapiente: omnia unico libro comprehensa, Mutinæ impresso apud Capponum, an. 1694. in 8.

Librum ipsum D. Augustino dicavit Epistola nuncupatoria admodum pia; Addidit aliam Epistolam ad Lectorem, in qua susceptæ à se hujusce translationis rationem reddens, & cupiditatem sciendi nobiliorem hominis appetitionem esse demonstrans, acriter mox conqueritur de fœminei sexus infortunio, qui ob durū, ac improvidum virorū in ipsum sexum Imperium, in inscitia, & cæcitate educatur, cum Mulieribus perinde, ac Viris rerum omniū sapientissimus conditor Deus liberaliter, & affluenter ad Scientias addiscendas ingenium accomodatum, aptumque benigne tribuerit; Quod ergo mulieres, ut plurimum, vanitatibus, vestiumque, ac vultus ornatui potius, quam virtutibus, ac studiis vacent, parentum maxima est culpa, qui vix ablactatis, nihil aliud, quam specula, & calamistra, aliaque pomparum instrumenta iisdem offerunt pertractanda, nihilque aliud docent componendum, quam *Cerussam*, *& Minium*, *& mille venena colorum*, ac ad exteriorem corporis pulchritudinem ostentandam, imò & fucandam, cogitationes omnes conferre jubent, nihil de interno animi ornatu per morales virtutes, ac nobiles scientias, quas facillime addiscere utique possent, solliciti &c. Deinde modeste profitetur, se literarium hunc laborem subiisse, eo tantum consilio, ut honeste, ac utiliter tempus insumeret, non autem ut publici juris faceret, sed ad summum, ut aliæ Cœnobii sui Moniales eo uti, ac frui possent; at doctissimi * Viri, qui librum ipsum correxit, auctoritate se victam, tandem consensisse, ut typis committeretur, quamvis id ipsum proprio suppresso nomine (si licuisset) fieri postulasset &c. Obiit Maria Stella anno 1702 die 15. Septembris, ætatis suæ annoo 55.

* Benedicti scilicet Bacchini;

MARINVS ALBITRIVS, patria Neapolitanus nobili genere natus, in Monasterio SS. Trinitatis apud Cavam Congreg. nostræ institutum suscepit an. 1692. die 21. Dec. cumque ad Antiquitatum studia valde propensus esset, in illisque assidue

due sese exerceret, celeberrimo Tabulario Cavensi præfectus, eidem illustrando, ejúsque usum commodiorem, utiliorémque reddendo, toto conatu incubuit; viget enim florida adhuc ætate, cum hæc scribimus, anno videlicet 1730, vitæ suæ 54. annum nondum supergressus; scripsit igitur anno 1700.

1. *Chronologiam IX. Sæculorum* desumptam ex Scripturis, & Privilegiis Originalibus Pontificum, Regum, Imperatorum, Principum, Comitum, Ducum, Cardinalium, Episcoporum, & Archiepiscoporum, servatis in præclaro, & insigni Archivo Sac. Monast. Caven. ab anno 875., usque ad an. 1654., extat ms. in eodem Archivo, Area 11, num. 56 anno autem 1717. scripsit

2. *Dictionarium*, sive *Inventarium*, *et Registrationem Armarii* tertii, & magnarum Arcarum primæ, & secundæ, ubi Cavensis Archivi monumenta asservantur ms., anno 1718. scripsit

3. *Inventarium* aliarum Arcarum ejusdem Caven. Archivi ms. an. 1719. scripsit

4. *Indicem Contractuum pro*, *& contra Monasterium Cavense* summatim extractorum ex *Schedulis*, *Protocollis*, *Libris*, *Fasciculis*, *Bastardellis*, *Originalibus* plurium publicorum Notariorum, servatis in præclaro, & insigni Archivo Cavensi &c. quod opus, quia valde laboriosum, ac prolixum est, nondum absolvit.

MARTINUS ANASTASI Panormi in Sicilia natus, S. Martini de Scalis alumnus an. 1596. die 22. Iulii evasit, eoque loco, ac instituto dignissimum se præbuit, multiplici eruditione sacrâ, profanaque, ac plurium scientiarum, poeticæ præsertim artis ornamentis; creatus Decanus, ac deinde Prior, id muneris in omnibus fere Siciliæ Monasteriis laudabiliter exercuit; sed pietatis, ac literarū acriori studio impulsus, Prioratu deposito, Abbatis titulo decoratus fuit, tandemque anno 1644. in prælaudato S. Martini Cœnobio caducam vitam æternam commutavit; multa reliquit ingenii sui monumenta videlicet

1. *De Monogamia B. Annæ Parentis Deiparæ*, seu *Veritas vindicata*; Serenissimæ Claudiæ Austriæ Archiduci dicata; Eniponti * apud Danielem Agricolam, an. 1639. in 4., item scripsit Latinè * Inspruk

2. *Concordiam quatuor Evangelistarum*. 3. *De septem Ecclesiæ Sacramentis*. 4. *De Censuris Ecclesiasticis*, *&c* 5. *Elegias*. Italice vero 6. *Vita di S. Rosalia Vergine Palermitana*. 7. *Flavio Crispo Tragedia in verso*. 8. *Sonetti*. 9. *Canzoni sagre*, *e profane*. 10. *Rime*. 11. *Versi Macaronici*. 12. *Note d'Istorie sagre*, *e profane*. 13. *Istoria dell'antichità del Monastero di S. Martino de Scalis di Palermo*. 14. *Discorsi Istorici*; Quæ omnia mss. extabant in Cœnobio S. Martini. Item 15. *Epigrammata*, mss. in 4. quæ servantur apud J. V. D. Vincentium Auriam Panormitanum.

De eo cum laude agunt Rocchus Pyrrus in Sicil. Sacr. l. 4. de Abbatiis pag. 299. Anton. Ignatius Mancusus in Vita S. Rosaliæ pag. 27., & 55. Petr. Ant. Tornam. in Responsionibus pro Vita S. Rosaliæ ab ipso edita pag. 7. Antonin. Mongit. Biblioth. Sicul. part. 2. pag. 52.

MATTHÆUS LAURETUS natione Hispanus patria Cervariensis *, Monachus primum fuit Monasterii Montis Serrati in Catalaunia; deinde in Italiam veniens, inter Casinensis Monasterii alumnos admissus, à Paulo V. Pont. Max. Abbas S. Salvatoris de Castellis Diœcesis Pennensis in Aprutio creatur; Theologus insignis, & Verbi Dei Concionator eximius, quæ aliis prædicabat, proprio exemplo prius ostendebat, optimis enim, ac religiosissimis erat præditus moribus; In Monasticum ordinem, & Casinense Cœnobium, zelo, & charitate fervens, eidem illustrando, & à malevolis defendendo, calamum suum acuit; demum, ut piis meditationibus, sanctisque operibus impensius vacaret, in Monasterium S. Liberatoris *Montis Majellæ*, apud Samnites situm, & Casinensi Archicœnobio * Cervera in Catalaunia.

cœnobio subjectum, sese recepit, ubi anno 1620. animam Deo reddidit, his relictis ingenii sui monumentis.

1 *De vera existentia Corporis S. Patris Benedicti in Casinensi Ecclesia*, deque ejusdem Translatione, ad Philippum III. Hispaniarum Regem, Neapoli ex Typographia Jo: Baptistæ Subtilis, apud Scipionem Boninum an. 1607. in 4. Scripsit hunc librum Lauretus contra Jo: a Sacro Bosco Monachum Cœlestinum, qui in sua Bibl. Floriacensi, impressa Lugduni an. 1605. tractatum ediderat *de Translatione S. Patris Benedicti*.

2 *Chronicon antiquum Sacri Monasterii Casinensis*, olim à Leone Cardinali, & Episcopo Ostiensi conscriptum; nunc vero à R. P. D. Matthæo Laureto Hispano Casinensi Monacho, & Abbate S. Salvatoris de Castellis recognitum, & pristinæ integritati restitutum, ac pluribus adnotationibus illustratum, & auctum, adjectâ insuper ab eodem Authore brevi *De Monacatu S. Gregorii M. sub Regula S. Benedicti* disputatione; Neapoli ex Typographia Tarquinii Longhi an. 1615. SS. Pontifici Paulo V. à Casinensibus Monachis dicatum; præmittitur Vita SS. Patris Benedicti à S. Gregorio M. conscripta, quibusdam pariter adnotationibus à Laureto locupletata, ac insuper Epitome Vitæ S. Placidi M. & S. Mauri Abbatis ejusdem S. P. Benedicti discipulorum, demumque Vita ipsius Leonis Ostiensis Chronici huius Authoris; quem laborem Lauretus ideo se suscepisse asserit, ut imposturas, & criminationes prædicti *Jo: à Sacro Bosco* confutaret, qui in Bibl. Floriacensi, ex Chronico *Leonis Ostiensis*, Venetiis impresso an. 1513., * multis quidem erroribus scatente, multumque ab antiquo ms. discrepante, Casinen. Monachos acriter insectatur, tamquam mendacii, falsitatisque assertores, nec sane ipsi *Leoni Ostiensi*, veridico, ac integerrimo sui Ævi Scriptori, parcens, sed uti *gloriantes, & mendaciter* loquutum traducens. Non prætereo tamen editionem hanc Casinensium Chronicorum a Laureto adornatam plurimum carpi ab Angelo de Nuce in Notis ad eadem Chronica à se iterum edita, præsertim in Præfatione, ex quo Nicolaus Antonius tom. 2. Bibl. Hisp. primæ editionis ipsis ejusdem Angeli de Nuce verbis; *abnormem* ejus in re licentiam, erroresque accusat, & reprehendit, quod scilicet cum potuisset per Casinenses mss. Codices proficere, Chronicum Leonis Ostiesis ad eorum fidem, & genuinam Lectionem restituendo, maluerit editis (corruptis, ac depravatis) uti &c. Quamvis ipse Lauretus in Præfatione ad idem Chronicon asseveret, illud ex antiquissimo ms. in Archivo Casinen. extante fideliter transcriptum, & restitutum, à Patribus Casinensibus, ejusdem Laureti Additionibus, & Annotationibus locupletatum, typis traditum fuisse, & Paulo V. Pont. Max. nuncupatum, qua in re, vel Casinenses Monachi decepti sunt, mendosum exemplar pro genuino exhibentes, vel Lauretus exemplar illud neglexit, aut variavit, & impressis potius, licet corruptis, in pluribus, stare maluit. Præterea Lauretus scripsit

* Opera Laurentii Vicentini.

Sacrarum Concionum librum, qui ms. asservatur Casini in Archivo.

Laudatur à Vincentio Barrali in Chronogia Lirinensi, ubi inter cætera hæc ait, „ Lauretus aperto marte, expansisque in altum vexillis, in arenam descendens, „ constanter probat contra Gallonium, aliosque, D. Gregorium M. Monachum „ Benedictinum fuisse, & D. P. Benedictum Casini quiescere &c. A Julio Ambrosio Lucenti, ex Erasmo tamen Gattola, in Italia Sac. restricta aucta &c. pag. 1027. ubi eum Theologum, ac Verbi Dei Concionatorem nulli secundum appellat, & pag. 1033. ubi sic habet „ Obiit Matthæus Lauretus, in cujus Codice ab „ eodem scripto & extante in Bibl. Casinensi, hæc sua manu Bernardinus Tranensis Abbas Casinen. adnotavit, R. P. D. Matthæus Lauretus Hispanus Abbas S. „ Salvatoris de Castellis, & ex Monacho montis Serrati, postea Monachus Casi-

„ nensis,

„ nensis auctor, & scriptor hujus libri obiit in Monastero S. Liberatoris die 30. „ Augusti 1622. hora noctis septima, die Martis, & sepultus est in eadem Ecclesia „ S. Liberatoris; Fuit Vir justus, simplex, & rectus, & in sua conversatione sem- „ per pius, devotus, & religiosus, orationibus, meditationibus, & piis exercitiis „ vacans, & sicut vixit, sic obiit, & nunc gaudet in Cœlis. Ora pro me peccato- „ re, Serve Dei; D. Bernardinus Abbas Casinensis hæc adnotavit in Monasterio S. „ Liberatoris die 20. sept. 1622. „ Allegatur à Bened. Hepht. in Disquis. Monast. Prolegom. primo in Vitam S. P. Benedicti, & 18. à Bernardo Clavello in Hist. Arpinate, à Constant. Cajet. de relig. s. Ignatii Instit. lib. 1. c. 9. pag. 121.

MATTHIAS MATALEA de Lignasco Pedemontanus, anno 1533. in Monasterio S. Benedicti in agro Mantuano nostrum amplexus est institutum die 28. Febr., qui quamvis Sacris, humanisque literis, Philosophiâ, ac Thelogiâ, Græcâque lingua floruerit, Religione nihilominus, ac pietate in primis fuit egregius, quarum virtutum suffragiis in Abbatem electus nobiliora nostræ Congreg. Cœnobia, Mantuanum, Glassiatense, Ticinense, Casinense &c. magna cum laude administravit, totius denique Congr. Præses bis renunciatus, anno scilicet 1572., & anno 1575. quolibet in munere optimi Præsulis partes implevit omnes cæterisque adimplendi clarum reliquit exemplum; Obiit Papiæ ann. 1582. Abbas S. Salvatoris, Scripsit

Lucubrationes quasdam Theologicas, quas Andreas Rosottus in Syllabo Script. Pedem. pag. 437., & Franciscus Augustinus ab Ecclesia in Catal. Scripr. Pedem. pag. 166. *doctissimas* vocant, nec tamen eas distincte, ac singillatim indicant

Ex nostris autem honorificam de eo mentionem faciunt Petr. Ricord. Hist. Monast. Diar. 4. pag. 465. à tergo, ubi *Magnum Logicum, Philosophum, & Doctum in lingua Græca* eum appellat Arn. Wion Lig. Vit. l. 1. c. 16. pag. 31. M. Ant. Scipio in Elogiis Abb. Casin. pag. 238., ubi *egregiè pium, ac solertem, & in omni munere magnum* Religionis, prudentiæ, atque industriæ laudem assequutum describit. Plac. Pucc. in Nomencl. Abbatum, alibique. In nostris Regestis pag. 36. vocatur *Vir doctissimus in lingua Græca*.

MATTHIAS VENUSINUS Monachus Casinas, factus anno 1672. die 2. Julii, variis ejus Cœnobii muneribus, ac præcipue Vicarii General. Casinen. Diœceseos laudabiliter fuit perfunctus, ac tandem Abbas creatus, scripsit

In Logicam facultatem brevem, ac dilucidam Introductionem, & explicationem, quæ ms. extat in Casinensi Bibliotheca.

MAURITIUM Monachum S. Severini Neapolis, Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolit. pag. 212. confundit, ac unum, eundemque facit eum *Vincentio de Flumano*, de quo ipse Toppius pag. 306. (& Nos infra in Vincentio Campano) unum omnino opus utrique attribuens, nempe

Collyrium mentis de nominibus Christi &c. Impressum Neapoli an. 1562. apud Jo: Mariam Scottum in 8. Sed ego sicuti de Vincentio Campano vero hujus libelli auctore, nostræque Congr. Monacho suo loco differo, ita de Mauritio S. Severini Neapolis Monacho nihil narrare possum, nihil afferere, cum nihil de eo hactenus sciam.

MAURITIUS ZAPATA à Parma, ibidem in S. Jo: Evang. Monasticam vitam professus an. 1657. die 4. Nov. Vir fane gravis, & morum integritate laudabilis, religiosus, ac pius, aliisque virtutibus ornatus, bonarum literarum, præcipuè Venerabilis Antiquitatis studio addictissimus, & musicæ artis maximè verò Organa suavissime pulsandi, perquam peritus. Eum vidi Parmæ an. 1709 mense Aprili optimum senem, quo eodem anno die 3. Septemb. ex hac vita migravit annos natus septuaginta. Scripsit libellum prænotatum

1 *Ristretto, ovvero breve Discorso sopra le Regole del Canto fermo*. In Parma per Giuseppe dall' Oglio, e Ippolito Rosati 1682. in 4. Item

2 *Notabilia rerum Parmensium*, in duas partes divisa; In quarum prima agitur de Ædibus sacris, de Ecclesiarum originibus, Tabulis, Picturis, Sculpturis, Architecturis, Donationibus, Epitaphiis &c. Cui accedit Appendix, de Episcopis Parmæ, & de Inscriptionibus Romanis in territorio Parmensi. In secunda parte agitur, de aliis Inscriptionibus; De Monasterio, & Abbatibus S. Jo. Ev. ab exordio &c. opus erat ms. apud Auctorem à me visum eodem anno, sed pars secunda nondum erat completa.

De eo Benedictus Bacchinus in sua Vita à se ipso breviter scripta, impressaque post ejus obitum Venetiis anno 1723. in tomo 34. Ephemeridum Literatorum Italiæ art. xi. pag. 297. n. 3. sic „ Statim ac Monachum indui (Bacchinus) „ Philosophiæ Scholast. scientiâ instituendus D. Mauritio Zapatæ ejusd. Ord. Philosopho doctissimo traditur cum cæteris ejusdem Cœnobii adolescentibus „ Quæ sane Mauritii ingens admodum gloria est, sapientissimum hunc Virum, totâque literariâ Republicâ celeberrimum, inter Discipulos habuisse.

MAVRVS ALEXANDER LAZARELLI patria Mutinensis apud S. Petrum ejusdem Vrbis an. 1684. in D. Benedicti familiam cooptatus, sacris; humanisque literis, præsertim Ecclesiasticæ Historiæ operam dedit. Nec minus politicis rebus idoneus; nam à pluribus annis Serm̃i Ducis * Mutinensis apud Mediolanensem Gubernatorem * negotia procuravit, *Agentis*, ut dicunt, titulo decoratus, utriusque Principis approbatione, & plausu. Statio illi in nostro S. Simpliciani Cœnobio, ubi negotiorũ mole non adeo quidem gravabatur, quin Religiosi hominis partes omnes adimpleret; Itaque an. 1723. in majoribus Comitiis Mantuę habitis die 29. Apr. *Comprocurator* nostrę Congregationis renunciatus est quod munus apud Nos non solum Prioris dignitati respondet, sed etiam expleto ejusdem Officii tempore, imo aliquando antequam compleatur, in *Prioratum* desinere solet Quamobrem anno 1725. die 22. Aprilis in Comitiis minoribus Ferrariæ celebratis Prior Cæsenæ electus fuit. Dum per otium licebat, minime fuit otiosus, sed in floridiori ætate tum gravioribus, cum amenioribus Musis litavit, his potissimum lucubrationibus.

* Rainaldi.

* Hieronym. Colloredo, & nunc Comitè de Dhaum.

1 *Vita di S. Ignatio Vescovo di Antiochia è Martire* in Modona 1696. Per Antonio Capponi, e Pontiroli in 16. Quamvis autem in fronte libri *Mauri* nostri nomen non appareat, sed tantummodo ibi dicatur, *Esposta in publico dal Dottor Ignatio Paltrinieri Sacerdote Modanese*, hoc tamen ideo factum est, quia *Maurus* in ejusdem Paltrinierii gratiam, ejusque rogatu hunc librum edidit, quē Paltrinierius suis sumptibus imprimendum curavit.

2 *Vita di S. Martio denominato il Solitario*, descritta in metodo panegirica. In *Modona* apud eundem 1699. De quo S. *Martio* scripsit etiam aliud opusculum Latinè, cui titulum fecit.

3 *Acta S. Martii Solitarii Notis quibusdam illustrata*, an. 1694 quinque capitibus distincta; in quorum 1. Vita S. Martii describitur; In 2. Translatio ejus Corporis in majorem Ecclesiam Vrbis Calenensis refertur; In 3. Miracula ejusdē narrantur. In 4. de ejus nomine disseritur In 5. Monachatus ejus sub regulâ D. Benedicti asseritur. Subnectitur Appendix ad Vitam ejusdem, in qua nonnulla de Normannorum Incursionibus; ms. apud eundem Auctorem; scripsit etiam, Italice. 4. *Iddio Amante è Panegerista della V. S. Geltrude*, Tributo d' Ammirazione al merito della stessa an. 1698. 5. *Annuale di Sonetti* per tutte le Solennità, è Santi dell' anno conforme al Breviario Romano an. 1699.

6. *Ode Morali*. 7. *Prediche Quaresimali, è dell' Avvento*, quas aliquoties habuit

habuit variis in Vrbibus. 8. *Panegiricorum librum lingua Italica*; omnia mss. erant apud ipsum; Obiit Mediolani anno 1729. morte heu pene repentinâ, sanguine ex dirupta pectoris vena difluente intra momentum suffocatus. & ibidem in Ecclesiâ S. Simpliciani Sepultus.

MAVRVS DE CAMBIIS patria Genuensis in perecelebri Montisferrati apud Hispanos Cœnobio Congregationis Vallisoletanæ, Benedictino donatus cucullo, translatus deinde ad nostros, creatusque Abbas S. Catharinæ Genuæ, ac postmodum S. Pauli de Vrbe, libellum piissimum, ac utilissimum, ol im à religiosissimo Abbate Garzia de Cisneros conscriptum, secum delatum, in Italicum sermonem conversum, nonnullis etiam à se additis monitionibus, sub hoc titulo evulgavit.

1 *Esercitatorio della vita Spirituale*, overo esercizii della *V*ia purgativa, illuminativa, & unitiva, composto dal R. P. Garzia Cisneros Abbate della Madonna di Monserrato, e tradotto dalla lingua Spagnola dal Cavalier Fr. Giulio Zanchini &c. Con alcuni avvertimenti per maggior facilità di pratticarlo, aggionti di novo dal P. D. Mauro di Genova Abbate Casinense in S. Paolo di Roma; In Roma per Francesco Cavalli 1635. dicavitque eundem libellum Monialibus S. Ambrosii de Maxima Vrbis Romæ, quæ Abbati S. Pauli subjectæ sunt; in Epistola nuncupatoria testatur, Cœnobium Monserratense primum veluti portum, & confugium e mundi tempestatibus sibi fuisse, atque Cisnerianum libellum triginta, & octo annis à se præ manibus, & in usu habitum; scripsit etiam

2 *Concionum Evangelicarum*, quæ in Quadragesima haberi solent, volumen quod Manu exaratum extabat in Bibl. S. Pauli à me ibidem visum. Decessit Romæ anno 1637. *Non sine magna Sanctitatis opinione*, ut ait Gabriel Bucelinus in Benedicto Redivivo ad eundem annum 1637. ubi eum *Sanctioris Vitæ exemplar vocat*.

MAVRVS CHIAVLA natione Siculus, patriâ Panormitanus natus circa annû 1545. Professus est regularem vitam in Cœnobio S. Martini de scalis anno 1560. die 28. Mensis Augusti; Vir pietate non minus, quam liberalibus studiis conspicuus, Musicâ vero facultate non solum Panormi, sed etiam Romæ, & Venetiis sua ætate plurimum celebris, summisque Principibus ea de causâ valde acceptus, & gratus; in nostrâ vero Congregatione Decanatus munere insignitus, obiit è vivis in eodem S. Martini Cœnobio anno 1600. composuit.

1 *Sacrarum Cantionum*, quæ octo tum vocibus, tum variis Instrumentis, chorisque conjunctis, ac separatis concini possunt l. 1. Venetiis anno. 1590. apud Ricciardum Amadinum in 4. & alia nonnulla eum scripsisse affirmat Arnold. Wion, quæ ad manus ejus non pervenerunt.

2 In libro, cui titulus, *Infidi Lumi*, *Madrigali à cinque voci* di diversi *A*utori Siciliani. Panormi apud Io: Baptistam Maringam an. 1603. in 4. extant nonnulla Mauri Chiaulæ, teste Antonino *M*ongitore.

3 *Multa* item volumina mss. Sacrorum Concentuum musicis modulis ornata, asservari in Bibliot. S. *M*artini, idem *M*ongitorius testatur in Bibl. Sicul. par. 2. pag. 25. & seq. ubi *in Musicis cantionibus adeo excellentem* eum vocat, *ut in iis ad stuporem inclaruerit*, lingulariter autem in ordinandis plurimarum vocum, & Instrumentorum pleno choro, ex proportione respondentium simphoniacis modulationibus, *eminentem* fuisse asserit, suamque assertionem sequenti narratione confirmat. „ Anno 1581. cum Senatus Panormitanus „ in Ecclesia S. *M*ariç dicata, cui nomen vulgò *della Pinta*, exponere statuisset

„ tuisset *Acta* Creationis mundi, Marcus Antonius Columna tunc Siciliæ Pro-
„ Rex, nostrum Maurum ad cantus egregie modulandos vocavit. Peritissimus
„ Armonicæ facultatis Magister ita excellenter munus sibi injunctum explevit,
„ ut unus fuerit Proregis, & omnium Auditorum sensus, inter Angelorùm
„ choros in Cœlis tantum audiri posse præstantiorem, suavioremque harmo-
„ niam. Hinc quæ harmonicis numeris concinnavit, publicis typis tradenda
„ sancitum est &c. Singularem Mauri peritiam testantur ad nostra usque tem-
„ pora, Musices *Moderatores*, qui in Trisagio solemnium *Missarum*, *Sanctus*,
„ *Sanctus*, *Sanctus*, decantando, sublimiorem concentus formam adinvenire
„ desperantes, eodem utuntur, quod in prædicta celebri *Actione* Cælestium spi-
„ rituum chori, in eorumdem creatione, divinum proclamavere, pro gratia-
„ rum actione, Trisagium, & vulgò adhuc vocatur *Il Sanctus della Pinta*.
„ Non solum autem prælaudata *Actio della Pinta* mundi creationem amplexa
„ est, sed etiam alia Cœlestium, & Heroum tragica Poemata, interque ea S.
„ Christinæ, S. Cęciliæ, & S. Catharinæ Tragędias, nam quot annis Panormita-
„ nus Senatus harum aliquam magnificentissimo apparatu populo exhibebat; (quas
„ omnes, nempe mundi Creationem, & prædictas Tragędias, *Theophilus Fo-*
„ *lengus* Mantuanus, Monacus Casinensis, qui per octennium in Monasterio S.
„ Martini commoratus est, circa annum 1542. Italico, & Latino carmine concin-
„ navit,) à nostro Mauro Chiaula musicis notis consignabatur „ Hæc ille.

De eo præterea cum laude agunt præcitatus Arnoldus Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 72. pag. 437. ubi eum vocat, *Musices peritissimum, sibique familiarem*. Augustinus Inveges in Panorm. sacr. pag. 427. Uincentius Auria in Historia Chronol. Proregum Siciliæ pag. 61. & seq. Rocchus Pyrrus in Sicil. sacr. l. 4. pag. 199. Antonius Possev: in Appar. sacr. t. 2. pag. 424. Editionis quàutor, Petrus Ant. Torn: de script. *Marian*: Ord. S. Ben. peg. 141. Jo: Clessus in Elencho Uirorum Liter. pag. 403. Antonius Teisser in Catal. Scriptor, qui librorum Catal. scripserunt; in Regestis denique nostrorum Monachorum pag. 250. in marg. *Fuit Optimus Musicus, composuit libros Sacr. Cant.*

MAURUS MARCHESIUS item Siculus, itemque Panormitanus, in lucem prodiit an. 1608. & an. 1623. in Cœnobio Montis Regalis Benedictinæ Regulæ sese subdidit, in quo Cœnobio postea Decani munus obtinuit. Uacavit autem severioribus æque disciplinis, ac amænioribus literis, Scholasticamque Theologiam aliquandiù docuit; mox Librorum Censor in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis per Siciliæ Regnum, *& Synodalis Examinator* Archiepiscopatus *Montis* Regalis constitutus, Musas interim Latinas, Etruscas, Siculas impensè coluit, in præcipuas ob id Italiæ Academias, Panormi. Romæ, Neapoli, Venetiis, aggregatus; Romam deinde veniens doctorum*V*irorum, in primisque Constantini Cajetani in Collegio Gregoriano consuetudine, ac familiaritate usus, rebus *Monasticis* illustrandis, quarum ipse mirum in modum erat studiosus, animum intendit; cujus rei gratiâ anno 1649. Venetias concessit, ut ibi una cum Gabriele Bucelino, ex Superiorum præscripto, evulgandis per typos Sriptorum Ord. nostri tum antiquis, tum recentioribus Operibus incumberet, Quod cum forte nimis instanter præstaret, oculorum lumen primo amisit, deinde, post annum nempe, læthali morbo succedente, in Monasterio S. Nicolai de Littore anno 1650. ætatis suæ 42. diem clausit extremum, variis ingenii, ac Studiorum suorum monumentis relictis, interquæ primas obtinent

SANCTI BRUNONIS ASTENSIS ex Abbate Casinense Episcopi Signini Opera omnia tom. 2. in fol. & Oddonis Benedictini Commentaria in Psalmos, tom. 1. fol. in unum collecta, Auctori suo vindicata, Notisque illustrata; Venetiis apud

Ber.

Bertanos anno 1651. cum prævia differtatione historica, qua libros *de Laudibus Ecclesiæ*, Brunoni Carthusiano olim ascripti, Brunoni Astensi restituuntur; quam dissertationem primum ediderat Romæ an. 1649. apud Franc. Caballum sub hoc titulo, *De S.Brunone Astensi, atque ab eo conscriptis libris, Dissert. Historica P.D. Mauri Marchesii Panorm.&c.* „ ejusque hac de re momenta fuerunt approbata à
„ Theophilo Raynaudo,de libris malis, & bonis pag.135. & 139.a Io:Gasparo Ole-
„ ario in Abac.Patr.pag.93. & seqq.à Gullielmo Cave Carthoph. pag.232. & seq.&
„ Hist. Liter. pag. 436. A Vincen. Placcio de Script. Pseud: pag. 168. a Jo: Mollc-
„ ro de Script.homonymis c.6. pag. 549.qua de re Ignat. Hyacinthus Amat de Gra-
veson Hist. Eccl. tom. 4. par. 1. pag. 326. circa finem . „ Aliqua tamen Opera *S.*
„ *Brunoni Carthusiensium* Ordinis Fundatori *Petreius* vindicat, quæ tamen *Mau-*
„ *rus Marchesius* Panormitanus Cong. Casinen. Monachus *S. Brunoni Astensi* Si-
„ gnino Episcopo, tribuenda esse docet, in dissertatione Historica de *S. Brunone*
„ *Astensi, Librisque ab eo conscriptis*. At Opera S. Brunonis Signini impressa etiam
„ fuerunt Romæ an. 1655. & Lugduni an. 1678. apud Anissonios in Bibliot.*Maxi-*
„ ma Patrum tom. 20. pag. 294. ex recensione nimirum nostri *Mauri Marchesii*.

AdVenetam verò eorumdem Operum impressionem an.1651. plurimum contulit Aloysius Squadronus Abbas per id temporis S. Georgii *M.* Venetiarum, & Congr. Nostræ Præses, Vir literarum, Literatorumque amantissimus, qui in eodem S.Georgii *M.* Cœnobio insignem illam, & copiosissimam Bibliothecam excitavit; Is universo Operi Epistolas duas præfixit, alteram ad Casinenses Abbates, alteram ad Lectorem satis eruditam, ubi asserit, se curasse, ut hæc D. Brunonis Opera Scholiorum faculis ad subobscuros quosdam locos illustrarentur, & opportunis Indicibus locupletarentur, quæ faculæ sane clarissimæ, ac eruditissimæ in calce eorundem Operum leguntur. De *Mauro* verò narrat, dum hanc D. Brunonis Operum editionem moliretur, in legendis, ac Amanuensibus dictandis exoleti characteris mss. codicibus, orbitatem oculorum incurrisse, & cum nihilo secius fidentiori, quam par esset animo editionis onus suscepisset, jamque extremam ejus partem urgeret, ad extrema devenisse.

Non omiserim tamen D.Brunonis Opera à Constantino Cajetano primò fuisse collecta, recensita, & digesta, & Notis illustrata, ut supra in eodem diximus; Cum autem Constantinus Romæ in suo Gregoriano Collegio graviter ægrotaret, *Maurus Marchesius*, qui uti Amicus, & ex Provincia eadem, ejus curationi incumbebat, plurimos ei libros, & mssr: insignem partem surripuit, interquæ satis probabiliter, etiam S. Brunonis Opera, & secum Venetias asportavit, ut ea postea typis consignaret; Id ego didici ex Epistola ejusdem Cajetani manu exarata ad N. *V.* Senatorem Venetum, Divique *Marci* Procuratorē (quæ est apud me) qua eum vehementer rogabat, ut sua authoritate libri & mss. sibi à *Marchesio* ablata, restituenda curaret, inter quæ multa asserebat contineri ad Rempublicam Venetam pertinentia, quæ in lucem emittere animus ei fuerat.

At ego Marchesium ea mente id fecisse crediderem, ne, uti de reliquis evenit, illa Cajetani mss. & libri ex nostris Bibliothecis, & Archivis, ut plurimum collecta, sequuta Cajetani morte extra claustra Monastica, aut pessum irent, aut ab extraneis occuparentur. Id innuere mihi quidem videtur ipse Marchesius in fine suę Dissertationis Historicę Operibus S.Brunonis præfixę,ubi spondet se evulgaturum Doctores Ordinis *Monastici*, *ex locupletissimo penario Rmi Abbatis D. Constantini Cajetani, qui optimorum monumentorum Promocondus in Biblioth. sua Aniciana, insigniores quosque Benedictinos Scriptores asservavit, à sese multorum annorum longo spatio, ac diuturna industrià comparatos*. Quæ igitur Constantini mss. quam plurima in Bibl. S. Georgii M. Venetiar. nunc extant, ut in eodem Caje-

Cajetano jam diximus, hæc eadem puto esse à Marchesio illi subducta. In lucem præterea emisit Marchesius libellum, cui titulus

2 *Mancipatus Deiparæ Authore Gerardo Belga Ord. S. Benedicti*. Patavii Typis Pauli Frambotti, an. 1649. in 24., & Venetiis eodem anno, ex Typographia Leniana, quem tamen libellum advexit Venetias Gabriel Bucelinus Weingartensis monachus supra memoratus, qui illum additionibus aliquot piissimis auctum Marchesio imprimendum dedit, ut ipse Marchesius testatur in perelegantì Epistola nuncupatoria ad Paulum *Quogliam* Generalem in Romana Curia Congreg. nostræ Procuratorem, ex qua Epistola etiam constat, ea quæ Venetiis *M*archesius evulgavit, sumptibus nostræ Congr. fuisse impressa, ita enim eum, inter cætera, alloquitur, *Aliis non minus de Causis, cum quod Sumptibus Congregationis, Te promovente adjutus, hæc ipsa aggrediar. &c.* Item

3 *Petri Boerii Commentum in Regulam S. Benedicti*; Sed Mongitorius, qui hoc narrat, locum, & annum Impressionis, itemque Impressoris nomen non indicat; edidit præterea

4 *Accipitrem Panegyricum* in laudem Rmi Patris D. Ambrosii Magii Congr. Casin. Præsidis Generalis, cum Patavii in S. Justinæ Cœnobio exciperetur. Patavii typis Pauli Frambotti an. 1646., opera Comitis Angeli Burgravii, qui in Epist. ad Lectorem lucubrationem illam *Felicissimi ingenii præclarissimam sobolem vocat, quam auctor modestiæ suæ nimium consulens, insecretiore cellæ angulo celabat*. Erat tunc *M*aurus in Monast. S. Justinæ moralis Theologiæ Professor.

5 *Panegyricum* Rmo Patri D. Andreæ *M*ancuso Præsidi Generali dictum, impressum Romæ typis Manelphi an. 1647. Item composuit materna lingua

6 *Canzoni Siciliane*, quæ leguntur in Musis Siculis par. 2. tom. 2. Panormi impressis apud Decium Cyrillum 1647. in 12., & iterum ibidem apud Josephum Bisagnum 1662. in 12.

7 *Canzoni Siciliane* Burlesche, in eisdem *M*usis par. 3. ibidem apud eundem Bisagnum 1651. in 12. Scripsit etiam Italicè

8 *Vita di S. Gertrude, di S. Scholastica, ed altre Sante*, quas sub prælo habebat, sed morte præventus, earum impressionem absoluere non potuit; prælo item paraverat tomos 12. in fol. quibus titulum apposuerat

9 *Duodecim Cophini Fragmentorum*, quæ supersunt è mensa Benedictina, in quos congessit opera omnia sive integra, sive manca Scriptorum Benedictinorum ex Archivis, ac Bibliothecis extracta, in quibus ob incuriam præcedentium delitescebant; reliquit pariter edenda

10 *Rime. Discorsi Academici*. Siculas Cantiones Latiis Carminibus expressas: præter alia plura carmina foliis volantibus evulgata.

Honorificè de *M*auro *M*archesio agunt prælaudatus Anton. *M*ongit. Bibl. Siculæ par. 2. pag. 63., & seq., ubi infrascriptos etiam Auctores eum laudantes adducit. Jo: scilicet Evang. à Panormo in Anagramm. pag. 168. Josephum Galeanum Mus. Sicul. tom. 2. par. 2. pag. 143. Honorium Dominicum Caramella Carm. Juvenil. pag. 62. Augustinum Oldoinum Athenæi Romani pag. 149., & 151. & Athenæi Ligust. pag. 120., & 123. Jo: Molerum de Scriptor. Homonym. l. 5. n. 28. pag. 462. & c. 6. n. 25. pagin. 549. Phil. Labbè de Sript. Eccl. tom. 1. pag. 211. Guglielmum Cave Hist. Liter. Scriptor. Ecclesiast. pagin. 436. Carolum Josephum *M*orotium in Theatri Chronol. * Carth. Ord. p. 4. n. 4. pag. 68. Ludovic. *M*orer. in magno Dictionar. tom. 1. pag. 637. novissime autem ejus meminerunt Bern. Pez Epistola X. Apol. pag. 240. & Felix Egger in Idea Ord. Hierarch. Benedict. lib. 2. par. 3. dissert. 8. num. 3. pag. 542. inter Sanctorum Patrum Illustratores.

* Cister.

*M*AV-

MAURUS A' MUTINA Philosophiæ Lector, in Monasterio S. Justinæ Patavinæ Pii Mutii, de quo infra, Magister, floruit circa an. 1595. ejus extant Mediolani in Bibl. S. Simpliciani à me visæ an. 1688,

Prælectiones in libros Posteriorum Aristotelis, & in ejusdem Prædicamenta, & in Porphirium libr. 2. in 4. quos eodem dictante scripsit prænarratus Pius Mutius anno 1595.

MAURUS ORBINI Patria Ragusinus Abbas S. Mariæ de Backe Ordinis S. Benedicti Congregationis * Melitensis, scripsit Italicè sequentes libros.

* Meleda in mari Adriatico.

1 *Historia del Regno de Slavi* (vulgo Schiavoni) impressam Pisauri an. 1601. in fol. in qua de Origine Slavorum, deque ab ipsis, eorumque Regibus rebus gestis usque ad annum 1370 fusissime agitur. Liber autem non solum cusus, sed scriptus est etiam Pisauri, ubi Auctor aliquandiù moratus fuit, ut in celeberrima per id temporis Ducis Urbinatis Bibliotheca, ad idem opus conficiendum, historicis studiis vacaret; cujus libri meminit Auctor Catalogi Præcipuorum Historicorum impressi Parisiis anno 1713. tom. 2. Class. 45. pag. 277. Illyricè autem

2 *Zarçalo Duhouno Istomaceno* iz yezikka Italians coga u' Dubrovacki po D. Mauru Orbinu Dubroucaninu Opatu od Svete Marię od Backe, od redą Svetoga Benedicta. V. Rimu, Polak Bartolomea Zanetta 1614. Idest

Speculum Spirituale explicatum, seu translatum ex lingua Italica in Ragusinam per D. Maurum Orbini Ragusinum Abbatem S. Mariæ de Backe Ordinis S. Benedicti. Romæ apud Bartholomæum Zanettum 1614. In fine autem Epistolæ nuncupatoriæ sic dicitur V. Dubrouniku na 20. Aprila 1606. za Fluxitti Vasce Gospotuo. Dum Maur. Orbin Opat od svete Mariæ od Backe idest Ragusii die 20. Aprilis; ad servitia vestrę Dominationis D. Maurus Orbini Abbas S. Marię de Backe: ex quo cognoscimus librum multo ante annum 1614. editioni paratum. Latinè

3 *Institutio Monastica* tribus libris expedita, quorum primus 20. Secundus 16. Tertius 18. capitibus constat, iis qui in Vita Monastica proficere cupiunt, per quam utilis: extat ms. in Monasterio Montis Caveosi in Lucania nostræ Congr. ubi etiam reperitur *Speculum Spirituale* Illyrica lingua impressum.

4 *Vita B. Nicolai de Prussia*, Casinensis Congr. Monachi extat ms. in Bibl. S. Georgii majoris Uenetiarum signat. num. 216. itemque

5 *Opuscula quinque Spiritualia* tom. 1. in fol. ms. in eadem Bibl. signat. nu. 118.

At mirabitur forte quispiam Maurum Orbini inter Casinen. Monachos, Scriptoresque a me recenseri, cum Abbas S. Mariæ de Backe Congr. Melitensis, tum in *Speculo Spirituali*, tum in *Historia Slavica* sæpius legatur, Sed cum ejus Opera tam impressa, quam mss. in nostris Bibliotecis reperiantur, quodque majus est, cum ad B. Nicolai Pruteni vitam scribendam animum adjecerit, hæc quidem indiciosunt, illum aut nostræ Cong. Monachis aliquando fuisse adscriptum, aut saltem in nostris Monasteriis longo tempore degisse. Id enim frequens fuit fere omnibus Melitensibus Monachis, qui celebre sibi nomen comparaturi, in Italiam ad Casinenses migrare, vel ut apud eosdem literarum studiis operam darent, vel si ferret occasio, ut inter Casinenses Monachos perpetuò admitterentur, consueverunt. Ita prorsus contigit * Basilio Gradi, qui primum Melitensis Monachus fuit, deinde ad Casinensem Cong. transivit, ex eadem ad Stagnensem Episcopatum assumptus. Anselmus etiam Bandurius, de quo item prima parte, ex eadem Melitensi Cong. in Italiam transiens, Aversę primum deinde Romæ ac demum Florentię in nostris Monasteriis, mox Pariiis apud D. Mauri Monachos optimis studiis eam operam dedit, quam doctissima, ac celeberrima volumina

* de quo supra par. 1.

mina ab eo hactenus edita Orbi Literario testantur; Fieri etiam potuit, Maurum Orbinum Casinensem primum Monachum fuisse S. Mariæ de Lacroma (nostræ Congr. Cœnobium est apud Ragusium) alumnis adnumeratum, eoque magis, quo in antiquis nostris Regestis inter Lacromenses Monachos D. Maurus à Ragusio anno 1555, die 25. Julii D. Benedicti Regulam Professus invenitur, (quæ sane Epocha optimè cum Mauri Orbini ætate congruere potest) ac deinde ad reformatam à nostris Melitensem Congr. transisse, ibidemque Abbatis dignitatem obtinuisse, qua ratione ipse Maurus in Hist. Slavica pag. 200. inter Viros illustr. Congr. Melitensis Chrysostomum à S. Gemiliano* recenset, & plurimum laudat, qui tamen indubitanter Casin. Monachus fuit, & postea Gregorii XIII. Pont. Max. jussu ejusdem Melitensis Congr. celebris Reformator, demumque Archiepiscopus Ragusinus. Denique etiamsi Orbinus Melitensis Monachus semper fuisset, quia tamen nostris in Monasteriis, more nostro, tamquam unus ex nostris diutius vixit, & pleraque ex suis operibus apud nos, vel composuit, vel reliquit, haud immeritò in hac Casinensium Scriptorum Bibl. honorificum sibi vindicat locum.

* de quo supr. I. C p. 1.

MAURUS PANDULPHINUS ingenua familia Florentiæ ortus, ibidem in Monasterio S. Mariæ* nostris adscriptus anno 1514. die 8. Octob., divinarum literarum, ac veræ sanctimoniæ ferventiori studio enituit. Fuitque ob insignes virtutes, præcipue ob voluntariam animi demissionem toti Urbi Florentinæ acceptissimus, magnâque habitus veneratione, cui proinde nobiles quique proprios liberos, pietate, ac scientiis instituendos certatim offerebant, quorum plures divinis meditationis, à sæculi vanitate abstractos, ad regularia claustra perduxit, plures annos Tyronum Magistrum egit, & in excipiendis Laicorum Confessionibus admodum laboravit. Jam Senior, religionis ergo, Sublacensem specum, Smi. Patris Benedicti adhuc pueri triennii incolatu percelebrem, adiit, ex quo spirituali gaudio gestiens, Florentiam reversus, haud ita multo post apud Buggianum, ubi Cœnobiolum S. Mariæ pariter nuncupatum Abbatiæ Florentinæ adnexum extat, in quo nonnullos annos permanserat, non sine sanctitatis opinione decessit die 2. Apr. ibidem sepultus in Cœmeterio an. 1574. ab emissa professione Monastica 60. Scripsit

* vulgo Badia

1 *Harmoniam, & Convenientiam quatuor sensuum Sacræ Scripturæ*, libris quatuor distinctam, quos Florentiæ in prælaudato Monasterio asservari testatur Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 72. pag. 437. nondum tamen excusos.

2 *Variorum Sermonum* libros quatuor, teste Eugenio Gamurini in Hist. Geneal. vol. 5. pag. 123. ubi à vitæ integritate, sacrisque studiis plurimum eum commendat. Item

3 *Exhortationem ad Sacram Communionem*: extat ms. Romæ in Bibl. Sapientiæ, tom. 2. Miscell. Sacr. Constantini Cajetani pag. 116. in fol. paginar. 13.

Præter Arn. de eo agunt Michael Pocciantius in Catalogo Scriptor. Florent. pag. 127. ubi Monachi Venerabilis, & Observantissimi titulis eum prosequitur. Ant. Poss. Appar. Sacr. l. 2. pagin. 424. edit. Venetæ an. 1606. Gabr. Bucel. in Bened. Rediv. ad an. 1559. Plac. Pucc. in Appar. Histor. de Vir. Ill. Abb. Florent. c. 9. pag. 62. (ubi meminit etiam Clementis Pandulphini ejus Germani fratris, ejusdemque Florentini Cœnobii alumni ann. 1505. Viri scientiis omnibus eruditissimi, tantoque, præter alias virtutes, humilitatis, ut ipse quoque exemplo ejusdem Mauri Episcopatum Trojanum in Samnio à consanguineo Episcopo Iacobo Pandulphino, ut eorum alteruter illum obtineret, dimissum, constanter respuerit) qui tandem Venetiis in S. Georgio M. an. 1550. magnum sanctitatis odorem diffundens, Spiritum Deo reddidit. Iterumque in Chronico Abbat. Floren. pag. 137. de Mauro Pandulphino honorificè loquitur. Novissime Julius Negri S. J. in

in Hist. Script. Florent. pag. 408. col. 2. edit. Ferrar. an. 1722. quorum omniũ Auctorum laudes optime consonant cum iis, quæ in Necrolog. Monachor. Abbat. Florent. de eodem Mauro habentur pag. 36.

MAURUS SELLORI Romæ natus, sed ex Hetruria oriundus, inter D. Pauli de Urbe alumnos receptus est anno 1684. Philosophiam, ac Theologiam Panormi primum, mox Aretii in Tuscia Monachos aliquandiù docuit. Romam reversus *Pœnitentiarii* munere anno Jubilæi 1700. in Patriarchali S. Pauli Basilica fuit perfunctus; postmodum ad Sublacense Monasterium missus fuit an. 1716. indeque Aversam discedens, ibidem in Monasterio S. Laurentii apoplexia correptus vivere desiit anno 1718. ætatis circiter 55. Scripsit quædam opuscula, quorum hic titulus

1 *Series Sacrorum Rituum*, ac eorum ad hos spectantium, servata in aperitione *Portæ Sanctæ* Patriarchalis Basilicæ S. Pauli, ab Emo, ac Rmo D. D. Bandino Tit. S. Pancratii S. R. E. Præsbitero Cardinali Panciatico Smi D. N. Papæ Prodatario, tamquam Congr. Casin. Ord. S. Bened. Protectore Vigilantissimo ad hoc specialiter Legato à Latere designato à Smo D. N. Innocentio XII. feliciter regnante, anno Jubilæi 1700. Romæ ex Typographia Horatii Campana 1701. in 4. Quamvis autem P. D. Prosper Tinti a Cremona Congr. nostræ per id temporis Gener. Procurator, in Epistolâ nuncupatoriâ ad eundem Cardinalem eidem libello præfixâ, asserat, *se brevi calamo eam seriem percurrisse*, id tamen honoris gratia dictum constat, ut a digniori persona, publicoque officio fungente libellus Cardinali nuncuparetur, cæterum ejusdem Procuratoris jussu à Mauro exaratus fuit.

2 *L' Anfitrione Comedia* tradotta dal Latino di Plauto nell' Idioma volgare da *Romulo Dolseri* (quod nomen anagrammaticum est *Mauro Sellori*) In Roma l' anno 1702. nella Stamperia d' Orazio Campana in 8.

3 *Monumentorum omnium*, sive ad historiam, sive ad ornatum sacri Sublacensis Protomonasterii spectantium, quæ in ejusdem ambitu visuntur, *Areola* ab injuriis temporum vindicata, jussu & consilio Rmi P. D. Flaminii Avanzi Romani, Abbatis Claustralis an. 1717. est ms. in eodem Monast. In quam videlicet Areolam Maurus non solum Inscriptiones omnes, & Carmina tum antiqua, cum recentiora, ne temporis edacitate omnino delerentur, fideliter excripta, sed multa etiam alia, quæ ad ea dilucidanda conferre possunt, partim ex Villelmi Narnien. Chronico, partim ex aliis libris desumpta, abunde, ac diligenter congessit. Sed optandum, ut idem quoque de sacri Specus, Ecclesiæ, ac Cœnobii quingentos fere passus in sublimiori montis latere distantis, Inscriptionibus, aliisque Ecclesiasticæ antiquitatis monumentis, quæ ibidem plurima existunt, à quopiam erudito viro accurate præstetur, nam ob diuturni temporis damna in dies evanescunt, atque adeo intellectu, ac visu difficiliora redduntur.

MAURUS SPINAZZI Regulam nostram Professus in Cœnobio S. Ioannis Evangelistæ Urbis Parmensis an. 1639. die 8. Decembris fuit Prior. scripsit

Quædam in Defensionem Sanctæ Sedis occasione Controversiarum, quæ agitabantur elapso Sæculo XVII. Ita prorsus refert * Andreas Rayoerius in *Historia Panegirica S. Anselmi* tom 1. in Præfat. ad Lectorem, ex Raynutio Pico in Appendice Variorum Virorum Illustrium Parmensium. * Dece 1. par. lit. A. pag. 17.

MAURUS TANTUCCIUS parvo quidem loco Territorii Aretini vulgo *Bucine* dicitur, natus est; sed Florentiæ in Cœnobio S. Mariæ, quod *Badia* vocatur, Monasticam professionem edidit an. 1626. 15 Januarii. Patavii deinde, Cæsare Cremonino Magistro Philosophiæ operam dedit, Doctorisque lauream est consequutus; jamque Doctrinæ fama satis notus, Salisburgum à Principe

Archiepiscopo accersitus, moralem Theologiam, Sacrosque Canones in Monasticâ illâ Academiâ plures annos publice docuit. Reversus Florentiam, dum Parochum ageret Sancti Simonis, quæ Ecclesia est Monasterio nostro subjecta, pluribus etiam literariis muneribus abunde faciebat satis, nam Doctorum Collegio adscriptus, Serenissimi Caroli Cardinalis Medicei Theologus, Diœcesis Fesulanæ *Examinator*, & *Visitator*, sacræque Inquisitionis *Consultor* electus fuit, nostra denique Congr. his virtutum, ac honorum titulis Prioris dignitatem adjunxit, qua variis in Monasteriis plures annos egregiæ persunctus, Mantuæ tandem in Monasterio Padolyronensi laborum, ac vitæ finem invenit, anno 1656. scripsit

1 *Moralis Theologiæ Tomos sex*, quorum primus *De Sacramentis*, quamvis imprimi Genuæ incepisset, ob Auctoris tamen mortem, ac subinde pestilentiam insequutam, usque ad impressionis finem progredi non potuit, itaque semi excusum in Biblioth. Abbatiæ Florentinæ adhuc visitur; reliquis tomis eadem de causa deperditis; item

2 *Sermones, sive Conciones Sacras*.

De eo agit Plac. Pucc. in Chronico Abbat. Floren. pag. 163. & Ber. Pez Epistola x. Apolog. in Catal. scriptorum Ord. nostri ab anno 1600. pag. 253.

Placet autem hic referre, quod eidem Mauro Florentiæ accidisse Puccinellus refert. Quum enim Abbatis sui jussu, qui eum ad curam animarum prædictæ Ecclesiæ S. Simonis elegerat, Archiepiscopo Florentino Nicolinio sese approbandum obtulisset, ab eodem Archiepiscopo repulsam tulit, quamvis ad interrogata optime respondisset, quia nimirum Archiepiscopus nolebat hujusmodi Ecclesias curam animarum habentes à regularibus administrari. Sed Romam appellantibus Monachis, examen ad Episcopum Fesulanum remissum est, qui perspectâ Mauri doctrinâ, eum libentissime admisit; eâ itaque occasione Maurus Theologiæ Moralis studiis impensius incubuit, sexque illos tomos in folio supra memoratos eâ de scientiâ conscripsit publica quidem luce dignissimos.

MAXIMUS AB ARETIO in Monasterio Sublacensi D. Benedicti asseclà fieri voluit anno 1574. die 29. Sept. fuit Decanus, ac deinde Abbas *Titularis*, obiit anno 1622. die 26. Ianuarii hora 5. noctis; Conatus est autem, dum viveret, Legislatoris nostri res gestas Italicis Carminibus decantare, composito Poemate hujusce tituli.

Vita, e Miracoli di S. Benedetto da Norcia Padre delli Monaci Occidentali in ottava rima, cavata dal secondo libro delli Dialogi di S. Gregorio Papa, composta dal R. P. D. M. A. (idest D. Maximo Aretino) Professo del Sac. Monastero Sublacense; constat Canticis XII. incipit

Molti gia far, che per fuggir l' eterno
Oblio, rivolto il cuore a grand' imprese &c.

Extabat Superioribus annis ms. in 4. Romæ in nostra D. Pauli Bibliotheca à me visa, atque lecta &c.

MAXIMUS MASI nobili genere Florentiæ ortus, ibidem in prælaudato S. Mariæ Cœnobio Monachus factus anno 1527. die 28. Octob. ac deinde Abbas an. 1557. Vir integritate vitæ, Literarum, & Linguarum præsertim Græcæ, & Hebraicæ peritia conspicuus, in rebus item agendis singulari prudentia, ac dexteritate pollens, floruit temporibus Pii IV. & Pii V. Pontificum, quibus, aliisque Principibus acceptissimus fuit. Abbas Sublacensis cum esset, Summi Pontificis jussu Parmam adiit, ut in tota illius Principis ditione majoris *Pœnitentiarii* munere fungeretur: An. vero 1587. dum Placentiæ in Monasterio S. Sixti degeret, & regularis observantiæ, omniumque virtutum exempla ederet, mortalem

talem vitam piissime explevit ætatis anno 77. variis relictis doctrinæ suæ monimentis, inter quæ sunt

1 *Aretæ Cæsariensis Episcopi Commentaria in Apocalypsim*, de Græco in Latinum Sermonem translata, impressa Basileæ anno 1553. in 8.

2 *O-Ecumenii Commentaria in omnes D. Pauli Epistolas*, ex eadem lingua in Latinum conversa; ibidem tomis duobus; de quibus ita Arn. Wion in eodem Maximo: *Cum quædam in fronte Capitulorum apposuisset Fidei Catholicæ inconsona, ob id à Sac. Trident. Synodo damnati ejus labores fuerunt.*

3 *Epistolarum liber*, Latino quidem termone, sed Græcis, atque Hebraicis sententiis identidem conspersus, qui ms. extat Romæ in Bibl. *Sapientiæ* in pr. tom. Miscell. Constan. Cajet. quarum plures datæ sunt anno 1544.; plures item scriptæ ad Dionysium Faucherium * Monachum Lirinensem, valde utiq; eruditæ, ac eloquentes, inter quas insignis ea est, quam ad Episcopum * Montispessulani pro causa Lirinensi dedit. Cum scilicet Monachi Casinenses Lirinum missi, malignorum quorundam opera in suspicionem adducti fuerant conspirationis cum Hispanis adversus Gallos, quam calumniam ipsemet Faucherius scriptis ad eumdem Episcopum, aliosque Principes Viros doctissimis Epistolis egregiè diluit, & denique Petrus * Paulus Benalli Superiorum Congr. nostræ jussu Parisios profectus, eloquentiâ, ac prudentiâ sua è Christianissimi Regis Henrici IV. mente penitus abstersit.

* De eo sup. lit. D. pag. 50.

* Montpellier.

* De eo infr. lit. P.

De Maximo agunt idem Arn. in Additionibus Lign. Vit. pag. 888., & seq. Michael Poccian. in Catal Scriptor. Florent. pag. 121. Ant. Poss. Appar. Sacr. tom. 2. pag. 428. juxta editionem Venetam an. 1606. Plac. Pucc. in Chronic. Abbat. Florent. pag. 86., ubi narrat eum fuisse præcipuum, ac intimum Consiliarium Ducis Parmensis, eâque de causâ à Sũo Pio v. Pont. Max. Parmam directum, ut nempe ejus consiliis, ac opera in negotiis præsertim Ecclesiasticis Dux ille uteretur. Sed ejus translationes perperam cum translatis operibus confundit, asserens eum scripsisse *Commentaria in Concilium, & transtulisse ex Græco Apocalypsim, & Aretam Episcopum Cæsariensem*; cum Maximus Commentaria ipsa Aretæ in Apocalypsim, & OEcumenii in Epistolas D. Pauli ex Greco transtulerit. Iterumque de eo agit in Appar. hist. de Vir. Illust. Abbatiæ Florentinæ pag. 27. In Necrologio Monachorum Abbatiæ Florentinæ pag. 45. laudatur Maximus Masi à Græcæ, Latinæque linguæ peritia, diciturque ejus Patruus, qui Parmensis Ducis erat à secretis, dono dedisse, eodem Maximo procurante, Bibliothecę Florent. sacra Biblia, tomis octo, & quadruplici lingua distincta, Hebraica videlicet, Caldaica, Gręca, & Latina: Maximum vero undecim ante obitum annis paralysi acriter vexatum, singulari patientiâ laboriosum adeo morbum sustinuisse narratur, tandemque febri correptum ad extrema devenisse, Ecclesiæ Sacramentis devotissimè sumptis, & in sepulchro Patrum, & Fratrum suorum tumulatum.

MAXIMUS SEREGNO nostræ Congregationis Monachus transtulit è latino in Italicum sermonem

La Vita, e Miracoli di S. Colombano Abbate, già scritta in Latino dall'Abbate Giona &c. In Venezia anno 1630. per Evangelista Deuchino.

De eo ejusque libro loquitur Petrus * Aloysius à Turre in præfatione, Vitæ ejusdem S. Columbani à se conscriptę pag. 32. & pag. 37. ubi eum, ejusque asseclam Petrum Mariam Campi, Historiæ Ecclesiasticæ Placentinæ Auctorem reprehendit, quod Baronii, ac Sigonii auctoritate posthabita, qui D. Columbani obitum anno 614. vel 615. assignant, ipse in annũ 604. illum rejecerit.

* De eo infr. lit. P.

MICHAEL patria Brixianus Monachus Congr. S. Justinæ, postea Casinensis, scripsit Dialogum.

mæ notæ lectione aureâ veluti clavi intima Scientiarum adyta sibi reseravit, doctrinæque aquisitæ specimen libris editis, Sacrisque Concionibus publice habitis, Reipublicæ Literariæ exhibuit; Tyronum Magisterium annis octo dum exerceret, discipulos Monastica pietate simul, ac melioribus scientiis diligenter instruxit; Prioris quoque munus annis 2. strenue adimplevit, tum in S. Martino, tum in Cœnobio * Montis Regalis, ubi à Francisco Cardinali de Iudice Archiepiscopo, cui ob doctrinam, morumque probitatem acceptissimus erat, Censor, seu *Examinator Synodalis* constitutus fuit. Anno tandem 1710. in minoribus Comitiis nostræ Congregationis Abbas electus, variis per Siciliam Monasteriis præfuit. Obiit demum sanguinis impetu suffocatus intra horam anno 1727. die 26. Nov. Abbas Ss. Benedicti, & Aloysii in Urbe Panormi ætatis suæ LXXVI. Opera autem, quæ edidit, sic prænotantur. * Monreale

1 *Descrizione del Real Tempio, e Monasterio di Santa Marianuova di Monreale,* Vite de suoi Arcivescovi, Abbati, e Signori, col Sommario de Privilegii della detta Santa Chiesa; di Gio: Luiggi Lello; * ristampata d'ordine dell' Illustrissimo, è Reverendissimo Monsignore Arcivescovo Abbate D. Gio: Ruano, colle osservazioni sopra le Fabriche, è Mosaici della Chiesa; La continuazione delle vite degli Arcivescovi; Una Tavola Chronologica della medesima Istoria, è la notizia dello stato presente, e un' altra tavola Topografica dell' Arcivescovado Opera del Padre D. Michele del Giudice Priore Casinense, In Palermo nella Regia Stamperia di Agostino Epiro l'anno 1702. Est ingens volumen in fol. in quo Jo: Aloysii Lelli Opus (seu verius Cardinalis Ludovici de' Torres Archiepiscopi, cui Lellus erat à Secretis) paginis 44. absolvitur; reliquum autem nostri Michaelis est labor, multa undique scatens eruditione. ad calcem additur libellus *de Reedificatione Monasterii* S. Martini de Scalis O. S. B. ante 200. annos à pio Auctore conscriptus, & opera Ludovici Arce I. C. in lucem olim editus Romæ apud Zanettũ an. 1596. iterumq. opera nostri Michael. in hoc volum. impressus. * Romæ an. 1596. apud Zannettum in 4.

2 *Ad dissertationem de dignitate Historiæ Siculæ extemporaneæ observationes, & auctarium* (ad opusculum scilicet Augustini Inveges, cui titulus, *Ad annales Siculos præliminaris apparatus*) Panormi apud Io: Napoli an. 1703. cui opusculo Michael primo addidit 12. Auctores antiquos, quorum opera deperdita sunt, qui de rebus Siculis olim scripserant, ab Inveges prætermissos. 2. XXI. Auctores extantes, & impressos de Rebus Siculis pariter ab Inveges omissos. 3. XXXIII. Auctores mss. de Rebus Siculis pariter prætermissos, denique addidit LXXV. Auctores qui de rebus Siculis scripserunt, & post annum 1654. quo Inveges scripsit, editi sunt; In observationibus autem ad §. 12. fuse defendit veram Cyclopum Historiam, idest Gigantum Siciliæ, Nepotum nempe Japhet, & Javan filiorum Elisæ, qui Gigantea Corporis, & roboris mole fuerunt celebres. Numero 64. recenset etiam opus suum Additionum ad Lellum, & pag. 97. dicit, se in animo habere, omnium qui extant ex antiquis, exterorum Scriptorum de rebus Siculis loca, iisdemmet eorum verbis in unam Siculam antiquam Bibliothecam colligere, & magno emolumento Historiæ Siculæ, & Insularum adjacentium Civilis, Naturalis, & Topographicæ ad publicam utilitatem in lucem proferre, vel saltem brevi libamento se prolusurum, innuendo solummodo loca antiquorum omnium Poetarum, & Historicorum, Philosophorum, Oratorum, & Patrum, tum Græcorum, tum Latinorum, in quibus de rebus Siculis mentio habeatur; adversaria, quæ proprio usui colligere inceperat, aliorum commodo, aut curiositati, ad patriis soli gloriam se perficere, & impertiri paratum esse. Descripsit etiam Michael plures, easque annuas D. Rosaliæ Festivitates, Panormi maximo apparatu celebratas; Machinarum insuper formis, totiusque

pom.

pompæ ordine a se adinventis, atque dispositis; deque ea re lucubrationes hisce titulis distinxit.

3 *Palermo Magnifico nel trionfo dell' anno* 1686. rinovando le Feste dell' Invenzione della gloriosa sua Cittadina S. Rosalia, osservato, e descritto dal P. D. Michele del Giudice Casinense. In Palermo per Tommaso Rummulo l'anno 1686. in fol. pagg. 190. præter præfationes.

4 *Compendiaria notizia della Festa di S. Rosalia Vergine Palermitana*, fatta nell' anno 1695. In Palermo per Agostino Epiro 1695. in 4.

5 *Breve notizia dell' Applauso festivo nella Solennità di S. Rosalia Verg. Palermitana*, fatta celebrare nell'anno 1696. In Palermo per Agostino Epiro 1696. in 4

6 *L' Applauso delle Corone nel solenne trionfo di S. Rosalia Vergine Palermitana* dell'anno 1697. In Palermo per Agostino Epiro 1697. in 4.

7 *La Sposa de' Sagri Cantici*, figurata nella solennità di S. Rosalia V. Palermitana dell'anno 1699. ibidem apud eumdem, eodem an. 1699. in 4.

8 *Le Guerriere Conquiste* di merito, e di gloria della Palermitana Heroina S. Rosalia, dichiarate valevoli a perpetuare la Pace, ed esposte nel trionfo solennizzato dell'anno 1701. per 4. giorni; ibidem apud eumdem an. prædicto 1701 in 4. Hæc autem opuscula in D. Rosaliæ Festivitates, si primum excipias, sine Michaelis nomine prodierunt.

Multa insuper alia Michael conscripsit, inter quæ hæc prælo jam destinata

9 *De Re Literario Elucubrationes* eruditas, in quinque libros distinctas.

10 *Panegirici, Discorsi, e Componimenti Accademici*.

11 *Discorsi Morali sopra i Simboli di Pitagora*. molitur demum *Siciliā Illustratā*. Item alia hæc ejus mss. post ejus obitum invenia sunt.

1 *Piante di tutte le Città, Terre, e Borghi della Sicilia*, con una breve descritione di alcune delle dette Città, Opera incominciata, e non terminata. 2. *Regum Siciliæ Imagines, & Elogia* à Comite Rogerio ad invictissimum Imperatorem Augustum Carolum VI. inter Siciliæ Reges III. fauste Regnantem. 3. *Notizie, e congbietture sopra un Antico Sepolcro* novamente ritrovato in una caverna in Portella a mare sette miglia distante da Palermo verso l' Oriente nell' anno   4. *Dissertatione Istorica* sopra del Titolo di Re di Gerusalemme, che conviene a gli Re di Sicilia, e con eguale raggione alli Duchi di Savoja, come Regj di Cipro, per l'ereditario diritto, che li primi, ed i secondi vi hanno; consegrata alla Maestà di Vittorio Amadeo invittissimo, e glorioso Re di Sicilia, di Gerusalemme, e di Cipro. Con due Alberi di Genealogia. *Il primo della Successione* delli Re di Sicilia, e delli Re di Cipro alle raggioni per il Regno di Gerusalemme, più valide, che di qualunque altro Potentato, che vi pretende Il secondo della successione delli Re di Sicilia a tutte le raggioni al Regno di Gerusalemme tanto nella linea degli Re Aragonesi, quanto in quella di Castiglia, e poi degli Austriaci; con una *Ristretta Notitia di tutte le raggioni*, che hanno li Re di Sicilia, e li Re di Cipro nel diritto, e titolo di Re di Gerusalemme. 5. *Notizie Istoriche di tutti li Monasterj Benedittini* della Sicilia così di Vomini, come di Donne, così del primo istituto, che delle Congregazioni, o di Cisterciensi, o di Monte Vergine, o di Monte Oliveto, o di altre. Opera non terminata. 6. *Sagre Notizie, cioè una Disquisizione Monastica Canonico-Istorica* nell' occasione, che i RR. PP. Basiliani di Sicilia, ed Italia non distinguendosi dalli RR. PP. Benedittini nell' Abito, e nella Tonsura totalmente si confondono dopo, che quelli si hanno in questi ultimi tempi tolta la barba. Distinta in tre Articoli, Il primo della prima divisione in diversi nomi, ed istituti degli Ordini Regolari, Il secondo dell'uso costante sempre tenuto nella Chiesa, che tutti gli Ordini

dini Regolari si distinguessero fra loro nella diversa forma dell'Abbito, e della Tonsura. Il terzo dell'Inconvenienza contro le Leggi, e Consuetudini Ecclesiastiche, che li PP. Basiliani di Sicilia, e d'Italia non si distinguono nell'Abbito, e nella Tonsura dalli PP. Benedettini della Congregazione Casinense. Justum volumen in 4. licet non omnino completum, summa, & admirabili eruditione undique refertum, postremus, dignusque tanti Viri fetus, qui ad ultimum usque vitæ spiritum, in ipsâque, quâ decessit nocte, in eo concinnando strenue laboravit. De eo honorificam mentionem faciunt, Ant. Mong. Biblioth. Siculæ tom. 2. pag. 76. & ipso teste etiam Balthassar Pisanus in Harmoniis Ferialibus pag. 100. Vincentius Auria in Hist. Chronolog. Proreg. Sicil. pag. 208. Io: Baptista Pacich, *Memorie novelle de viaggi* par. 1. pag. 117. Io: Maria Amatus *in Notis ad Orat. prim.* num. 37. pag. 56. Io: Andreas Massa *in Civitatibus Siciliæ non existentibus* pag. 37. & *in existentibus* pag. 209. aliique. Auctores item Ephemeridum Literatorum Italiæ an. 1710. tom. 2. art. 17. pag. 504. & seq. ubi asserunt ejus operâ prodiisse Apparatum Augustini Inveges ad Annales Siculos cum suis Annot. & Addit. an. 1709. ipsumque laudant, quod notabiliter auxerit opus Inveges, adeout copiosa Scriptorum Siciliæ Bibliotheca nunc dici possit; Io: Bapt. Carusius *In Bibliotheca Historica Regni Siciliæ*, Panormi 1723. in Præfatione ad Lectorem ,, Dein vero cum eruditissimus Abbas *Michael de Judice* Auctoribus Italorum Literatorum Ephemeridis *, proponeret, colligendi, ac in unum accurate conferendi Scriptores non paucos ad Siculam Historiam pertinentes; (& post quædam) Amplissima denique monumenta, quæ à pag. 905. ad finem Operis leguntur, ex variis Auctoribus Græcis, & Latinis excerpsit supralaudatus Abbas Michael de Iudice.

*Tom. 6. art. 14 pag. 510.

MODESTUS CICCOTTUS, alias de Brunis, Patria Pisanus Monachus factus est Perusiæ in Monasterio D. Petri an. 1585. die 10. Nov. Vir pius, & humanis, sacrisque literis eruditus; qui Prioris munere sibi demandato laudabiliter perfunctus, tranquillioris, sanctiorisque vitæ studio Prioratu dimisso, Abbatis Titulo honestatus fuit; scripsit

1. *Orationem in morte D. Desiderii à Brixia* Abbatis S. Petri; quæ fuit impressa Astæ * apud Virgilium de Zangrandis an. 1592. item 2. *Orationum librum*, quem in lucem edendum curavit D. Fabritius Geminianus * Cathedralis Ecclesiæ Capellanus, & Rector S. Felicis Pisarum; Pisis apud Io: Fontanam an. 1617. in 4. 3. *Ammaestramento Cristiano* del M.R.P.D. Modesto Ceccotti da Pisa Monacho Casinense e Priore in S. Pietro d'Assisi, trodotto dalla Latina nella lingua Italiana da Pietro Salvi in Assisi 1617. Per Giacomo Salvi in 16.

* In Liguria.

* Primatialis.

De eo Arn. Wion lign. Vit. l. 2. cap. 72. pag. 438. ubi eum in vivis fuisse an. 1595. testatur, & Plac. Pucc. in Appar. Hist. de Vir Illustribus Abb. Floren. cap. x. pag. 85. ubi vitæ integerrimæ Virum illum appellat.

MODESTVS VENDEMINI nobili Stemmate Cæsenæ ortus, in Cœnobio S. Mariæ de Monte extra eandem Urbem Monasticis Votis se obstrinxit anno 16. . . die . . . . cujus postea Asceterii Abbas fuit, & Nostræ Congr. Visitator; Utque erat Scholasticis disciplinis, Sacrorumque Canonum studiis apprime excultus, librum composuit, divinæ Paginæ, Sanctorum Patrum, Juris Ecclesiastici auctoritatibus, celebriorum Theologorum rationibus, aliorumque etiam profanor. Scriptor. sententiis omni ex parte vallatum, in quo Propositiones XXVIII. ab Alexandro VII. proscriptas solide, ac nervose confutat, scholasticâ ubique methodo servata, hoc præfixo titulo

Propositiones confutandæ juxta mentem SS.mi D. N. Alexandri divina providentia Papæ VII. Est pag. 116. in fol. Incipit, ,, post enunciatam primam propositio-

tionem. „ Fides est virtus supernaturalis inclinans intellectum ad credendas „ veritates à Deo revelatas, propter ejus authoritatem; Finit. interim hic confu- „ tationis harum XXVIII. Propositionum sit finis, in quo omnia Sacrosanctæ Ec- „ clesiæ Romanæ, quæ omnis Veritatis Columna, & Magistra est, judicio, cen- „ suræ, Fideique Censorum correctioni, omni, qua par est, reverentiâ, & hu- militate submitto „ est apud me unà cum aliquot ejusdem familiaribus Concionibus ad Monachos habitis, ex dono D. Hippolyti Pugnetti Decani &c. Obiit Modestus extra Cæsenam in prædio Monasterii septem passuum millibus ab ea Urbe distante vulgo dicto, *La Bagnarola* anno 1698.

N

NICOLAUS DE ALBICIS nobili genere Florentiæ natus, nostræ Congr. Monachus, ac S. Benedicti de Padolyrone alumnus an. 1443. die 30. Maii, & deinde Prior Cœnobii Ss. Pauli Ap. & Benigni Martyris *de Capite Phari* in Urbe Genua an. 1471. demumque Abbas S. Angeli Cajetæ, scripsit simplici stylo, Latinaque lingua

Compendiariam Historiam ejusdem Monasterii S. Benigni ab anno 1101., quo ab Othone Abbate olim S. Victoris Massilien. & postea Episcopo Genuensi erectum fuit, usque ad annum 1460., quo sub Pio II. Pont. Max. ad Congr. S. Justinæ, mox Casinensem, transivit; extat ms. in 4. pagg. 40. in Tabulario prædicti Cœnobii, quam Auctor nobili viro Marco de * Auria patritio Genuensi dedicavit, Epistolam nuncupatoriam sic exordiens.

* Doria.

„ In nomine Dñi nostri Jesu Christi, Amen: Animadvertens, Vir nobilis „ Marce de Auria animi vestri desiderium, quod circa hoc Monasterium Ss. Pauli „ Apost. & Benigni Martyris laudabiliter concepistis, prout insigni opere manifeste „ dare, Nosq; reciprocâ erga Vos amoris vice affecti &c. ex præfato Monast. 1471. „ X. Martii Nicolaus de Albicis de Florentia Monachor. minimus „ Hist. vero sic

„ Primo notandum est, quod anno Dñi 270. vel circa, sub Aureliano sævissi- „ mo Imperatore Servus Dñi Sacerdos, & Christi Martyr Benignus &c.

Plac. Pucc. in Chron. Abb. Floren. pag. 54. in Bernardo Placentino Abbate XXXIII. anno 1460., qui etiam fuit Abbas S. Justinæ, meminit *Nicolai Albici* eodem anno ibidem Monachi. „ Spedì alla Corte Romana D. Nicolao Albi- „ zi suo Monaco per sollecitare la sentenza contro li Minoriti di S. Rocco di Ve- „ nezia, li quali pretendeano possedere il corpo di S. Luca, che verdidieramente „ era in Santa Giustina, e ne fece con pompa solenne la Translazione „ & iterum ibidem pag. 56. ubi asserit ad Hieronymum Alliottum Aretinum Abbat. * scripsisse Nicolaum Epistolam Latina lingua, quæ in Archivo Aretino inter cæteras Doctorum Virorum Epistolas ad eundem Alliottum asservatur.

* De quo sup. lit. H.

NICOLAUS VIGNALI à Bononia in S. Proculo ejusdem Urbis D. Benedicti Regulam professus est anno 1640. die 1. Nov., pervenitque usque ad Decanatus officium, quod apud nos est aliarum dignitatum veluti janua, nam haud multum provecta ætate anno 1667. die 25. Julii, vitæ 49. fatis concessit. At dum vixit vehementi studio flagravit rem Monasticam tum Cœnobii sui, tum aliorum in Urbe Bononiensi Monasteriorum pro viribus illustrandi, quod ut assequeretur, nec laboribus, nec vigiliis umquam pepercit, laborumq; ac vigilarum fructum ingens, ac perutile Opus protulit, cui titulum dedit

Chro-

Cronologia del Monasterio di S. Procolo di Bologna, è degli altri Monasterii Benedettini dell'istessa Città, con altre cose, che hanno connessione, e relazione col Monasterio di S. Procolo, è cogli altri Monasterii; sunt Tomi tres in fol. addito quarto pro Indice aliorum trium, qui mss. extant in Tabulario prædicti Monasterii, pluries ibidem a me visi; Primus tomus constat pag. integris 493. Secundus paginis 492. Tertius paginis 53. non enim est completus. Opus incipit ab anno Æræ Christianæ 270. & pervenit usque ad an. 1667. In quos Notitias omnes præteritarum rerum ad Monasterium illud pertinentium, nostrorum insuper Privilegiorum, ac Sententiarum favorabilium congessit, lustratis summa diligentiâ Scripturis, Rationum Libris, aliisque mss. ejusdem Monasterii monumentis; ex quibus, quoad fieri potuit, ea omnia desumpsit, & in Opere ordinavit, quæ ad prosperum, ac expeditum ejusdem Cœnobii regimen quomodolibet conferre possunt.

NICOLAUS DONATI à Camajori Lucensium appido, apud S. Eugenium Urbis Senarum Monachus factus an. 1514. die 21. Martii, vir in bonis literis apprime versatus, scripsit Latino sermone Historias, quibus Acta Senensium, bellumque Hetruscum non minori veritate, quam diligentia narrantur; eas hisce titulis distinxit.

1. *Rerum à Senensibus gestarum* lib. 1. 2. *Belli Etrusci* inter Carolum V. Cæsarem, & Henricum II. Gallorum Regem libri duo.

De eo agunt Arn. Wion Lign. Vit. par. 1. l. 2. c. 75. pag. 443. ubi ejus libros mss. suo tempore extitisse testatur. Petr. Ric. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 463. plurimum eum laudans an. 1575. adhuc superstitem „ il quale essendo molto esercitato nelle buone lettere, ha fino a hoggi fatti tre libri d' Historie latine &c. le quali à giudizio di chi ne fa raggionare, sono state da lui con non minor verità, che dottrina tessute, è con bell' ordine „ Gabr. Bucel. in Nucl. Hist. tom. 2. ubi tamen erratur in Chronologia, cum sub annum 1124. floruisse dicatur. Plac. Puc. in App. Hist. de Viris Illust. Abb. Floren. c. x. pag. 79. ubi eum vocat, Virum vitæ integerrimæ, ac Doctrinâ clarum. Ipse etiam Nicolaus circa an. 1591. instituit Societatem *Confratrum* Laicorum sub invocatione, & titulo Sacratissimi Corporis Christi prope Ecclesiam *Sanctorum* Salvatoris, & Cyrini Abbatiæ nostræ ad *Insulam* nuncupatæ in ditione Senensi, & Diœcesi tunc Volaterrana, nunc vero Collensi; non dum enim Collensis Civitas ab Episcopatu Volaterrano disjuncta, & in Episcopatum erecta fuerat, eamque Societatem Nicolaus optimis, ac piissimis *Capitulis*, seu Regulis instruxit, quas Episcopi Volaterrani, mox Colleses unanimiter approbarunt, ac mirifice commendarunt, utpote ad divini cultus augmentum, & animarum salutem collimantes. Extant illæ mss. & libello in 4. contentæ, in Ecclesia ejusdem Soc. cauté custoditæ; in cujus libelli fronte sic legitur.

Al nome del Onnipotente, sommo, & vero vivente Dio, & del Sig. nostro Salvatore Jesu Cristo, ad honore del quale questa Venerabile Fraternita, o vero Compagnia, e eretta, instituita, ordinata, & fatta primieramente dal Servo di Cristo Jesù D. Nicolò da Lucca, con licentia, e volontà del R. D. Agostino da Milano dignissimo Abbate di questa Venerabile Abbadia di S. Salvatore, & Cirino dell' Isola, & per l' auttorità di esso R̃mo P. Abbate confirmata sotto il titolo, & invocatione del S̃mo Sacramento, vero Corpo di Jesù Cristo nostro Salvatore benedetto, si scriveranno tutte le Ordinazioni, Regola, Forma, & Modo, che osservare, fare, è tenere devino tutti li Confrati, che in essa saranno scritti.

NICOLAUS MINI Abbatiæ Florentinæ Monachus, id est in ejus Cœnobii familiam

miliam pro tempore cooptatus; cæterum cujus Monasterii Alumnus, seu, ut dicimus, *Professus* fuerit, mihi hactenus incompertum, scripsit Latino sermone

* De eo par. 1. lit. B.

Vitam Benedicti * *Bonsignorii* Florentini Abbatis *S.* Mariæ de Florentiâ, teste Plac. Puc. in Chron. ejusdem Abbatiæ pag. 87, quæ fuit Typis tradita Florentiæ, an. 1586. in 8. apud Georgium Marescottum in principio Operum ipsius Bonsignorii, estque pag. 14.

* Carolus Kopec Senator, & Castellanus Trocensis. Trocki)

NICOLAUS RICCIOLI, & Asmundo natione Siculus Patria Catanensis, *S.* Nicolai de *Areuis* ibidem asceta, ubi Monasticam professionem solemniter auspicatus est anno 156.. die 1. Nov. Vir fuit Scolasticis disciplinis apprime excultus, quas non solum Monachis tradidit, sed etiam in Catanensi Gymnasio, Doctoris laurea insignitus, publice docuit. At cum Poloniæ * Palatinus à Congreg. Nostra Monachos aliquot efflagitasset, ut eorum operâ, ac exemplo novam Congregationem Benedictinam, quæ *Castro Casinensis* vocanda erat, in Lithuania erigeret, Nicolaus è Casinensi monte, ubi tunc degebat, Superiorum nostrorum permissu, una cum aliis Monachis, quorum ipse erat veluti Dux, & Antesignanus, illuc strenue perrexit, ac præter Castro-Casinense, novellæ Congr. caput, *M*onasterium etiam S. Crucis excitavit, impensas omnes pro hoc subministrante Casimiro Radzovio Principe, ac Duce in Olika Procancellario, & Campi-ductore Lithuaniæ, quæ & alia Monasteria Nicolaus ad exactam, arctamque Benedictinæ Regulæ observationem ordinavit; Quamobrem à Clemente X. Pont. *Max.* annum agens ætatis 36. *Institutor, & Abbas Perpetuus* Cœnobii Castro-Casinensis renunciatus fuit. Anno vero 1679. è Lithuania redux, Siciliam revisit, ibi quidem reliquum vitæ, ubi Monasticæ Religionis initium hauserat, conficiendi, sed Monachorum Castro-Casinensium iteratis precibus in Lithuaniam revocatus, ibidem anno 1693. ex hac vita migravit, magno eorumdem Monachorum, bonorumque omnium, qui eum noverant, mærore. Ut autem Sacra Doctrina æque, ac zelo Catholicæ fidei pollebat, non ei satis fuit voce, & prædicatione plures Heterodoxos, ac Schismaticos ad Romanæ Ecclesiæ gremium reducere, nisi etiam pertinacium errores validis scriptis confutaret, composito volumine sequentis tituli.

1 *Præcipuæ Hæreticorum Fallaciæ* cum suis perspicacibus responsionibus; quod Opus, cum Catanam rediisset, typis Siculis consignare, ac publici juris facere statuerat, sed revertere coactus, unaque secum Opus suum in Lithvaniam reportans, ibidem, insequuta morte, illud ms. reliquit. Redegit quoque in compendium brevissimum, Regulam S. P. Benedicti, eam in unicum folium expansum coarctans, ut primo veluti intuitu tota oculis conspiceretur, ac facilius memoria retineretur; titulo apposito

2 *Summa Monasticæ disciplinæ* ex Regula Sſmi Patris Benedicti; Quæ ms. æque, ac impressa plurium *M*onachorum manibus teritur, ejusque aliquot exemplaria in Catanensi *M*onasterio asservantur, teste Bartholomæo de Alexandro à Paternione, in Chronico ms. Monasterii Catanensis, ubi de eo agit. In Reg. ms. pag. 209. sic de eo: *Abbas in Lithvania, ubi quatuor Monasteria ædificavit, & Castro-Casini* nomen imposuit.

NICOLAUS à SALODIO Monachus Cœnobii S. Benedicti de Padolyrone in agro *M*antuano, ab Arn. Wione Lign. Vit. l. 2. cap. 78. 464. refertur, una cum Columbano à Brixia, tamquam Auctor

Carminum, & Elogiorum, quæ tam Græca, & Hæbraica, quam Latina, Italica, & Hispanica lingua composita, affixa sunt tumulo Theophili Folengii, alias Merlini Coccai apud Campesium, ex quo illa idem Arn. exscripsit, quorum aliquaNosquoq. ex codẽ Arn. in pręmemorato Theophilo referemus. Vocat autem

Arn.

Arn. Nicolaum, & Columbanum prædictos *Poetas sui temporis non contemnendos.*

NICOLAVS MARIA DE TEDESCHIS Catanæ in Sicilia nobili genere ortus est anno 1672. ex ea nimirum familia, ad quam genus suum referre asserunt Abbatem illum celeberrimum S. Mariæ de Maniace, mox Archiepiscopum Panormitanum S. R. E. Cardinalem Nicolaum de Tedeschis Ord. quidem nostri Monachum, sed haud nostræ Congreg., quamvis Congr. nostre tempore floruerit, quod ex eodem omnino stemmate, ex sigillo, imagine ejusdem Cardinalis, quam Cataneη. Tedeschi hodieque apud se retinent, satis probatum videtur, licet aliqui aliter existiment. * Noster autem Nicolaus Maria adhuc adolescens Hierosolymitanis Equitibus, nunc Melitensibus, adscriptus, Monastici instituti desiderio, invitis licet Parentibus sub D. Benedicti vexillo Deo militare decrevit, in Monasterio S. Nicolai de Arenis, an. 1686. die 8. Oct. Ibi humaniores literas, ac severiores disciplinas, Theologiã præsertim Positivã, ut dicũt, æque, ac Dogmaticam, D. Felice * Roma præceptore, egregie didicit; itaque admodum juvenis vigesimo nempe ætatis anno Philosophiam ex D. Anselmi doctrina in Patria docuit, Catanensis Universitatis Theologica laurea donatus; an. vero 24. Conciones sacras publice habuit: Romæ deinde in nostro D. Anselmi Collegio opera ejusdem D. Felicis Roma, qui totius Congr. negotia tunc procurabat, scholasticam, ac dogmaticam Theologiam magno discipulorum profectu, nec minori nominis celebritate plures annos tradidit; Quamobrem Clemens XI. Pont. Max. ejus doctrinæ, ac probitatis accepta fama, eum inter sacri Indicis Consultores, sanctæque Romanæ, ac Universalis Inquisitionis Qualificatores admisit, nec multo post ad Liparitanum Episcopatum evexit, anno 1710., cum jam a nostra Congr. Prior electus fuisset, & brevi admodum Abbas eligendus foret. Sed parvo sane tempore apud Liparam mansit, gravibus enim Ecclesiæ suæ exigentibus causis, Romam paulo post rediit, ubi prælaudatus Pontifex sacrar. Congregationum Rituum, & Examinis Episcoporum *Secretarium*, sanctæque Inquisitionis *Consultorem*, ac eorumdem Episcoporum *Examinatorem* illum constituit, quibus provinciis omnium Ordinum plausu strenuè satisfacit; nec dubium est, imo pluribus in Romanâ aulâ notissimum statuisse Pontificem amplissimâ illum S. R. E. Cardinalis dignitate insignire, nisi ejusdem Pontificis insperata mors maximum hunc honorem Nicolao eripuisset; Post cujus decessum Nicolaus Episcopatu Liparitano dimisso, & ab Innocentio XIII. Archiepiscopus Apamiensis declaratus, prædictis in Urbe muneribus obeundis strenue incumbit. Cæterum cum Romæ *Lector* existeret in publicam lucem sequentes libros emisit, his titulis prænotatos.

* Mong. Bibl. Sic. p. 2.

* De eo sup. 1. par. lit. F.

1 *Schola D. Anselmi Doctrina* ad Logicam, Phisicam, Metaphisicam, Ethicam, Theologiam Scholasticam, & Dogmaticam accommodata, mille, & octoginta Thesibus ad mentem D. Anselmi Ordinis S. Benedicti Abbatis Beccensis, & Archiepiscopi Cantuariensis. Romæ apud Josephum de Martiis, Typis Joannis Francisci Chracas anno 1705. in 4.

2 *Sacræ Doctrinæ Synopsis*, in quâ universa Theologia tum Scholastica, tum Dogmatica, ad sacræ Scripturæ Auctoritatem, Pontificum sanctiones, Decreta Conciliorum, præcipuè vero D. Anselmi Ord. S. Benedicti Abbatis Beccensis, & Archiepiscopi Cantuariensis collimata, proponitur; Nec non ex Ecclesiastica historia selectæ Controversiæ ad illam spectantes, juxta veterum Scriptorum fidem, Chronologiæ rationem, & criticæ scientiæ leges excitantur, & dirimuntur. Romæ an. 1708. in 4. typis Nicolai de Martiis.

Jam vero Episcopus, & Romæ degens, scripsit Italice, suppresso tamen proprio nomine, & veluti ex persona domestici alicujus, & familiaris sui, libellum pagg. 99 tali donatum titulo

 Dise-

3 *Difesa della Verità* a favore di Monsig. Nicolò Maria Tedeschi Vescovo di Lipari, e della libertà, ed esenzione della sua Chiesa, contro le calunnie, e gli errori dell' Autore d'una Scrittura Spagnuola intitolata *Propugnaculò della Real Jurisdicion &c.* Romæ in fol. per Lucam Antonium Chracas; quamquam ejus nomen, & locus impressionis omittatur: dividitur in tres partes, in quarum tertia diffuse exponitur origo, & progressus Episcopatus Liparitani anterior ipsis Nortmannis, qui Siciliam ab Agarenorum tirannide substraxere. Item

4 *Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia* divisa in due parti dal Pontificato di Vrbano II. fino a quello di N. S. Papa Clemente XI. parte prima &c. Si aggiungono tre Indici, il primo de' capi (sunt num 35.) il secondo Cronologico de' documenti. Il terzo delle materie. In Roma l'anno 1715. in fol. pagg. 446. quod opus prius Latine composuerat; sed jussu prælaudati Pontificis in Italicum sermonem versum, typis tradidit.

De Nicolao Maria multis, magnâque cum laude agit Ant. Mong. Bibliot. Sicul. parte 2. pag. 93. Item Auctores Ephemeridum Literator. Italic. Venetiis impress. anno 1713. tom. 12. art. 16. pag. 49. In nostris Regestis scribitur pag. 245. in margine de eo, *Lector Sac. Theolog. Romæ, Prior, Episcopus Liparit. à Clem. XI. Secretar. Sacr. Rituum, Consultor Indicis, & Qualificator S. Officii*; & nunc etiam ejusdem S. Officii Consultor &c. ut supr. dictum est. Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson Ord. Prædicat. Histor. Ecclesiasticæ tom. 4. parte prima Colloq. 2. pag. 107. circa finem „ Hic
„ breviter tantum annotabo, paucis ab hinc annis gravem de hoc Vrbani II.
„ privilegio (*Monarchiæ nempe Siculæ*) exarsisse contentionem, & hinc inde
„ hoc de argumento libros fuisse conscriptos, quos inter, potissimum à Viris
„ eruditis commendatur liber Italico idiomate editus, cui titulus est, *Istoria del-*
„ *la pretesa Monarchia di Sicilia*, Romæ anno 1715.

ODE-

O

ODERISIUS PIERIUS natione Græcus, ex insula, & Urbe Chio, * nobilibus, & Catholicis parentibus natus, adolescens Romam in Græcorum Collegium missus, ibidem Latinas, Græcasque literas apprime didicit, ita ut deinde aliorum Juvenum in utraque lingua Præceptor constitueretur; Mutato postea Ritu ex Pontificia dispensatione, Francisci Cardinalis Barberini opera, apud Casinum inter Monachos admissus est an. 1671. die 21. Novembris, ubi humaniores literas sacrarum præsidio fulciens, dignum se præstitit, quem aliquot post annos Sacra Congregatio de *Propaganda Fide Visitatorem* Apostolicum in Tusciæ primum maritimas oras, deinde in Corsicam Insulam mitteret, ut Græcos illos, qui ex Peloponensi tractu, olim Laconia, nunc *Braccio di Maina*, ab Italis dicto, Turcarum Tyrannidem declinantes, eò aufugerant, ad Catholicæ Ecclesiæ gremium (erant quippe fere omnes Schismatici) reducendos curaret; Quod quidem magnis exantlatis laboribus, ac periculis, Deo favente, feliciter assequutus est Oderisius; demum cum ejus Gentis Græcus Episcopus, Paomiæ in eadem insula Corsica satis concessisset, Oderisius ab Innocentio XI. Pontifice maximo Vicarii Apostolici authoritate insignitus, eidem Genti præfectus fuit anno 1685. quo munere satis laudabiliter plures annos perfunctus, tandem se iterum Casinum recepit, Deo, ac sibi unice vacaturus, erat enim vir admodum pius; ibique anno 1704. diem suum obiit haud multum provecta ætate. Eum ego Casini e Romano Tyrocinio illuc missus aliquot annis vidi, ab eoque prima Græcæ linguæ elementa percepi; scripsit

1 *Summam Conciliorum*, & 2. *Elegiorum Sacrorum* librum eruditum, variisque ingenii acuminibus undique conspersum; quæ opera morte præventus publici juris, uti destinaverat, facere non potuit; Asservantur Casini mss. in Bibliotheca.

* Scio.

ODOARDUS BISSONI patria Vicentinus, in S. Joanne Evangelista Urbis Parmæ in Monachum attonsus est, anno 1682. die 8. Decembris; Vir Latina, Græca, Gallica, aliisque linguis doctus, ac multiplici eruditione, variisque Scientiis ornatus, haud vulgares in re literaria progressus fecit, majores nihilominus facturus, si optimis studiis, quibus sese devoverat, præ valetudine impensius operam dare potuisset. Ingenii certe sui dotes, ac vim, præcipue in arte oratoria pluribus Concionibus, tum *Adventualibus*, tum *Panegyricis*, quas Mutinæ, Genuæ, alibique magno semper Auditorum plausu, habuit, luculentissime patefecit. Illarum postrema ea fuit, qua Genuæ in Ecclesia Monialium D. Marthæ, quò Parmâ ad id muneris accitus fuerat, ejusdem Sanctæ laudes adeo concinne, erudite, ac apposite recitavit, ut Auditores omnes in admirationem adduceret, totamque Urbem nominis sui fama repleret; Sed paulo post lethali Hæmorroide invasus in Monasterio S. Catharinæ, pie, ac religiose vitam relinquere coactus fuit anno 1717. die 13. Augusti, ætatis suæ anno 52. omnium mærore, ac lachrimis comitatus. Ejus lucubrationes quas quidem scire potui, hæc sunt

1 *Orazione* detta nella Chiesa di S. Gio: Vangelista di Parma de Monaci Casinensi, nelle solenni Essequie fatte al Revmo P. Abbate D. Vitale Terraros-

fa

sa di Parma, già pubblico Lettore nell' Università di Bologna, e di Padova, dedicata al Revmo P. D. Giuseppe Maria de Conti Barbieri di Vicenza Abbate di S. Maria di Praglia. In Parma presso Alberto Pazzoni, e Paolo Monti 1690. in 4. est plurimum erudita. Eam refert Jo: Cinell. Bibl. Vol. pluteo xi. pag. 134. licet suppresso Odoardi nomine in lucem prodierit. Item scripsit, recitavitque

2 *Orationem funebrem* in obitu Revmi Patris D. Angeli Mariæ Arcioni Parmensis Abbatis S. Sixti. Placentiæ anno 1688.

3 *Orationem funebrem* in obitu Marchionis Lelii Boscoli Serenissimi Parmæ Ducis à secretis Status.

Cœperat etiam scribere hortatu Antonii Magliabechii Elogia historica Literatorum sui temporis, sed crebrescentibus morbis, aliisque occupationibus prohibitus, medio in cursu subsistere adactus fuit: Ejus leguntur aliquot Italicæ Epistolæ valde doctæ, ac eruditæ ad Equitem Prosperum Mandosium Romanæ Bibl. auctorem vol. 4. 5., & 6. Epistolarum Variorum ad eundem Mandosium.

* Tosi. ODOARDUS DE TONSIS * patria item Vicentinus Monasterii SS. Felicis, & Fortunati, quod prope Vicentiam situm est, alumnus effectus anno 1626. die 6. Januarii, deinde ejusdem, aliorumque Cœnobiorum Abbas; Vir fuit in Astronomia, Geometria, Arithmetica, aliisque Mathematicis disciplinis plurimum versatus, ac celebris, de quibus quamplurima reliquit mss. quorum tamen major, ac potior pars ablata post ejus obitum fuit, illa vero, quæ plagiarii effugerunt manus, vel quibus illæ pepercerunt, extant nunc in Bibliotheca ejusdem Monasterii in hos libros distributa.

1 *Astronomicorum* l. 1. in 4.

2 *Scripturæ Mathematicæ* tom. 1. in 4.

3 *Opus Arithmeticum*, *& Geometricum* tom. 1. in 4.

4 *Dialogo della Laguna di Venezia* con lettere diverse sopra l'istessa materia.

De eo in nostris Regestis mss. pag. 172. à tergo, ubi in margine sic; *Abbas Mathesis Professor*.

PAV-

P

PAULUS ANDREAS GUALTERIUS à * Catacio ulterioris Calabriæ Urbe, in Casinensi Cœnobio Monasticum institutum suscepit, anno 1650. die 13. Nov. & cum prompto admodum, facilique esset ingenio, in liberalibus Artibus, & præsertim Mathematicis disciplinis plurimum profecit, ut ostendunt plures Tractatus Mathematici, quos scripsit, hodieque extant mss. in Casinensi Bibliot. quorum unus Italicè hunc titulum præfert

* Catanzaro in Calabria

1 *Delle Progressioni Geometriche*, & uso mirabile di esse ne Problemi concernenti il guadagno, che divien' capitale; dedicato al Sig. Consigliero D. Trajano Miroballo Mathematico. Alter Latinè sic prænotatur.

2 *De Formatione Idearum*, quibus Trigonometria rectilinea Triangula resoluit. Protheoria, D. Josepho Majorana Cathedralis Ecclesiæ Aversanæ Canonico dicatus.

PAULUS AUGUSTINUS DE FERRARIIS honestâ admodum familiâ Genuæ natus, Monasterii S. Benigni in eadem Urbe primum, deinde, obtentâ translatione, Casinensis Archisterii alumnus evasit anno 1649. die 22. Octob. ut autem erat optimis studiis deditus, & religiosis moribus ornatus, per omnium inferiorum munerum gradus, in quibus integritatis, prudentiæ, ac industriæ laudem est consequutus, ad Abbatis dignitatem pervenit, qua cum in patria fungeretur, morte præoccupatus, ad immortalitatem transivit; Florenti adhuc ætate, imprimendam curavit.

Sssi Patriarchæ Benedicti Regulam, ex vetustissimis membranis Sac. Monasterii Casinensis, summa fide, ac diligentia exemplatam, cui varias Lectiones, & Notas addidit ipsemet Paulus Augustinus. Neapoli typis Novelli de Bonis an. 1659. Opus sane perutile, ac valde eruditum, sed quod Paulus Augustinus magna ex parte desumpsit ex Collectionibus Angeli * de Nuce, qui Notas eruditissimas in Vitam ejusdem Sssi Protoparentis, & in Chronicon Casin. concinnavit; quod quidem Paulus ipse Augustinus conceptis verbis ostendit in fine suæ præfationis; „ Sed quoniam (inquiens) ingenui est fateri per quos profeceris, illud „ vos tandem latere non patiar, me non pauca, quæ in Notas coegessi ex Adversa„ riis excerpsisse Rmi Patris D. Angeli a Neapoli Abbatis hujus Sacri Casin. Mona„ sterii, cui à secretis assisto. „

* De quo sup. p. 1. lit. A.

Ejus cum laude meminerunt Aug. Oldoin. Soc. J. in Athenæo Ligustico pag. 453. his verbis. „ Paulus Augustinus de Ferrariis Genuensis patriâ, professione „ Monachus Casinensis, Antiquitatis pervestigator studiosissimus, quem sive miram „ ejus vitæ innocentiam, sive religiosæ perfectionis flagrantissimum studium quis„ que attente perpendat, *Virum* plane admirabilem prædicabit &c. „ citatque Raphaelem Sopranum de eo loquentem. Nicolaus Toppius in Bibl. Neapolit. pag. 232. ubi eum in Neapolitano Regno natum vult, quamvis Genuâ oriundum. Jul. Ambr. Lucenti in Ital. Sac. restricta, aucta &c. pag. 1059. Bernard. Pez Epistola X. Apologetica pag. 250. ubi eum *Augustinum tantum de Ferrariis*, omisso Paulo, nominat.

PAULUS BACCIUS ab Urbe professus nostrum institutum Romæ in Monasterio D. Pauli anno 1605. die 6. Nov. in Regest. ms. pag. 55. *aliqua dicitur scripsisse*. Sed quæ, non indicantur.

PA-

PAULUS BAPTISTA item Genuæ nobili genere Vsodemare prodiit, & in Cœnobio S. Catharinæ ejusdem Vrbis Monasticam vitam auspicatus est anno 1636. die 3. Maii. Scholasticis, sacrisque literis imbutus, in patriâ Theologus Collegialis, Conciones sacras pluribus in locis magna populorum utilitate, nec minori plausu frequenter habuit; Gallici item sermonis peritissimus, ex eo ad animarum salutem, divinæque gloriæ incrementum in Italicam linguam transtulit, sermones S. Francisci de Sales, eosque sub hoc titulo typis excusos, evulgavit.

I Veri Trattenimenti, o Discorsi Spirituali di Monsig. Francesco di Sales Vescovo, e Principe di Geneva, anno 1652., & iterum anno 1701. Venetiis per Jo. Baptistam Indrich. „ Alia prælo parabat, sed morte præventus perficere minime potuit, asservantur autem apud suos in Cœnobio Genuensi „ Ita Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligust. pag. 453. ex Raphaele Soprano.

Ipse Paulus Baptista in præf. prænarrati Operis promittebat, se quamprimum in lucem editurum alia ejusdem Sancti Opuscula à se pariter in Italicum idioma translata, nempe 1. *Le lettere Spirituali*. 2. *Le Sagre Reliquie*. 3. *Lo Stendardo della Croce*; cum epitome Vitæ ipsius S. Francisci; & alia omnia ejusdem Sancti Opera in eandem linguam se translaturum si diutius vixisset. In Regest. ms. pag. 275. à tergo, dicitur in margine; *Concionator optimus*.

PAULUS BELGA Brugensis cognomine Malassus honestis ortus Parentibus, fere ab incunabilis meliorum literarum studiis addictus, Monasticum institutum in Belgio primum, deinde ad nostram Congr. transiens, in Monasterio *S. Justinæ* Patavinæ professus est an. 1582. die 27. Nov. Prospero quidem eventu, nam, ut de eo scribitur in libro Defunctorum, qui extat in Archivo ejusdem S. Justinæ sign. num. 480. in fol. „ Ad idem Monasterium divinitus „ fuit vocatus, ibiq; adeo laudabiliter vixit, ut pietatis, modestiæ, continen- „ tiæ, charitatis, ac incredibilis patientiæ egregia semper exempla omnibus præ- „ buerit; Quas animi virtutes eo pulchriores reddebat, quo eas ingenii acumen, „ memoriæ felicitas, liberalium disciplinarum peritia, linguarumque diversitas „ plurimum adornabant, Sciebat enim optime non solum Græcè, & Latinè sed „ etiam Hebraicè, Gallicè, Germanicè, & Hispanice constanter, ac perpolite „ loqui. Artem Oratoriam excellenter callebat: Poesim autem cum Græcam, „ tum Latinam celebri cum fama tractabat, quem admodum ejus

„ *Ingeniosissima Carmina* adhuc testantur, & alia ejus Opera, quæ extant „ mss. satis ostendunt, quibus laudibus dignus sit. Obdormivit autem in Domi- „ no an. 1598. Kalendis Ianuarii „ hæc ibi, sed quo nam in loco asserventur prædicta hujus tam egregii Viri Opera, modo in S. Iustina prorsus nescitur, nisi forte injuria temporum interciderint. Ejus tamen legitur Carmen in Aniciam familiam præfixum Ligno Vitæ Arnoldi Wionis, quod incipit.

Telluris medium late complexa virebat
Arbor, & ingentes tollebat ad æthera ramos,
Hæc rutilis diffusa comis, diffusa venustis
Fructibus &c.

PAVLVS cognomine CATANIA natione Siculus è Monte* Regali, Monasterii S. Mariæ in eadem Civitate alumnis adscriptus fuit anno 1610. die 21. Julii; ibidemque scholasticis, humanisque literis excultus, Conciones sacras aliquandiù habuit, vindicandisque ab interitu Cœnobii sui memoriis impigre laboravit. Nec interim Siculas Musas, morales tamen, præteriit, imo impensam iisdem, nec improsperam navavit operam, pluribus, iisque bonæ notæ, cantionibus patria lingua compositis; Honorum autem gradus, quos

* Monreale.

quos nostra Congregatio virtute præditis, ac morum integritate conspicuis impartiri solet, directo tramite ascendit omnes, Decani videlicet, Prioris, Abbatis denique (*Titularis tamen*) S. Petri de Massa; Scriptioni itaque, ac pietati tempus omne vitæ cum impendisset, feliciter tandem obiit Panormi in Cœnobio S. Petri de Eremitis, quod hospitium est Monachorum Montis Regalis an. 1670. his relictis studiorum suorum fructibus nempe.

1 *Canzoni Morali*, tom. 9. In 16. præter duos postremos, qui sunt in 8. quorum 1. impressus fuit Panormi an. 1660. apud Andream Colicchiam. 2. ibidem eodem an. apud Josephum Bisagnum. 3. ibidem eodem an. apud Colicchiam. 5. ibidem an. 1661. apud eundem Colicchiam. 5. ibidem an. 1662, apud eundem. 6. ibidem eodem an. apud eundem. 7. ibidem anno 1663, apud eundem. 8. qui sic prænotatur *Tavola Alfabetica* di tutti li Motti cavati dalli Libri di Canzoni coll' aggiunta di trecento altre Poste, impressus est ibidem an. eodem 1663. apud eundem Colicchiam, in 8. 9. qui sic inscribitur, *Teatro*, ove si rappresentano le miserie humane, e le mentite apparenze di questo fallace mondo in Canzoni Siciliane in sesta Rima, impressus est ibidem an. 1665. apud eundem Colicchiam in 8. Cæterum septem priores tomi ita dispositi sunt, ut unaquæque Cautio habeat pro themate adagium aliquod Siculum; item scripsit Italicè.

2 *La Cronica della Chiesa di Monreale*, e suo Real Monasterio; quod Chronicum ms. asservatur in prædicto Monasterio in plures libros distributum; allegaturque sæpissime ipsis ejusdem verbis a Petro Antonio Tornamira variis in locis suorum Operum; præcipue in *Origine, è progresso della Congregation' Casinense*, impresso Panormi an. 1675. habebat quoque editioni paratas

3 *Conciones Sacras* Italica lingua compositas, quæ tamen in lucem non prodierunt. Eum laudant Jo: Evangelista à Panormo in Anagrammate pag. 158. & Ant. Mong. Bibliothecæ Siciliæ par. 2. pag. 121.

PAULUS GRAVINA etiam ipse natione Siculus, Patria Catanensis, nobili genere ortus, Monasticam professionem emisit apud S. Nicolaum de Arenis in eadem sua Patria anno 1579. die 10. Februarii. Hic novo, inusitatoque argumento Sacram Theologiam poeticis floribus exornandam suscepit, *Summam Theologicam*, *& Primam Secundæ* D. Thomæ Aquinatis Hetrusco carmine tertio Rhytmo decantans, quod quidem quanti laboris, ac vigiliarum plenum opus fuerit, nemo non intelligit: Huic simile postea breviori libello, diversoque carminis genere satis feliciter præstitit *Franciscus Lemene*, egregiam proinde laudem ab omnibus consequutus. At noster Paulus Abbatis dignitatem, qua insignitus Catanense Monasterium administravit, sponte dimisit, quò privatus, Deo, ac sibi tranquillius viveret, ac tandem an. 1626. Catanæ mortales exuvias deposuit, in Cælum, uti sperandum est, migraturus, Operibus quæ composuit, hisce titulis appositis.

1 *Prima parte della Somma di S. Tomaso d' Aquino* Dottore Angelico dell' Ordine de Predicatori, ridotta in Somma in lingua Toscana, in terza Rima, divisa in tre parti principali, & otto Canti à beneficio di Santa Chiesa, e de fedeli studiosi l' anno 1595. All' Illmo, e Revmo Signore il Sig. Cardinale Alessandrino; Cui valde eruditam, gravemque Epistolam nuncupatoriam scribit, ex Monasterio S. Benedicti in Agro Mantuano die 15. maji an. 1595. Quibus adduntur duæ Cantiones Italicæ, tertio Rhytmo.

2 *La Prima seconda di S. Tomaso d' Aquino* ridotta in Somma in Rima sciolta Toscana in Dialogo sotto il nome di Paolo, è Tomaso, divisa in sette Canti ad honor di Dio, ed honesto esercizio de' fedeli Cristiani.

Q Item.

Item scripsit Latinè, nec invenustè ad calcem *Primæ Secundæ* brevem,

3 *Tractatum de Viro bono*, complectentem quæ ad viri boni complementum necessario spectant, in cujus fine sic legitur, *Compilatus Casini, cum ibidem Studiis vacaremus, anno à partu Virginis* 1589.

Hæc omnia manu exarata in fol. asservantur Bononiæ in Bibliotheca Monasterii S. Proculi à me visa an. 1709. dum Ticino Romam regrederer.

Fuit alius Paulus Gravina pariter Siculus, ejusdemque Catanensis Monasterii alumnus, sed nostro Paulo senior, & fortasse ejus Patruus, qui Monasticam regulam professus est an. 1557. die 22. Februarii, fuitque Romæ D. Pauli Prior anno 1575. ac deinde Abbas Castrovillarum in Calabria, qui à Gregorio XIII. electus fuit Præsidens, ac Reformator Monachorum S. Basilii in eadem Calabria, & Sicilia; quique postea Monasterium Catanense administravit ab an. 1581. usque ad annum 1585. obiitque an. 1592. ut narrat Bartholomæus de Alexandro * à Paternione in Chron: Monasterii Catanensis; de quo Petrus Ricor. Hist. Monasticæ dial. 4. pag. 466. hæc habet „ Paolo della nobil famiglia di Gravina di Catania Città famosissima „ della Sicilia, è costui hoggi Priore * del nostro S. Paolo di Roma, per- „ sona molto esercitata nella Teologia, & altre scienze; & anco è molto „ grazioso, & humano, è non vale poco ne maneggi delle cose, & è buon Musico „ ; quod ideo commemorare voluimus, ne quis majorem hunc Paulum cum juniore nostro confundat.

* De eo supra lit. B.

* Anno 1575.

PAVLVS ISVARDVS Ferrariæ natus, D. Benedicti in eadem Vrbe cætui admuneratus est an. 1569. die 29. Junii, ac deinde ejusdem Ferrariensis Monasterii Abbas, sacra Poesi, ac Musica facultate floruit an. 1578. quo in lucem emisit sequentium titulorum lucubrationes.

1 *Altus, Passiones*, Lamentationes, Benedictus, Miserere, multaque alia devotissima Cantica ad Officium Hebdomadæ Sanctæ pertinentia, nunc recens collecta, emendata, & Typis tradita Venetiis apud Hieronymum Scottum an. 1565. in 4. item

2 *Psalmi per totum annum*, Ad Vesperas canendi cum tribus Magnificat, quorum unum tum pari, tum plena voce uti libet, cani potest, quatuor vocum. Venetiis an. 1578. in 4. & iterum Mediolani an. 1590. in 4.

3 *Hymni plures* diverso carminis genere, de Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, qui concessione Capituli Generalis decantabantur in eorum solemnitatibus in Monasterio Sancti Benedicti de Mantua, ubi etiam mss. asservabantur, teste Arn. Wion. Lign. vit. lib. 2.

PAVLVS RACCHI Ravennæ ortus inter S. Vitalis, (quod celebre ibidem Cœnobium est) sodales cooptatus fuit, anno 1639. die 1. Aprilis, & postea Abbas *Titularis* creatus, eminuit Mathesis, Astronomiæ, & Astrologiæ, eruditione minime vulgari, ac instrumentorum, quibus eorundem facultatum Professores utuntur, singulari artificio; qui cum vitam, usque ad an. 1671. inter nobiliora studia produxisset, eam ex caduca in immortalem commutavit, ætatis suæ an. 67. relictis pluribus,

Tractatibus Astrologicis Italico idiomate compositis, qui manu ipsius Auctoris exarati, Ravennæ in prælaudato Monasterio asservantur.

De eo Seraph. Pasol. de Vir. Illustribus Raven. l. 3. cap. 2. pag. 61. In Regesto ms. pag. 190. à tergo, ubi in margine *Optimus Astrologus*.

PAVLVS RIVEGLIA Patria Neapolitanus, ex Hispania tamen oriundus, in Monasterio S. Laurentii de Aversa Monachum professus est an. 1646. die 21. Martii. Qui cum à prima juventâ humanis, divinisque literis plurimam ope-

operam dedisset, Concionator, ac Poeta suo tempore celebris evasit; ac Parmæ, ubi aliquandiù moratus est, haud exiguam laudem obtinuit ab Orationibus fere extemporaneis, quas in funere Ser. Ducissæ, coram Parmensibus Principibus, habuit. In nostra vero Congregatione Decani primum munere, ac deinde Prioris *Titulo* decoratus fuit: Obiit Mediolani in Sancto Simpliciano; postque obitum Scriptorum ejus fragmenta à diligenti viro accurate collecta in lucem sub hac epigraphe emissa sunt.

1 *Trattamenti Accademici*, e Poesie postume del P. D. Paulo Riveglia, raccolte da Mario Angelo Dori; In Pavia 1576. per Carlo Francesco Magri Stampator della Città. 2. *Conciones vero* Sacræ mss. in Parmensi Cœnobio remanserunt. In regesto pag. 280. in margine; *Prædicator egregius*.

PETRVS ALOYSIVS à Turre Patria Genuensis, Florentiæ apud S. Mariæ insigne Cœnobium vota sua secundum D. Benedicti instituta Domino nuncupavit an. 1706. die 26. Junii; ibidemque optimis studiis Valsechio, & Quirino Magistris eruditus, adeo profecit, ut admodum brevi Philosophiæ, ac Theologiæ Præceptor sit constitutus; docuit eas facultates Cesenæ, Parmæ, Mantuæ in nostris Monasteriis cum ingenii, ac doctrinæ fama; Postremo an. 1723. Romam accersitus, in nostro D. Anselmi Collegio Sacros Canones est interpretatus, spem haud dubiam omnibus ingerens, non solum in Scholasticis disciplinis, verum etiam in quolibet alio eruditionis genere uberes sapientiæ fructus se prolaturum, præsertim cum ferme adolescens ediderit Italicè.

Vita di S. Colombano scritta per li divoti del medesimo Santo &c. In Modona per Bartolomeo Solani Stampator Ducale 1711. in 12. pagg. 172. una cum præfatione, quam satis prolixam, uti res exigebat, eidem Vitæ præmisit, in qua ferio, & erudite plura Chronologica dubia, & difficultates minime leves, quæ in eadem D. Columbani Vita à Jona olim conscripta, passim occurrunt, præcipue circa ejus in Galliam itionem, tempore *Sigeberti Regis* anno 574. duplicemque ejusdem in Italiam adventum, facillime enodantur, & explanantur, longe utique aliter quam Mabillonius, & Pagius easdem explicant, qui duobus Ionæ attributis, & correctis parachronismis, omnia facile componi posse arbitrantur, quod tamen negat Turrius, qui proinde Ionæ fidem circa res à D. Columbano in Gallia, & Germania gestas integram asserens, in eo tantum Jonam errasse autumat, quod duo S. Columbani in Italiam itinera, unum nempe D. Gregorii *M.* alterum Bonifacii IV. tempore, utpote res Italicas parum edoctus, prorsus ignoraverit; quo animadverso, difficultates omnes, omnesque contraditiones statim tolli demonstrat. Hæc D. Columbani Vita iterum fuit impressa Mediolani an. 1728. in Regia Curia per Josephum Richinum Malatestam, opera cujusdam personæ Sancto Mauro devotæ. Anno 1725. unus fuit ex Theologis Concilii Romani, & anno sequenti in Comitiis majoribus Mantuæ celebratis creatus est *Comprocurator*, qui gradus elapso congruo tempore *Prioratum* desinit; quamobrem an. 1728. electus fuit *Prior* Sancti Pauli de Vrbe.

PETRVS ANTONIVS TORNAMIRA, & GOTHO natione Siculus, Patria Alcamensis, nobilique familia ortus, sed à diuturno incolatu, & monastica professione, quam in Monasterio S. Martini de Scalis an. 1641. die 27. Decembris iniit, Panormitanus dictus, natus est an. 1618. die 7. Feb. A puero scientiis humanis, præcipue Jurisprudentiæ strenuam operam dedit, & admodum Juvenis I. V. lauream consequutus est, an. vero ætatis xxi. Iudex *Primarum Appellationum* pro Panormitana Vrbe in Regia Curia constitutus

pompæ ordine a se adinventis, atque dispositis; deque ea re lucubrationes hisce titulis distinxit.

3 *Palermo Magnifico nel trionfo dell' anno* 1686. rinovando le Feste dell' Invenzione della gloriosa sua Cittadina S. Rosalia, osservato, e descritto dal P. D. Michele del Giudice Casinense. In Palermo per Tommaso Rummulo l'anno 1686. in fol. pagg. 190. præter præfationes.

4 *Compendiaria notizia della Festa di S. Rosalia Vergine Palermitana*, fatta nell' anno 1695. In Palermo per Agostino Epiro 1695. in 4.

5 *Breve notizia dell' Applauso festivo nella Solennità di S. Rosalia Verg. Palermitana*, fatta celebrare nell'anno 1696. In Palermo per Agostino Epiro 1696. in 4

6 *L' Applauso delle Corone nel solenne trionfo di S. Rosalia Vergine Palermitana* dell'anno 1697. In Palermo per Agostino Epiro 1697. in 4.

7 *La Sposa de' Sagri Cantici*, figurata nella solennità di S. Rosalia V. Palermitana dell'anno 1699. ibidem apud eumdem, eodem an. 1699. in 4.

8 *Le Guerriere Conquiste* di merito, e di gloria della Palermitana Heroina S. Rosalia, dichiarate valevoli a perpetuare la Pace, ed esposte nel trionfo solennizzato dell'anno 1701. per 4. giorni; ibidem apud eumdem an. prædicto 1701 in 4. Hæc autem opuscula in D. Rosaliæ Festivitates, si primum excipias, sine Michaelis nomine prodierunt.

Multa insuper alia Michael conscripsit, inter quæ hæc prælo jam destinata

9 *De Re Literaria Elucubrationes* eruditas, in quinque libros distinctas.

10 *Panegirici, Discorsi, e Componimenti Accademici.*

11 *Discorsi Morali sopra i Simboli di Pitagora.* molitur demum *Siciliâ Illustratâ*. Item alia hec ejus mss. post ejus obitum inventa sunt.

1 *Piante di tutte le Città, Terre, e Borghi della Sicilia*, con una breve descrittione di alcune delle dette Città, Opera incominciata, e non terminata. 2. *Regum Siciliæ Imagines, & Elogia* à Comite Rogerio ad invictissimum Imperatorem Augustum Carolum VI. inter Siciliæ Reges III. fauste Regnantem. 3. *Notizie, e congbietture sopra un Antico Sepolcro* novamente ritrovato in una caverna in Portella a mare sette miglia distante da Palermo verso l' Oriente nell' anno 4. *Dissertatione Istorica* sopra del Titolo di Re di Gerusalemme, che conviene a gli Re di Sicilia, e con eguale raggione alli Duchi di Savoja, come Regj di Cipro, per l'ereditario diritto, che li primi, ed i secondi vi hanno; consegrata alla Maestà di Vittorio Amadeo invittissimo, e glorioso Re di Sicilia, di Gerusalemme, e di Cipro. Con due Alberi di Genealogia. *Il primo della Successione* delli Re di Sicilia, e delli Re di Cipro alle raggioni per il Regno di Gerusalemme, più valide, che di qualunque altro Potentato, che vi pretende Il secondo della successione delli Re di Sicilia a tutte le raggioni al Regno di Gerusalemme tanto nella linea degli Re Aragonesi, quanto in quella di Castiglia, e poi degli Austriaci; con una *Ristretta Notitia di tutte le raggioni*, che hanno li Re di Sicilia, e li Re di Cipro nel diritto, je titolo di Re di Gerusalemme. 5. *Notizie Istoriche di tutti li Monasterj Benedittini* della Sicilia così di Vomini, come di Donne, così del primo istituto, che delle Congregazioni, o di Cistercienti, o di Monte Vergine, o di Monte Oliveto, o di altre. Opera non terminata. 6. *Sagre Notizie, cioè una Disquisizione Monastica Canonico-Istorica* nell' occasione, che i RR. PP. Basiliani di Sicilia, ed Italia non distinguendosi dalli RR. PP. Benedittini nell' Abito, e nella Tonsura totalmente si confondono dopo, che quelli si hanno in questi ultimi tempi tolta la barba. Distinta in tre Articoli. Il primo della prima divisione in diversi nomi, ed istituti degli Ordini Regolari. Il secondo dell'uso costante sempre tenuto nella Chiesa, che tutti gli Ordini

dini Regolari si distinguessero fra loro nella diversa forma dell'Abbito, e della Tonsura. Il terzo dell'Inconvenienza contro le Leggi, e Consuetudini Ecclesiastiche, che li PP. Basiliani di Sicilia, e d'Italia non si distinguono nell'Abbito, e nella Tonsura dalli PP. Benedettini della Congregazione Casinense. Justum volumen in 4. licet non omnino completum, summa, & admirabili eruditione undique refertum, postremus, dignusque tanti Viri fœtus, qui ad ultimum usque vitæ spiritum, in ipsâque, quâ decessit nocte, in eo concinnando strenue laboravit. De eo honorificam mentionem faciunt, Ant. Mong. Biblioth. Siculæ tom. 2. pag. 76. & ipso teste etiam Balthassar Pisanus in Harmoniis Ferialibus pag. 100. Vincentius Auria in Hist. Chronolog. Proreg. Siciliæ pag. 208. Io: Baptista Pacich, *Memorie novelle de viaggi* par. 1. pag. 117. Io: Maria Amatus *in Notis ad Orat. prim.* num. 37. pag. 56. Io: Andreas Massa *in Civitatibus Siciliæ non existentibus* pag. 37. & *in existentibus* pag. 209. aliique. Auctores item Ephemeridum Literatorum Italiæ an. 1710. tom. 2. art. 17. pag. 504. & seq. ubi afferunt ejus operâ prodiisse *Apparatum* Augustini Inveges ad Annales Siculos cum suis Annot. & Addit. an. 1709. ipsumque laudant, quod notabiliter auxerit opus Inveges, adeout copiosa Scriptorum Siciliæ Bibliotheca nunc dici possit; Io: Bapt. Carusius *In Bibliotheca Historica Regni Siciliæ*, Panormi 1723. in Præfatione, ad Lectorem „ Dein vero cum eruditissimus Abbas *Michael de Judice* Auctoribus Italorum Literatorum Ephemeridis *, proponeret, colligendi, ac in unum accurate conferendi Scriptores non paucos ad Siculam Historiam pertinentes; „ (& post quædam) *Amplissima* denique monumenta, quæ à pag. 905. ad finem Operis leguntur, ex variis Auctoribus Græcis, & Latinis excerpsit supralaudatus Abbas Michael de Judice.

*Tom. 6. art. 14. pag. 510.

MODESTUS CICCOTTUS, alias de Brunis, Patria Pisanus Monachus factus est Perusiæ in Monasterio D. Petri an. 1585. die 10. Nov. Vir pius, & humanis, sacrisque literis eruditus; qui Prioris munere sibi demandato laudabiliter perfunctus, tranquillioris, sanctiorisque vitæ studio Prioratu dimisso, Abbatis Titulo honestatus fuit; scripsit

1. *Orationem in morte D. Desiderii à Brixia* Abbatis S. Petri; quæ fuit impressa Astæ * apud Virgilium de Zangrandis an. 1592. item 2. *Orationum librum*, quem in lucem edendum curavit D. Fabritius Geminianus * Cathedralis Ecclesiæ Capellanus, & Rector S. Felicis Pisarum; Pisis apud Io: Fontanam an. 1617. in 4. 3. *Ammaestramento Cristiano* del M.R.P.D. *Modesto* Ceccotti da Pisa Monacho Casinense e Priore in S. Pietro d' Assisi, trodotto dalla Latina nella lingua Italiana da Pietro Salvi in *Assisi* 1617. Per Giacomo Salvi in 16.

* In Liguria.

* primaria-lis.

De eo *Arn.* Wion lign. Vit. l. 2. cap. 72. pag. 438. ubi eum in vivis fuisse an. 1595. testatur, & Plac. Pucc. in *Appar.* Hist. de Vir Illustribus Abb. Floren. cap. 1. pag. 85. ubi vitæ integerrimæ Virum illum appellat.

MODESTUS VENDEMINI nobili Stemmate Cæsenæ ortus, in Cœnobio S. Mariæ de Monte extra eandem Urbem Monasticis Votis se obstrinxit anno 16.. die........ cujus postea Asceterii Abbas fuit, & Nostræ Congr. Visitator; Utque erat Scholasticis disciplinis, Sacrorumque Canonum studiis apprime excultus, librum composuit, divinæ Paginæ, Sanctorum Patruum, Juris Ecclesiastici auctoritatibus, celebriorum Theologorum rationibus, aliorumque etiam profanor. Scriptor. sententiis omni ex parte vallatum, in quo Propositiones XXVIII. ab *Alexandro* VII. proscriptas solide, ac nervose confutat, scholasticâ ubique methodo servata, hoc præfixo titulo

Propositiones confutandæ juxta mentem SSmi D. N. Alexandri divina providentia Papæ VII. Est pag. 116. in fol. Incipit, „ post enunciatam primam propositio-

tionem. ,, Fides est virtus supernaturalis inclinans intellectum ad credendas
,, veritates à Deo revelatas, propter ejus authoritatem; Finit. interim hic confu-
,, tationis harum XXVIII. Propositionum sit finis, in quo omnia Sacrosanctæ Ec-
,, clesiæ Romanæ, quæ omnis Veritatis Columna, & Magistra est, judicio, cen-
,, suræ, Fideique Censorum correctioni, omni, qua par est, reverentiâ, & hu-
militate submitto ,, est apud me unà cum aliquot ejusdem familiaribus Concio-
nibus ad Monachos habitis, ex dono D. Hippolyti Pugnetti Decani &c. Obiit
Modestus extra Cæsenam in prædio Monasterii septem passuum millibus ab ea
Urbe distante vulgo dicto, *La Bagnarola* anno 1698.

N

NICOLAUS DE ALBICIS nobili genere Florentiæ natus, no-
stræ Congr. Monachus, ac S. Benedicti de Padolyrone alumnus
an. 1443. die 30. Maii, & deinde Prior Cœnobii Ss. Pauli Ap.
& Benigni Martyris *de Capite Phari* in Urbe Genua an. 1471.
demumque Abbas S. Angeli Cajetæ, scripsit simplici stylo,
Latinaque lingua

Compendiariam Historiam ejusdem Monasterii S. Benigni ab
anno 1101., quo ab Othone Abbate olim S. Victoris Massilien.
& postea Episcopo Genuensi erectum fuit, usque ad annum 1460., quo sub Pio
II. Pont. Max. ad Congr. S. Justinæ, mox Casinensem, transivit; extat ms. in
4. pagg. 40. in Tabulario prædicti Cœnobii, quam Auctor nobili viro Marco de
* Doria. * Auria patritio Genuensi dedicavit, Epistolam nuncupatoriam sic exordiens.
,, In nomine Dñi nostri Jesu Christi, Amen: Animadvertens, Vir nobilis
,, Marce de Auria animi vestri desiderium, quod circa hoc Monasterium Ss. Pauli
,, Apost. & Benigni Martyris laudabiliter concepistis, prout insigni opere manifeste
,, dire, Nosq; reciprocâ erga Vos amoris vice affecti &c. ex præfato Monast. 1471.
,, X. Martii Nicolaus de Albicis de Florentia Monachor. minimus ,, Hist. vero sic
,, Primo notandum est, quod anno Dñi 270. vel circa, sub Aureliano sævissi-
,, mo Imperatore Seruus Dñi Sacerdos, & Christi Martyr Benignus &c.

Plac. Pucc. in Chron. Abb. Floren. pag. 54. in Bernardo Placentino Abbate
XXXXIII. anno 1460., qui etiam fuit Abbas S. Justinæ, meminit *Nicolai Albici*
eodem anno ibidem Monachi. ,, Spedì alla Corte Romana D. Nicolao Albi-
,, zi suo Monaco per sollecitare la sentenza contro li Minoriti di S. Rocco di Ve-
,, nezia, li quali pretendeano possedere il corpo di S. Luca, che verdidieramente
,, era in Santa Giustina, e ne fece con pompa solenne la Translazione ,, & iterum
ibidem pag. 56. ubi asserit ad Hieronymum Alliottum Aretinum Abbat. * scri-
* De quo sup. lit. H. psisse Nicolaum Epistolam Latina lingua, quæ in Archivo Aretino inter cæteras
Doctorum Virorum Epistolas ad eundem Alliottum asservatur.

NICOLAUS VIGNALI à Bononia in S. Proculo ejusdem Urbis D. Bene-
dicti Regulam professus est anno 1640. die 1. Nov., pervenitque usque ad De-
canatus officium, quod apud nos est aliarum dignitatum veluti janua, nam haud
multum provecta ætate anno 1667. die 25. Julii, vitæ 49. fatis concessit. At
dum vixit vehementi studio flagravit rem Monasticam tum Cœnobii sui, tum
aliorum in Urbe Bononiensi Monasteriorum pro viribus illustrandi, quod ut as-
sequeretur, nec laboribus, nec vigiliis umquam pepercit, laborumq; ac vigila-
rum fructum ingens, ac perutile Opus protulit, cui titulum dedit

Chro-

Cronologia del Monasterio di S. Procolo di Bologna, è degli altri Monasterii Benedettini dell'istessa Citta, con altre cose, che hanno connessione, e relazione col Monasterio di S. Procolo, è cogli altri Monasterii; sunt Tomi tres in fol. addito quarto pro Indice aliorum trium, qui mss. extant in Tabulario prædicti Monasterii, pluries ibidem a me visi; Primus tomus constat pag. integris 493. Secundus paginis 492. Tertius paginis 53. non enim est completus. Opus incipit ab anno Æræ Christianæ 270. & pervenit usque ad an. 1667. In quos Notitias omnes præteritarum rerum ad Monasterium illud pertinentium, nostrorum insuper Privilegiorum, ac Sententiarum favorabilium congessit, lustratis summa diligentiâ Scripturis, Rationum Libris, aliisque mss. ejusdem Monasterii monumentis, ex quibus, quoad fieri potuit, ea omnia desumpsit, & in Opere ordinavit, quæ ad prosperum, ac expeditum ejusdem Cœnobii regimen quomodolibet conferre possunt.

NICOLAVS DONATI à Camajori Lucensium appido, apud S. Eugenium Vrbis Senarum Monachus factus an. 1514. die 21. Martii, vir in bonis literis apprime versatus, scripsit Latino sermone Historias, quibus Acta Senensium, bellumque Hetruscum non minori veritate, quam diligentia narrantur; eas hisce titulis distinxit.

1. *Rerum à Senensibus gestarum* lib. 1. 2. *Belli Etrusci* inter Carolum V. Cæsarem, & Henricum II. Gallorum Regem libri duo.

De eo agunt Arn. Wion Lign. Vit. par. 1. l. 2. c. 75. pag. 443. ubi ejus libros mss. suo tempore extitisse testatur. Petr. Ric. Hist. Monas. Dial. 4. pag. 463. plurimum eum laudans an. 1575. adhuc superstitem „ il quale essendo molto esercitato nelle buone lettere, ha fino a hoggi fatti tre libri d' Historie latine &c. le „ quali à giudizio di chi ne fa raggionare, sono state da lui con non minor verità, „ che dottrina tessute, è con bell' ordine „ Gabr. Bucel. in Nucl. Hist. tom. 2. „ ubi tamen erratur in Chronologia, cum sub annum 1124. floruisse dicatur. „ Plac. Puc. in App. Hist. de Viris Illust. Abb. Floren. c. x. pag. 79. ubi eum vocat, Virum vitæ integerrimæ, ac Doctrinâ clarum. Ipse etiam Nicolaus circa an. 1591. instituit Societatem *Confratrum* Laicorum sub invocatione, & titulo Sacratissimi Corporis Christi prope Ecclesiam Sanctorum Salvatoris, & Cyrini Abbatiæ nostræ ad *Insulam* nuncupatæ in ditione Senensi, & Diœcesi tunc Volaterrana, nunc vero Collensi; non dum enim Collensis Civitas ab Episcopatu Volaterrano disjuncta, & in Episcopatum erecta fuerat, eamque Societatem Nicolaus optimis, ac piissimis *Capitulis*, seu Regulis instruxit, quas Episcopi Volaterrani, mox Collenses unanimiter approbarunt, ac mirifice commendarunt, utpote ad divini cultus augmentum, & animarum salutem collimantes. Extant illæ mss. & libello in 4. contentæ, in Ecclesia ejusdem Soc. cauté custoditæ; in cujus libelli fronte sic legitur.

Al nome del Onnipotente, sommo, & vero vivente Dio, & del Sig. nostro „ Salvatore Jesu Cristo, ad honore del quale questa Venerabile Fraternita, o „ vero Compagnia, e eretta, instituita, ordinata, & fatta primieramente dal „ Servo di Cristo Jesù D. Nicolò da Lucca, con licentia, e volonta del R. D. Ago„ stino da Milano dignissimo Abbate di questa Venerabile Abbadia di S. Salvato„ re, & Cirino dell' Isola, & per l' auttorità di esso Rmo P. Abbate confirmata, „ sotto il titolo, & invocatione del Smo Sacramento, vero Corpo di Jesù Cri„ sto nostro Salvatore benedetto, si scriveranno tutte le Ordinazioni, Regola, „ Forma, & Modo, che osservare, fare, è tenere devino tutti li Confrati, che „ in essa faranno scritti.

NICOLAVS MINI Abbatiæ Florentinæ Monachus, id est in ejus Cœnobii fa-

miliam pro tempore cooptatus; cæterum cujus Monasterii Alumnus, seu, ut dicimus, *Professus* fuerit, mihi hactenus incompertum, scripsit Latino sermone

* De eo par. 1. lit. B.

Vitam Benedicti * *Bonsignorii* Florentini Abbatis S. Mariæ de Florentiâ, teste Plac. Puc. in Chron. ejusdem Abbatiæ pag. 87. quæ fuit Typis tradita Florentiæ, an. 1586. in 8. apud Georgium Marescottum in principio Operum ipsius Bonsignorii, estque pag. 14.

NICOLAUS RICCIOLI, & Asmundo natione Siculus Patria Catanensis, S. Nicolai de Arenis ibidem asceta, ubi Monasticam professionem solemniter auspicatus est anno 1561. die 1. Nov. Vir fuit Scolasticis disciplinis apprime excultus, quas non solum Monachis tradidit, sed etiam in Catanensi Gymnasio, Doctoris laurea insignitus, publice docuit. At cum Poloniæ * Palatinus à Congreg. Nostra Monachos aliquot efflagitasset, ut eorum operâ, ac exemplo novam Congregationem Benedictinam, quæ *Castro Casinensis* vocanda erat, in Lithuania erigeret, Nicolaus è Casinensi monte, ubi tunc degebat, Superiorum nostrorum permissu, una cum aliis Monachis, quorum ipse erat veluti Dux, & Antesignanus, illuc strenue perrexit, ac præter Castro-Casinense, novellæ Congr. caput, Monasterium etiam S. Crucis excitavit, impensas omnes pro hoc subministrante Casimiro Radzovio Principe, ac Duce in Olika Procancellario, & Campi-ductore Lithuaniæ, quæ & alia Monasteria Nicolaus ad exactam, arctamque Benedictinæ Regulæ observationem ordinavit; Quamobrem à Clemente X. Pont. Max. annum agens ætatis 36. *Institutor*, & *Abbas Perpetuus* Cœnobii Castro-Casinensis renunciatus fuit. Anno vero 1679. è Lithuania redux, Siciliam revisit, soe quidem reliquum vitæ, ubi Monasticæ Religionis initium hauserat, conficiendi, sed Monachorum Castro-Casinensium iteratis precibus in Lithuaniam revocatus, ibidem anno 1693. ex hac vita migravit, magno eorumdem Monachorum, bonorumque omnium, qui eum noverant, mærore. Ut autem Sacra Doctrina æque, ac zelo Catholicæ fidei pollebat, non ei satis fuit voce, & prædicatione plures Heterodoxos, ac Schismaticos ad Romanæ Ecclesiæ gremium reducere, nisi etiam pertinacium errores validis scriptis confutaret, composito volumine sequentis tituli.

* Carolus Kopec Senator, & Castellanus Trocensis. Troki)

1 *Præcipuæ Hæreticorum Fallaciæ* cum suis perspicacibus responsionibus; quod Opus, cum Catanam rediisset, typis Siculis consignare, ac publici juris facere statuerat, sed revertere coactus, unaque secum Opus suum in Lithvaniam reportans, ibidem, insequuta morte, illud ms. reliquit. Redegit quoque in compendium brevissimum, Regulam S. P. Benedicti, eam in unicum folium expansum coarctans, ut primo veluti intuitu tota oculis conspiceretur, ac facilius memoria retineretur; titulo apposito

2 *Summa Monasticæ disciplinæ* ex Regula Ssmi Patris Benedicti; Quæ ms. æque, ac impressa plurium Monachorum manibus teritur, ejusque aliquot exemplaria in Catanensi Monasterio asservantur, teste Bartholomæo de Alexandro à Paternione, in Chronico ms. Monasterii Catanensis, ubi de eo agit. In Reg. ms. pag. 209. sic de eo: *Abbas in Lithuania, ubi quatuor Monasteria ædificavit, & Castro-Casini* nomen imposuit.

NICOLAUS à SALODIO Monachus Cœnobii S. Benedicti de Padolyrone in agro Mantuano, ab Arn. Wione Lign. Vit. l. 2. cap. 78. 464. refertur, una cum Columbano à Brixia, tamquam Auctor

Carminum, & *Elogiorum*, quæ tam Græca, & Hæbraica, quam Latina, Italica, & Hispanica lingua composita, affixa sunt tumulo Theophili Folengii, alias Merlini Coccai apud Campesium, ex quo illa idem Arn. exscripsit, quorum aliqua Nosquoq. ex eodē Arn. in prememorato Theophilo referemus. Vocat autem

Arn.

Arn. Nicolaum, & Columbanum prædictos *Poetas sui temporis non contemnendos*

NICOLAVS MARIA DE TEDESCHIS Catanæ in Sicilia nobili genere ortus est anno 1672. ex ea nimirum familia, ad quam genus suum referre asserunt Abbatem illum celeberrimum S. Mariæ de Maniace, mox Archiepiscopum Panormitanum S. R. E. Cardinalem Nicolaum de Tedeschis Ord. quidem nostri Monachum, sed haud nostræ Congreg., quamvis Congr. nostræ tempore floruerit, quod ex eodem omnino stemmate, ex sigillo, imagine ejusdem Cardinalis, quam Catanen. Tedeschi hodieque apud se retinent, satis probatum videtur, licet aliqui aliter existiment. * Noster autem Nicolaus Maria adhuc adolescens Hierosolymitanis Equitibus, nunc Melitensibus, adscriptus, Monastici instituti desiderio, invitis licet Parentibus sub D. Benedicti vexillo Deo militare decrevit, in Monasterio S. Nicolai de Arenis, an. 1686. die 8. Oct. Ibi humaniores literas, ac severiores disciplinas, Theologiã præsertim Positivã, ut dicũt, æque, ac Dogmaticam, D. Felice * Roma præceptore, egregie didicit; itaque admodum juvenis vigesimo nempe ætatis anno Philosophiam ex D. Anselmi doctrina in Patria docuit, Catanensis Vniversitatis Theologica laurea donatus; an. verò 24. Conciones sacras publice habuit; Romæ deinde in nostro D. Anselmi Collegio opera ejusdem D. Felicis Romæ, qui totius Congr. negotia tunc procurabat, scholasticam, ac dogmaticam Theologiam magno discipulorum profectu, nec minori nominis celebritate plures annos tradidit; Quamobrem Clemens XI. Pont. Max. ejus doctrinæ, ac probitatis accepta fama, eum inter sacri Indicis Consultores, sanctæque Romanæ, ac Vniversalis Inquisitionis Qualificatores admisit, nec multo post ad Liparitanum Episcopatum evexit, anno 1710., cum jam a nostra Congr. Prior electus fuisset, & brevi admodum Abbas eligendus foret. Sed parvo sane tempore apud Liparam mansit, gravibus enim Ecclesiæ suæ exigentibus causis, Romam paulo post rediit, ubi prælaudatus Pontifex sacrar. Congregationum Rituum, & Examinis Episcoporum *Secretarium*, sanctæque Inquisitionis *Consultorem*, ac eorumdem Episcoporum *Examinatorem* illum constituit, quibus provinciis omnium Ordinum plausu strenuè satisfacit; nec dubium est, imo pluribus in Romanã aulã notissimum statuisse Pontificem amplissimã illum S. R. E. Cardinalis dignitate insignire, nisi ejusdem Pontificis insperata mors maximum hunc honorem Nicolao eripuisset; Post cujus decessum Nicolaus Episcopatu Liparitano dimisso, & ab Innocentio XIII. Archiepiscopus Apamiensis declaratus, prædictis in Urbe muneribus obeundis strenue incumbit. Cæterum cum Romæ *Lector* existeret in publicam lucem sequentes libros emisit, his titulis prænotatos.

* Mong. Bibl. Sic. p. 2.

* De eo sup. 1. par. lit. F.

1 *Schola D. Anselmi Doctrina* ad Logicam, Phisicam, Metaphisicam, Ethicam, Theologiam Scholasticam, & Dogmaticam accommodata, mille, & octoginta Thesibus ad mentem D. Anselmi Ordinis S. Benedicti Abbatis Beccensis, & Archiepiscopi Cantuariensis. Romæ apud Josephum de Martiis, Typis Joannis Francisci Chracas anno 1705. in 4.

2 *Sacræ Doctrinæ Synopsis*, in quã universa Theologia tum Scholastica, tum Dogmatica, ad sacræ Scripturæ Auctoritatem, Pontificum sanctiones, Decreta Conciliorum, præcipuè verò D. Anselmi Ord. S. Benedicti Abbatis Beccensis, & Archiepiscopi Cantuariensis collimata, proponitur; Nec non ex Ecclesiastica historia selectæ Controversiæ ad illam spectantes, juxta veterum Scriptorum fidem, Chronologiæ rationem, & criticæ scientiæ leges excitantur, & dirimuntur. Romæ an. 1708. in 4. typis Nicolai de Martiis.

Jam vero Episcopus, & Romæ degens, scripsit Italice, suppresso tamen proprio nomine, & veluti ex persona domestici alicujus, & familiaris sui, libellum pagg. 99 tali donatum titulo.

3 *Difesa della Verità* a favore di Monsig. Nicolò Maria Tedeschi Vescovo di Lipari, e della libertà, ed esenzione della sua Chiesa, contro le calunnie, e gli errori dell' Autore d' una Scrittura Spagnuola intitolata *Propugnaculò della Real Jurisdicion &c.* Romæ in fol. per Lucam Antonium Chracas; quamquam ejus nomen, & locus impressionis omittatur: dividitur in tres partes, in quarum tertia diffuse exponitur origo, & progressus Episcopatus Liparitani anterior ipsis Nortmannis, qui Siciliam ab Agarenorum tirannide substraxere. Item

4 *Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia* divisa in due parti dal Pontificato di Urbano II. fino a quello di N. S. Papa Clemente XI. parte prima &c. Si aggiungono tre Indici, il primo de' capi (sunt num 35.) il secondo Cronologico de' documenti. Il terzo delle materie. In Roma l' anno 1715. in fol. pagg. 446. quod opus prius Latine composuerat; sed jussu prælaudati Pontificis in Italicum sermonem versum, typis tradidit.

De Nicolao Maria multis, magnâque cum laude agit Ant. Mong. Bibliot. Sicul. parte 2. pag. 93. Item Auctores Ephemeridum Literator. Italic. Venetiis impress. anno 1713. tom. 12. art. 16. pag. 49. In nostris Regestis scribitur pag. 245. in margine de eo, *Lector Sac. Theolog. Romæ, Prior, Episcopus Liparit. à Clem. XI. Secretar. Sacr. Rituum, Consultor Indicis, & Qualificator S. Officii*: & nunc etiam ejusdem S. Officii Consultor &c. ut supr. dictum est. Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson Ord. Prædicat. Histor. Ecclesiasticæ tom. 4. parte prima Colloq. 2. pag. 107. circa finem „ Hic „ breviter tantum annotabo, paucis ab hinc annis gravem de hoc Urbani II. „ privilegio (*Monarchiæ nempe Siculæ*) exarsisse contentionem, & hinc inde „ hoc de argumento libros fuisse conscriptos, quos inter, potissimum à Viris „ eruditis commendatur liber Italico idiomate editus, cui titulus est, *Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia*, Romæ anno 1715.

ODE-

O

ODERISIUS PIERIVS natione Græcus, ex insula, & Vrbe Chio, * nobilibus, & Catholicis parentibus natus, adolescens Romam in Græcorum Collegium missus, ibidem Latinas, Græcasque literas apprime didicit, ita ut deinde aliorum Juvenum in utraque lingua Præceptor constitueretur; Mutato postea Ritu ex Pontificia dispensatioone, Francisci Cardinalis Barberini opera, apud Casinum inter Monachos admissus est an. 1671. die 21. Novembris, ubi humaniores literas sacrarum præsidio fulciens, dignum se præstitit, quem aliquot post annos Sacra Congregatio de *Propaganda* Fide *Visitatorem* Apostolicum in Tusciæ primum maritimas oras, deinde in Corsicam Insulam miserit, ut Græcos illos, qui ex Peloponensi tractu, olim Laconia, nunc *Braccio di Maina*, ab Italis dicto, Turcarum Tyrannidem declinantes, eò aufugerant, ad Catholicæ Ecclesiæ gremium (erant quippe fere omnes Schismatici) reducendos curaret; Quod quidem magnis exantlatis laboribus, ac periculis, Deo favente, feliciter assequutus est Oderisius; demum cum ejus Gentis Grecus Episcopus, Paomiæ in eadem insula Corsica fatis concessisset, Oderisius ab Innocentio XI. Pontifice maximo Vicarii Apostolici authoritate insignitus, eidem Genti præfectus fuit anno 1685. quo munere satis laudabiliter plures annos perfunctus, tandem se iterum Casinum recepit, Deo, ac sibi unice vacaturus, erat enim vir admodum pius; ibique anno 1704. diem suum obiit haud multum provecta ætate. Eum ego Casini e Romano Tyrocinio illuc missus aliquot annis vidi, ab eoque prima Græcæ linguæ elementa percepi; scripsit

1 *Summam Conciliorum*, & 2. *Elogiorum Sacrorum* librum eruditum, variisque ingenii acuminibus undique conspersum; quæ opera morte præventus, publici juris, uti destinaverat, facere non potuit; Asservantur Casini mss. in Bibliotheca.

* Scio.

ODOARDVS BISSONI patria Vicentinus, in S. Joanne Evangelista Vrbis Parmæ in Monachum attonsus est, anno 1682. die 8. Decembris; Vir Latina, Greca, Gallica, aliisque linguis doctus, ac multiplici eruditione, variisque Scientiis ornatus, haud vulgares in re literaria progressus fecit, majores nihilominus facturus, si optimis studiis, quibus sese devoverat, pre valetudine impensius operam dare potuisset. Ingenii certe sui dotes, ac vim, precipue in arte oratoria pluribus Concionibus, tum *Adventualibus*, *tum Panegyricis*, quas Mutinæ, Genuæ, alibique magno semper Auditorum plausu, habuit, luculentissime patefecit. Illarum postrema ea fuit, qua Genuæ in Ecclesia Monialium D. Marthæ, quo Parmâ ad id muneris accitus fuerat, ejusdem Sanctæ laudes adeo concinne, eruditè, ac appositè recitavit, ut Auditores omnes in admirationem adduceret, totamque Urbem nomini sui fama repleret; Sed paulo post læthali Hæmorroide invasus in Monasterio S. Catharinæ, pie, ac religiose vitam relinquere coactus fuit anno 1717. die 13. Augusti, ætatis suæ anno 52. omnium mærore, ac lachrimis comitatus. Ejus lucubrationes quas quidem scire potui, hæc sunt

1 *Orazione* detta nella Chiesa di S. Gio: Vangelista di Parma de Monaci Casinensi, nelle solenni Essequie fatte al Revmo P. Abbate D. Vitale Terraros-

fa

sa di Parma, già pubblico Lettore nell' Università di Bologna, e di Padova, dedicata al Revmo P. D. Giuseppe Maria de Conti Barbieri di Vicenza Abbate di S. Maria di Praglia. In Parma presso Alberto Pazzoni, e Paolo Monti 1690. in 4. est plurimum erudita. Eam refert Jo: Cinell. Bibl. Vol. pluteo xi. pag. 134. licet suppresso Odoardi nomine in lucem prodierit. Item scripsit, recitavitque

2 *Orationem funebrem* in obitu Revmi Patris D. Angeli Mariæ Arcioni Parmensis Abbatis S. Sixti. Placentiæ anno 1688.

3 *Orationem funebrem* in obitu Marchionis Lelii Boscoli Serenissimi Parmæ Ducis à secretis Status.

Cæperat etiam scribere hortatu Antonii Magliabechii Elogia historica Literatorum sui temporis, sed crebrescentibus morbis, aliisque occupationibus prohibitus, medio in cursu subsistere adactus fuit: Ejus leguntur aliquot Italicæ Epistolæ valde doctæ, ac eruditæ ad Equitem Prosperum Mandosium Romanæ Bibl. auctorem vol. 4. 5., & 6. Epistolarum Variorum ad eundem Mandosium.

* Tosi. ODOARDUS DE TONSIS * patria item Vicentinus Monasterii SS. Felicis, & Fortunati, quod prope Vicentiam situm est, alumnus effectus anno 1626. die 6. Januarii, deinde ejusdem, aliorumque Cœnobiorum Abbas; Vir fuit in Astronomia, Geometria, Arithmetica, aliisque Mathematicis disciplinis plurimum versatus, ac celebris, de quibus quamplurima reliquit mss. quorum tamen major, ac potior pars ablata post ejus obitum fuit, illa vero, quæ plagiarii effugerunt manus, vel quibus illæ pepercerunt, extant nunc in Bibliotheca ejusdem Monasterii in hos libros distributa.

1 *Astronomicorum* l. 1. in 4.

2 *Scripturæ Mathematicæ* tom. 1. in 4.

3 *Opus Arithmeticum, & Geometricum* tom. 1. in 4.

4 *Dialogo della Laguna di Venezia* con lettere diverse sopra l'istessa materia.

De eo in nostris Regestis mss. pag. 172. à tergo, ubi in margine sic; *Abbas Mathesis Professor.*

PAV-

P

PAULUS ANDREAS GUALTERIUS à * Catacio ulterioris Calabriæ Urbe, in Casinensi Cœnobio Monasticum institutum suscepit, anno 1650. die 13. Nov. & cum prompto admodum, facilique esset ingenio, in liberalibus Artibus, & præsertim Mathematicis disciplinis plurimum profecit, ut ostendunt plures Tractatus Mathematici, quos scripsit, hodieque extant mss. in Casinensi Bibliot. quorum unus Italicè hunc titulum præfert

* Catanzaro in Calabria

1. *Delle Progressioni Geometriche*, & uso mirabile di esse ne' Problemi concernenti il guadagno, che divien' capitale; dedicato al Sig. Consigliero D. Trajano Miroballo Mathematico. Alter Latinè sic prænotatur.

2. *De Formatione Idearum*, quibus Trigonometria rectilinea Triangula resolvit. Protheoria, D. Josepho Majorana Cathedralis Ecclesiæ Aversanæ Canonico dicatus.

PAULUS AUGUSTINUS De FERRARIIS honestâ admodum familiâ Genuæ natus, Monasterii S. Benigni in eadem Urbe primum, deinde, obtentâ translatione, Casinensis Archisterii alumnus evasit anno 1649. die 22. Octob. ut autem erat optimis studiis deditus, & religiosis moribus ornatus, per omnium inferiorum munerum gradus, in quibus integritatis, prudentiæ, ac industriæ, laudem est consequutus, ad Abbatis dignitatem pervenis, quæ cum in patria fungeretur, morte præoccupatus, ad immortalitatem transivit; Florenti adhuc ætate, imprimendam curavit.

Ssmi Patriarchæ Benedicti Regulam, ex vetustissimis membranis Sac. Monasterii Casinensis, summa fide, ac diligentia exemplatam, cui varias Lectiones, & Notas addidit ipsemet Paulus Augustinus. Neapoli typis Novelli de Bonis an. 1659. Opus sane perutile, ac valde eruditum, sed quod Paulus Augustinus magna ex parte desumpsit ex Collectionibus Angeli * de Nuce, qui Notas eruditissimas in Vitam ejusdem Ssmi Protoparentis, & in Chronicon Casin. concinnavit; quod quidem Paulus ipse Augustinus conceptis verbis ostendit in fine suæ præfationis; „ Sed quoniam (inquiens) ingenui est fateri per quos profeceris, illud „ vos tandem latere non patiar, me non pauca, quæ in Notas congessi ex Adversa„ riis excerpisse Rmi Patris D. Angeli a Neapoli Abbatis hujus Sacri Casin. Mona„ sterii, cui à secretis assisto. „

* De quo sup. p. 1. lit. A.

Ejus cum laude meminerunt Aug. Oldoin. Soc. J. in Athenæo Ligustico pag. 453. his verbis. „ Paulus Augustinus de Ferrariis Genuensis patriâ, professione „ Monachus Casinensis, Antiquitatis pervestigator studiosissimus, quem sive miram „ ejus vitæ innocentiam, sive religiosæ perfectionis flagrantissimum studium quis„ que attente perpendat, *Virum plane admirabilem* prædicabit &c. „ citatque Raphaelem Sopranum de eo loquentem. Nicolaus Toppius in Bibl. Neapolit. pag. 232. ubi eum in Neapolitano Regno natum ... quamvis Genuâ oriundum. Jul. Ambr. Lucenti in Ital. Sac. restricta, aucta &c. pag. 1059. Bernard. Pez Epistola X. Apologetica pag. 250. ubi eum *Augustinum tantum de Ferrariis*, omisso Paulo, nominat.

PAULUS BACCIUS ab Urbe professus nostrum institutum Romæ in Monasterio D. Pauli anno 1605. die 6. Nov. in Regest. ms. pag. 55. *aliqua dicitur scripsisse*. Sed quæ, non indicantur.

PA-

PAULUS BAPTISTA item Genuæ nobili genere Vsodemare prodiit, & in Cœnobio S. Catharinæ ejusdem Vrbis Monasticam vitam auspicatus est anno 1636. die 3. Maii. Scholasticis, sacrisque literis imbutus, in patriâ Theologus Collegialis, Conciones sacras pluribus in locis magna populorum utilitate, nec minori plausu frequenter habuit; Gallici item sermonis peritissimus, ex eo ad animarum salutem, divinæque gloriæ incrementum in Italicam linguam transtulit, sermones S. Francisci de Sales, eosque sub hoc titulo typis excusos, evulgavit.

I Veri Trattenimenti, o Discorsi Spirituali di Monsig. Francesco di Sales Vescovo, e Principe di Geneva, anno 1652., & iterum anno 1701. Venetiis per Jo. Baptistam Indrich. „ Alia prælo parabat, sed morte præventus per-
„ ficere minime potuit, asservantur autem apud suos in Cœnobio Genuensi,„
Ita Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligust. pag. 453. ex Raphaele Soprano.

Ipse Paulus Baptista in præf. prænarrati Operis promittebat, se quamprimum in lucem editurum alia ejusdem Sancti Opuscula à se pariter in Italicum idioma translata, nempe 1. *Le lettere Spirituali*. 2. *Le Sagre Reliquie*. 3. *Lo Stendardo della Croce*: cum epitome Vitæ ipsius S. Francisci; & alia omnia ejusdem Sancti Opera in eandem linguam se translaturum si diutius vixisset. In Regest. ms. pag. 275. à tergo, dicitur in margine; *Concionator optimus*.

PAULUS BELGA Brugensis cognomine Malassus honestis ortus Parentibus, fere ab incunabilis meliorum literarum studiis addictus, Monasticum institutum in Belgio primum, deinde ad nostram Congr. transiens, in Monasterio *S. Justinæ* Patavinæ professus est an. 1582. die 27. Nov. Prospero quidem eventu, nam, ut de eo scribitur in libro Defunctorum, qui extat in Archivo ejusdem S. Justinæ sign. num. 480. in fol. „ Ad idem Monasterium divinitus
„ fuit vocatus, ibiq; adeo laudabiliter vixit, ut pietatis, modestiæ, contioen-
„ tiæ, charitatis, ac incredibilis patientiæ egregia semper exempla omnibus præ-
„ buerit; Quas animi virtutes eo pulchriores reddebat, quo eas ingenii acumen,
„ memoriæ felicitas, liberalium disciplinarum peritia, linguarumque diversitas
„ plurimum adornabant, Sciebat enim optime non solum Græcè, & Latinè sed
„ etiam Hebraicè, Gallicè, Germanicè, & Hispanicè constanter, ac perpolite
„ loqui. Artem Oratoriam excellenter callebat: Poesim autem cum Græcam,
„ tum Latinam celebri cum fama tractabat, quem admodum ejus
„ *Ingeniosissima Carmina* adhuc testantur, & alia ejus Opera, quæ extant
„ mss. satis ostendunt, quibus laudibus dignus sit. Obdormivit autem in Domi-
„ no an. 1598. Kalendis Ianuarii „ hæc ibi, sed quonam in loco asserventur prædicta hujus tam egregii Viri Opera, modo in S. Iustina prorsus nescitur, nisi forte injuria temporum intercciderint. Ejus tamen legitur Carmen in Aniciam familiam præfixum Ligno Vitæ Arnoldi Wionis, quod incipit.

Telluris medium late complexa virebat
Arbor, & ingentes tollebat ad æthera ramos,
Hæc rutilis diffusa comis, diffusa venustis
Fructibus &c.

PAVLVS cognomine *CATANIA* natione Siculus è Monte * Regali, Monasterii S. Mariæ in eadem Civitate alumnis adscriptus fuit anno 1610. die 21. Julii; ibidemque scholasticis, humanisque literis excultus, Conciones sacras aliquandiù habuit, vindicandisque ab interitu Cœnobii sui memoriis impigre laboravit. Nec interim Siculas Musas, morales tamen, præteriit, imo impensam iisdem, nec improsperam navavit operam, pluribus, iisque bonæ notæ, cantionibus patria lingua compositis; Honorum autem gradus, quos

* Monreale.

quos nostra *Congregatio* virtute præditis, ac morum integritate conspicuis impartiri solet, directo tramite ascendit omnes, Decani videlicet, Prioris, Abbatis denique (*Titularis tamen*) S. Petri de Massa; Scriptioni itaque, ac pietati tempus omne vitæ cum impendisset, feliciter tandem obiit Panormi in Cœnobio S. Petri de Eremitis, quod hospitium est Monachorum Montis Regalis an. 1670. his relictis studiorum suorum fructibus nempe.

1 *Canzoni Morali*, tom. 9. In 16. præter duos postremos, qui sunt in 8. quorum 1. impressus fuit Panormi an. 1660. apud Andream Colicchiam. 2. ibidem eodem an. apud Josephum Bisagnum. 3. ibidem eodem an. apud Colicchiam. 5. ibidem an. 1661. apud eundem Colicchiam. 5. ibidem an. 1662. apud eundem. 6. ibidem eodem an. apud eundem. 7. ibidem anno 1663. apud eundem. 8. qui sic prænotatur *Tavola Alfabetica* di tutti li Motti cavati dalli Libri di *Canzoni* coll' aggiunta di trecento altre Poste, impressus est ibidem an. eodem 1663. apud eundem Colicchiam, in 8. 9. qui sic inscribitur, *Teatro*, ove si rappresentano le miserie humane, e le mentite apparenze di questo fallace mondo in Canzoni Siciliane in sesta Rima, impressus est ibidem an. 1665. apud eundem Colicchiam in 8. Cæterum septem priores tomi ita dispositi sunt, ut unaquæque Cantio habeat pro themate adagium aliquod Siculum; item scripsit Italicè.

2 *La Cronica della Chiesa di Monreale*, e suo Real Monasterio; quod Chronicum ms. asservatur in prædicto Monasterio in plures libros distributum; allegaturque sæpissime ipsis ejusdem verbis a Petro Antonio Tornamira variis in locis suorum Operum; præcipue in *Origine, è progressi della Congregation' Casinense*, impresso Panormi an. 1675. habebat quoque editioni paratas

3 *Conciones Sacras* Italica lingua compositas, quæ tamen in lucem non prodierunt. Eum laudant Jo: Evangelista à Panormo in Anagrammate pag. 158. & Ant. Mong. Bibliothecæ Siciliæ par. 2. pag. 121.

PAULUS GRAVINA etiam ipse natione Siculus, Patria Catanensis, nobili genere ortus, Monasticam professionem emisit apud S. Nicolaum de Arenis in eadem sua Patria anno 1579. die 10. Februarii. Hic novo, inusitatoque argumento Sacram Theologiam poeticis floribus exornandam suscepit, *Summam Theologicam*, & *Primam Secundæ* D. Thomæ Aquinatis Hetrusco carmine tertio Rhytmo decantans, quod quidem quanti laboris, ac vigiliarum plenum opus fuerit, nemo non intelligit: Huic simile postea breviori libello, diversoque carminis genere satis feliciter præstitit *Franciscus Lemene*, egregiam proinde laudem ab omnibus consequutus. At noster Paulus Abbatis dignitatem, qua insignitus Catanense Monasterium administravit, sponte dimisit, quò privatus, Deo, ac sibi tranquillius viveret, ac tandem an. 1626. Catanæ mortales exuvias deposuit, in Cælum, uti sperandum est, migraturus, Operibus quæ composuit, hisce titulis appositis.

1 *Prima parte della Somma di S. Tomaso d' Aquino* Dottore Angelico dell' Ordine de Predicatori, ridotta in Somma in lingua Toscana, in terza Rima, divisa in tre parti principali, & otto Canti à beneficio di Santa Chiesa, e de fedeli studiosi l' anno 1595. All' Illmo, è Revmo Signore il Sig. Cardinale Alessandrino; Cui valde eruditam, gravemque Epistolam nuncupatoriam scribit, ex Monasterio S. Benedicti in Agro Mantuano die 15. maji an. 1595. Quibus adduntur duæ Cantiones Italicæ, tertio Rhytmo.

2 *La Prima seconda di S. Tomaso d' Aquino* ridotta in Somma in Rima sciolta Toscana in Dialogo sotto il nome di Paolo, è Tomaso, divisa in sette Canti ad honor di Dio, ed honesto esercizio de' fedeli Cristiani.

Q Item.

Item scripsit Latinè, nec invenuste ad calcem *Primæ Secundæ* brevem,

3 *Tractatum de Viro bono*, complectentem quæ ad viri boni complementum necessario spectant, in cujus fine sic legitur, *Compilatus Casini, cum ibidem Studiis vacaremus, anno à partu Virginis* 1589.

Hæc omnia manu exarata in fol. asservantur Bononiæ in Bibliotheca Monasterii S. Proculi à me visa an. 1709. dum Ticino Romam regrederer.

Fuit alius Paulus Gravina pariter Siculus, ejusdemque Catanensis Monasterii alumnus, sed nostro Paulo senior, & fortasse ejus Patruus, qui Monasticam regulam professus est an. 1557. die 22. Februarii, fuitque Romæ D. Pauli Prior anno 1575. ac deinde Abbas Castrovillarum in Calabria, qui à Gregorio XIII. electus fuit *Præsidens*, ac Reformator Monachorum S. Basilii in eadem Calabria, & Sicilia; quique postea Monasterium Catanense administravit ab an. 1581. usque ad annum 1585. obiitque an. 1592. ut narrat Bartholomæus de Alexandro * à Paternione in Chron: Monasterii Catanensis; de quo Petrus Ricor. Hist. Monasticæ dial. 4. pag. 466. hæc habet „ Paolo della nobil famiglia di Gravina di Catania Città famosissima „ della Sicilia, è costui hoggi Priore * del nostro S. Paolo di Roma, per- „ sona molto essercitata nella Teologia, & altre scienze; & anco è molto „ gratioso, & humano, è non vale poco ne maneggi delle cose, & è buon Musico „; quod ideo commemorare voluimus, ne quis majorem hunc Paulum cum juniore nostro confundat.

* De eo supra lit. B.

* Anno 1575.

PAVLVS ISVARDVS Ferrariæ natus, D. Benedicti in eadem Vrbe cætui admuneratus est an. 1569. die 29. Junii, ac deinde ejusdem Ferrariensis Monasterii Abbas, sacra Poesi, ac Musica facultate floruit an. 1578. quo in lucem emisit sequentium titulorum lucubrationes,

1 *Altus, Passiones*, Lamentationes, Benedictus, Miserere, multaque alia devotissima Cantica ad Officium Hebdomadæ Sanctæ pertinentia, nunc recens collecta, emendata; & Typis tradita Venetiis apud Hieronymum Scottum an. 1565. in 4. item

2 *Psalmi per totum annum*, Ad Vesperas canendi cum tribus Magnificat, quorum unum tum pari, tum plena voce uti libet, cani potest, quatuor vocum. Venetiis an. 1578. in 4. & iterum Mediolani an. 1590. in 4.

3 *Hymni plures* diverso carminis genere, de Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, qui concessione Capituli Generalis decantabantur in eorum solemnitatibus in Monasterio Sancti Benedicti de Mantua, ubi etiam mss. asservabantur, teste Arn. Wion. Ligo. vit. lib. 2.

PAVLVS RACCHI Ravennæ ortus inter S. Vitalis, (quod celebre ibidem Cœnobium est) sodales cooptatus fuit, anno 1639. die 1. Aprilis, & postea Abbas *Titularis* creatus, eminuit Mathesis, Astronomiæ, & Astrologiæ, eruditione minime vulgari, ac instrumentorum, quibus eorundem facultatum Professores utuntur, singulari artificio; qui cum vitam, usque ad an. 1671. inter nobiliora studia produxisset, eam ex caduca in immortalem commutavit, ætatis suæ an. 67. relictis pluribus,

Tractatibus Astrologicis Italico idiomate compositis, qui manu ipsius Auctoris exarati, Ravennæ in prælaudato Monasterio asservantur.

De eo Seraph. Pasol. de Vir. Illustribus Raven. l. 3. cap. 2. pag. 61. In Regesto ms. pag. 190. à tergo, ubi in margine *Optimus Astrologus*.

PAVLVS RIVEGLIA Patria Neapolitanus, ex Hispania tamen oriundus, in Monasterio S. Laurentii de Aversa Monachum professus est an. 1646. die 21. Martii. Qui cum à prima juventâ humanis, divinisque literis plurimam

ope-

operam dedisset, Concionator, ac Poeta suo tempore celebris evasit; ac Parmæ, ubi aliquandiu moratus est, haud exiguam laudem obtinuit ab Orationibus fere extemporaneis, quas in funere Ser. Ducissæ, coram Parmensibus Principibus, habuit. In nostra vero Congregatione Decani primum munere, ac deinde Prioris *Titulo* decoratus fuit: Obiit Mediolani in Sancto Simpliciano; postque obitum Scriptorum ejus fragmenta à diligenti viro accurate collecta in lucem sub hac epigraphe emissa sunt

1 *Trattamenti Accademici*, e Poesie postume del P. D. Paulo Riveglia, raccolte da Mario Angelo Dori; In Pavia 1576. per Carlo Francesco Magri Stampator della Città. 2. *Conciones vero* Sacræ mss. in Parmensi Cœnobio remanserunt. In regesto pag. 280. in margine; *Prædicator. egregius*.

PETRVS ALOYSIVS à Turre Patria Genuensis, Florentiæ apud S. Mariæ insigne Cœnobium vota sua secundum D. Benedicti instituta Domino nuncupavit an. 1706. die 26. Junii; ibidemque optimis studiis Valsechio, & Quirino Magistris eruditus, adeo profecit, ut admodum brevi Philosophiæ, ac Theologiæ Præceptor sit constitutus; docuit eas facultates Cesenæ, Parmæ, Mantuæ in nostris Monasteriis cum ingenii, ac doctrinæ fama; Postremo an. 1723. Romam accersitus, in nostro D. Anselmi Collegio Sacros Canones est interpretatus, spem haud dubiam omnibus ingerens, non solum in Scholasticis disciplinis, verum etiam in quolibet alio eruditionis genere uberes sapientiæ fructus se prolaturum, præsertim cum ferme adolescens ediderit Italicè.

Vita di S. Colombano scritta per li divoti del medesimo Santo &c. In Modona per Bartolomeo Solani Stampator Ducale 1711. in 12. pagg. 172. una cum præfatione, quam satis prolixam, uti res exigebat, eidem Vitæ præmisit, in qua serio, & erudite plura Chronologica dubia, & difficultates minime leves, quæ in eadem D. Columbani Vita à Jona olim conscripta, passim occurrunt, præcipue circa ejus in Galliam itionem, tempore *Sigeberti Regis* anno 574. duplicéque ejusdem in Italiam adventum, facillime enodantur, & explanantur, longe utique aliter quam Mabillonius, & Pagius easdem explicant, qui duobus Ionæ attributis, & correctis parachronismis, omnia facile componi posse arbitrantur, quod tamen negat Turrius, qui proinde Ionæ fidem circa res à D. Columbano in Gallia, & Germania gestas integram asserens, in eo tantum Jonam errasse autumat, quod duo S. Columbani in Italiam itinera, unum nempe D. Gregorii *M.* alterum Bonifacii IV. tempore, utpote res Italicas parum edoctus, prorsus ignoraverit; quo animadverso, difficultates omnes, omnesque contraditiones statim tolli demonstrat. Hæc D. Columbani Vita iterum fuit impressa Mediolani an. 1728. in Regia Curia per Josephum Richinum Malatestam, opera cujusdam personæ Sancto Mauro devotæ. Anno 1725. unus fuit ex Theologis Concilii Romani, & anno sequenti in Comitiis majoribus Mantuæ celebratis creatus est *Comprocurator*, qui gradus elapso congruo tempore Prioratum desinit; quamobrem an. 1728. electus fuit Prior Sancti Pauli de Vrbe.

PETRVS ANTONIVS TORNAMIRA, & GOTHO natione Siculus, Patria Alcamensis, nobilique familia ortus, sed à diuturno incolatu, & monastica professione, quam in Monasterio S. Martini de Scalis an. 1641. die 27. Decembris iniit, Panormitanus dictus, natus est an. 1618. die 7. Feb. A puero scientiis humanis, præcipue Jurisprudentiæ strenuam operam dedit, & admodum Juvenis I. V. lauream consequutus est, an. vero ætatis xxi. Iudex *Primarum Appellationum* pro Panormitana Vrbe in Regia Curia constitutus

 fuit,

fuit, quo tempore Sæculo valedicens, Monasticæ disciplinæ palestram ingressus, sacrarum literarum studiis, ac regularium virtutum exercitationi se penitus devovit; *Morum* igitur innocentia, ac doctrinæ fama conspicuus a Iacobo de Palas Archiepisc. Panorm. Censor, seu, ut dicimus, *Examin. Synod.* à Fidei Inquisitoribus *Sancti Officii Consultor*, a Senatu denique Panormitano, pro Ecclesiastico Ordine, Deputatus, fuit electus, quæ videlicet munia, quanti ab omnibus fieret, quantaque veneratione apud omnes frueretur, satis ostendunt. *Hæc* extra; intra vero Monasterium, Procurator ejusdem, Æconomus, seu ut vocant, *Cellerarius*, Decanus, Tyronum Magister, Archivo, ac Bibliothecæ Præfectus, Prior denique Titularis, Monasterium ipsum, totamque adeo Congregationem, qua industria, qua scripto pluribus, magnisque beneficiis affecit; Pecuniarum enim, quæ ex paternâ domo, vel aliunde illi obvenerant, in duo præclara Opera, *Pietatis* unum, Sapientiæ alterum, maximam partem cum Superiorum facultate impendendam curavit; Primum fuit D. Gregorii Magni, Ecclesiæ, & Cœnobii Sancti Martini Conditoris, & Sanctæ Sylviæ ejusdem Matris Sacellum fere à fundamentis à se constructum, locupletatum, annuoque censu dotatum, quo in ejus festo duodecim pauperes, quorum pedes Monachi abluunt, ad mensam excipiantur, aureoque nummo donentur, in memoriam, ut arbitror, & ob exemplum ejusdem D. Gregorii, qui Peregrinos XII. quotidie ad mensam adhibebat, in quibus & Angelum, & Angelorum Dominum Peregrini specie suscipere meruit: Alterum est Bibliotheca tribus millibus, eoque amplius librorum constans, inter quos plurimi Ordinis nostri Scriptores continentur, maxima diligentia, nec minori sumptu undique collectâ, quam *Gregorianam* appellatam voluit, quæ post ejus obitum Bibliothecam S. Martini, cæteroqui voluminibus refertissimam, tanta accessione ditavit; Ex eorum igitur codicum, aliorumque haud intermisso studio, multam quidem eruditionem, rerum præsertim Benedictinarum, aquisivit, eamque in plures libros à se compositos fuse distribuit, eo sane voto, ut antiquam Benedictini Ordinis, ac *Monasterii* sui gloriam, cujus ferventissimo amore flagrabat, pro viribus, sin minus penitus instaurare posset, omnibus saltem, quanta olim fuerit, scriptis suis patefaceret; quod illi utique omni ex parte feliciter cessisset, si ea omnia, quæ in publicam emisit lucem, prius ad exactiorem trutinam, severioremque censuram sedulo revocasset, neque enim omnia Criticis satis probantur, cum alioquin valde sint pia, & rerum Monasticarum Studiosis non inutilia; Ipse autem ex assiduâ librorum, ac veterum monumentorum lectione orbitate oculorum contracta, singularis patientiæ, reliquarumque virtutum exemplum aliquot annis, quibus infortunium hoc pertulit, omnibus præbuit, ac demum Panormi in hospitio *Spiritus Sancti*, quod est Martiniani Cœnobii proprium, fluxam, caducamque vitam æterna commutavit an. 1681. die 8. Augusti, & ad S. Martinum delatus in suo Gregoriano Sacello, ut optaverat, humatus fuit; cujus Opera juxta annorum seriem, quo edita fuerunt, hæc sunt.

1 *L'Albero della Reale, e Imperial prosapia di Santa Rosalia*: In Palermo anno 1652. in fol. expanso, & iterum ibidem apud Campanam anno 1672. & tertio ibidem apud Carolum Adamum anno 1674. in 4.

2 *Istoria dell'origine, e progressi delle Monache Oblate del Padre S. Benedetto*. In Palermo per Antonium Bisagno 1664. in 4.

3 *Idea congetturale della Vita di S. Rosalia Vergine Palermitana*. In Palermo presso Diego Bua, e Pietro Camagna 1668. in 4.

4 *Risposte ad otto domande* fatte sopra l'Idea congetturale della Vita di S. Rosalia Verg. Palermitana; ibidem apud eosdem anno 1670. in 4. Hic liber relatus est in Indicem librorum prohibitorum.

5 La

La Giuditta Palermitana, ovvero la Vergine S. Rosalia, trionfatrice di Oloferne, cioè della Peste con un'Istoria Monastica, nella quale si dimostra, che il dono concesso da Dio al P. S. Benedetto di guarire le Città dalla Peste, e d'ogn' altra infermità si abbia fatto ereditarto in moltissimi de suoi Figli. Ibidem apud eosdem anno 1671. in 4.

6 Il Ceremoniale Benedettino, nel quale si contengono le Sacre Cerimonie nel dar dell' Abbito, e nel ricevere alla Professione ogni sorte di Monaci, e Monache Oblate, e Confrati, e Consuore; Li Bambini, e Fanciulli offerti alla Religione per voto; e li Cavalieri delle sagre milizie dell' Ordine Benedettino, coll'aggiunta della Corona in onore di esso Santo Patriarca, e di nove discorsi spirituali nel dare, e ricevere l' Abbito. In Palermo per il Camagna 1671. in 4.

7 Il Patriarcato del P. S. Benedetto Abbate, e Legislatore de Monaci, Riedificatore della Chiesa Romana: Istoria Monastica: ibidem apud Carolum Adamum an. 1673. in fol. Hoc etiam Opus suspensum fuit, & in Indicem relatus, donec corrigeretur.

8 Vita, e Beata Morte del Ven. Padre D. Girolamo Arminio di Napoli Monaco del Gregoriano Monastero di S. Martino delle Scale di Palermo; ibidem apud eundem anno 1674. in 4. Iste pariter liber relatus fuit in Indicem ex Decreto S. Officii Romæ anno 1682. die 14. Aprilis.

9 Relazione della presa fatta da Corsali di due Galere della Squadra di Sicilia, colla cattività tra gli altri Cristiani di quattro Monaci Casinensi, e di quanto occorse loro fra i Barbari, fino che furono liberati. Ibidem apud eundem anno 1674. in 4.

10 Gli Esercitj Spirituali, e le Constituzioni, e Regole delle Monache Oblate, ibidem apud eundem, anno 1675. in 12.

11 Vita, e felice Morte di Suor Elisabetta Tripedi della Terra di Ciminna Monaca Oblata dell' Ordine del Padre S. Benedetto. Panormi apud Carolum Adamum anno 1674. in 4., & 1675. in 12.

12 Istoria dell' Origine, e Progresso della Congregazione Casinense, detta dell' Osservanza, e dell' Unità di S. Giustina di Padova, ovvero de Monasterj dell' Italia del Patriarca S. Benedetto tomi 2. (unico tamen volumine comprehensi) ibidem apud Petrum de Insula, anno 1675. in 4.

13 Il Ceremoniale Benedettino, nel quale si contengono le sagre Cerimonie nel dar dell' Abbito, e nel ricevere alla Professione solenne le Monache, e Sorelle Converse Claustrate dell' Ord. del P. S. Benedetto, coll'aggiunta degli Oblighi, che loro corrono intorno alla loro Monastica professione, e li loro esercizj spirituali. In Palermo apud eundem 1676. in 4.

14 Le Constituzioni Benedettine per le RR. Monache del Ven. Monastero di S. Rosalia di Palermo dell' Ord. del P. S. Benedetto, ordinato, ed eretto per Bolla di N. S. Urbano VIII. nell' anno 1634. Ibidem apud eundem 1676. in 4.

15 Discorsi Istorici della prosapia paterna, e materna, e di Palermo patria della Gloriosa Vergine S. Rosalia: ibidem anno 1674. per Carolum Adamum; & iterum ibidem anno 1677.

16 Le Condizioni del Prelato Regolare, ovvero le massime della politica Cristiana, che si ricchiedono in un buon Prelato Regolare per saper ben governare i suoi sudditi. Ibidem apud Petrum de Insula 1677. in 4.

17 Risposta alla domanda fatta dal Sig. Giuseppe Gentile sopra la Chiarezza rischiarata del Padre Fra Paolo di Termine Min: Osser. Rifor. Genuæ apud Jo. Baptistam Tiboldum, & Josephum Bottarum anno 1679. in 4.

18 Gli

18 *Gli Scrittori Mariani dell' Ord. di S. Benedetto*, ovvero de Benedettini Dottori, e Cancellieri di Maria Verg. In Palermo presso Pietro dell'Isola 1679. in 4.

19 *Vita di Sant' Eligio*, volgarmente detto *Aloi* Vescovo dell' Ordine di S. Benedetto; ibidem apud eundem 1682. in 12. opus posthumum.

Manu scripta typis parata,

1 *Vita del Patriarca S. Benedetto*. 2. *Historia dell' Origine, e Progressi di sette Monasterj Benedettini*, che all' età di S. Rosalia fiorivano nella Città di Palermo. 3. *Historia della Vita, e beata Morte* di S. Rosalia V. Palermitana in fol. 4. *Gli Annali del Smo Rosario*, ovvero l' Origine, e Progressi del Smo Rosario nell' Ordine Benedettino. 5. *L' Istoria, l' Origine, e Progressi* dell' Ord. Benedettino in Sicilia tom. 2. in fol. 6. *Cronica del Sagro Monastero Gregoriano* di S. Martino delle Scale della Città di Palermo in fol. 7. *Il Galateo Monastico*, ovvero le massime delle buone creanze cavate dalla Regola del P. S. Benedetto; aliaque tum Ascetica, tum Moralia, quæ mss. extant apud S. Martinum.

De eo cum laude agunt Ant. Mong. Bibl. Sicul. par. 2. pag. 128., & seq. qui etiam prima par. Tornamiræ Opera sæpissime allegat; & ab eo citati Rocchus Pyrrhus Sicil. Sac. l. 4. de Abbatiis pag. 196. Alphonsus Salvius in *Profis* pag. 148. Franciscus Maria Maggius, *Le Sagre Ceremonie* parte 1. opusc. 2. disquisit. 16 pag. 163., & par. 2. opusc. 3. disquis. 23. pag. 458., & in libro, *Luogo di ritiramento* c. 10. pag. 175. Jo: Evang. a Panormo in Anagram. editis Mutinæ pag. 150., & in aliis editis Panormi anno 1677. pag. 107. Michael *de Judice in Annotation. ad Hist. Sicul. Apparatum Augustini Inveges, ubi Tornamiram inter Siculæ Historiæ Scriptores recenset. Jo: Mabill. in Catal. Selectiorum Operum ad Bibl. ex materiis Ecclesiasticis comparandam, (qui est ad calcem Tractatus de *Studiis Monasticis* c. 22.) *Patriarchatum D. Benedicti* Petri Antonii Tornamiræ pro Monasticâ historia inter alia opera enumerat. Bern. Pez Epistola X. Apolog. in Catal. Script. ab anno 1600. pag. 222., ubi eum Antonium tantum vocat, eumq; existimat Casin. certe enim id tunc minime sciebat. In Reg. ms. pag. 252. in margine *Vir doctus multa scripsit*.

* De eo supr. lit. M.

PETRUS MARIA IUSTINIANUS nobilis Genuensis ex Chii olim Dynastis, in Sacro Casinensi Cœnobio Monachum induit an. 1705. die 12. Martii unde exacto Tyrocinio, ac Philosophico curriculo expleto, Romam missus in nostro D. Anselmi Collegio Sacr. Teologiæ, & Iuris Pontificii studia, sub Leandro de Porzia, & Bonaventura Finardi celeberrimis Magistris ab anno 1711. usque ad an. 1714. insigni profectu confecit; ex hac palestra egressus, Scholasticum stadium, & ipse aliis percurrendum, Cæsenæ, Ravennæ, Casini aperuit: quibus in locis qua S. Officii Consultor, qua *Examinator* Synodalis, qua demum Visitator, & *Pœnitentiarius* totius Diœcesis constituitur. Coacta autem a Benedicto XIII. Pont. Max. Romanâ Synodo anno 1725. Petrus Maria uti Procurator D. Archangeli Brancaccii Abbatis Sacr. Monasterii Casin., absentis, moxq; eo Ferrariæ, quò ad minora Comitia perrexerat, defuncto, ejusdem Casinensis Abbatiæ nomine illi interfuit; anno demum insequenti 1726. ab eodem Pontifice Maximo, cui nota jam, & perspecta erat ejus virtus, ac doctrina, Episcopus Sagonensis, in Insula Corsica, renunciatur die 9. Decemb. die autem 22. ejusdem mensis Consecrationis munus, manu ipsius Summi Præsulis consequitur. Plura scripsit, quorum tamen aliqua nondum absoluere, nec ad rigidiorem limam revocare adhuc potuit; interim eorum elenchum accipe ab ipsomet Petro Maria mihi communicatum.

1 *Historia Sac. Monast. Casin.* ab ejus origine usq; a d decimum sæculum Latinè concinnata tom. 2. in fol. mss. apud Authorem. 2. *Dis.*

2 *Dissertatio de Existentia Corporum SS. Benedicti, & Scholasticæ* apud Casinum contra Io. Mabillonium in Annalibus. ms.
3 *Dissertatio de variis Gentilium Ritibus*, quos Christiana Ecclesia sanctificavit, atque in suum usum convertit; Ms.
4 *Philosophicum Sistema* juxta recentiorum placita ms.
5 *Plures Tractatus Theologici*, tam Dogmatici, quam Scholastici mss.
6 *Compendium Juris Canonici*, ubi antiqua cum præsenti Ecclesiastica disciplina comparatur ms.
7 *Index* mss. Bibliothecæ Casinensis ad instar illius, quem texit Bernardus de Montfaucon. ms. imperfectus.
8 *Notæ* aliquot in Codicem Casinensem singularem, Epistolas Conciliorum Ephesini, & Calcedonensis continentem, quem cogitabat integrum exhibere, in Christiani Lupi supplementum. ms.
9 *Oratio* in laudem recentioris Philosophiæ, ms., & hæc quidem Latinè. Italice autem
10 *Dissertazione intorno all Origine, e Progresso delle Prefiche*, dedicata a Monsignor Biagio Terzi Vescovo d' Isernia.
11 *Dissertatione sopra il Sogno di Alberico Diacono inedito*, da cui con varie congetture si sospetta, che abbia presa L' Idea della sua divina Comedia il Dante.
12 *Orazione Funebre* detta in Cesena nella morte del P. Abbate D. Benedetto Vittorio Rossetti.
13 *Tre Tomi in foglio* di lettere Italiane, e Latine scritte per la maggior parte a nome del R.P.D. Arcangelo Brancacci Abbate di Monte Casino, che si conservano ivi nell' Archivio.
14 *Pluresque aliæ lucubrationes Latinæ, Græcæ, Italicæ; nempe, Orationes, Præfationes, Odæ, Elegiæ, Epigrammata &c.*

PETRUS PAULUS BENALLI * e Castro Sancti Stephani, quod oppidum est Hernicorũ, Ferentinæ Diœcesis, Florentiæ in Cœnobio S. Mariæ Monachorum vota emisit an. 1560. die 6. Junii. Hic egregio præditus ingenio, illud humanis, divinisque scientiis, Theologia nimirum, Juris utriusque prudentia, poetica facultate, & Mathematicis disciplinis cumulate instruxit. Accessit Idiomatum tam veterum, quam recentiorum, Græci, Hebraici, Caldaici, Gallici, Hispanici, ac Theutonici, præter Latinum, & Hetruscum absoluta notitia, & expedita loquutio; quas dotes morum honestas, atque suavitas pulchriores omnibus, gratioresque reddebat; Quamobrem à maximis etiam Principibus plurimi factus, eorum benevolentiam, optimamque de se opinionem non semel expertus est; Eum namque Clemens VIII. ad reformanda utriusque Germaniæ Monasteria, Nuntii, ac Visitatoris Apostolici authoritate, & insuper Abbatis titulo insignitum direxit an. 1593. ut ex ejusdem Pontificis Bullis liquido apparet; quam provinciam arduam licet, multisque obnoxiam periculis, singulari prudentia, ac invicta fortitudine obivit, abusus, ac vitia, magna Principum, ac populorum admiratione, & gaudio ubique convellens, ac dissipans, & omnia in primævum statum, fervoremque restituens; Missus deinde à Congregatione nostra Orator ad Henricum IV. Galliæ Regem pro causa Abbatiæ Lirinensis, mirum est, qua dexteritate, ac solertia perplexum negotium feliciter confecerit; Rex namque non minus religiosâ modestiâ, quam doctâ facundiâ Oratoris allectus, illum & magnis laudibus extulit, pretiosisque donis ornavit, & honorificentissimo diplomate, quod hodieque in Tabulario Lirinensi extat, Abbatem perpetuum ejusdem Lirinensis Cœnobii constituit. Quinque igitur annis, quibus ibidem præfuit, regularem observantiam redintegravit, Con-

* Castel di S. Stefano in Campania Romana.

Cœnobii jura, bona, & dominia, quoad ejus fieri potuit, recuperavit, expletoque quinquennio in Italiam reversus ad Generalia Comitia, *Definitorio*, ut dicimus, qui summus Magistratus apud nos est, regium diploma, & Lirinensem Abbatiam libere tradidit, ac dimisit; ab eodem *Deffinitorio* Abbas Farfensis creatus, ubi haud ita multò post, fatali hora adveniente, animam Deo piissime reddidit an. 1608. optimi Præsulis famarelicta; ut autem divinarum Scripturarum cognitione, ac Hebraicâ eruditione excellebat, plures Rabbinos, aliosque Hebræos, Venetiis præcipuè, publicis disputationibus convicit, & ad veram fidem perduxit. Doctrinam verò suam ad posterorum utilitatem literis consignavit, & in quinque Tomos, qui in Bibliotheca Abbatiæ Florentinæ extant, dialogi methodo distribuit, quorum primus continet

Dialogos sex, quinque contra Iudæos, in quibus interlocutoribus Christiano, Iudæo, & Turca, agitur de Arcanis Sacræ Scripturæ sensis, & de Scientia Caballistica. Sextum de Virginibus Evangelicis partim prosa, partim versu simul colloquentibus. Secundum continet

Dialogos sex, quatuor de Filio prodigo, quinque de Nuptiis, sextum de Astrologia. Tertius continet

Dialogos sex, 1. de Miraculis Mahometi, & ejus Alcorano, 2. Dialogum inter Judæum, & Christianum, ubi de morte D. Simeonis. 3. de Itinere Authoris Visitatoris ad Monasteria Germaniæ. 4. de Officio Abbatis secundum Regulam. 5. de Veneficiis. 6. Dialogum inter Benedictinum, & Franciscanum, & insuper Orationem Authoris in reditu à visitatione Monasteriorum utriusque Germaniæ, habitam à Fr. Benedicto in Monasterio Wiblighensi die 8. Martii 1594. quartus continet

Dialogos sex, in quibus agitur de expositionibus Rabbinorum in Talmud. Quintus tomus continet

Constitutiones de Reformatione Monasteriorum Germaniæ anno 1594. & Dialogum, in quo nonnullæ quæstiones in Regula D. Benedicti absoluuntur. Singuli tomi constant paginis circiter 160.

Hi Dialogorum libri typis jam destinati, ac parati erant, nisi mors intercessisset Authoris, ut liquet ex approbationibus Theologorum nostræ Congr. eisdem Dialogis præfixis, quarum primam dumtaxat hic apponere libet.

„ Ego D. Honoratus Volaterranus Decanus, & Lector Philosophiæ de mandato Rmi P. D. Lucæ * Bovianensis Abbatis S. Mariæ de Florentia, ac totius Casinensis Cœtus Generalis Præsidis, legi tomum hunc primum Dialogorum R. P. D. Petri Pauli Benallii Abbatis, & cum in eo nihil nactus sim, quod S. R. E. repugnet, aut bonis moribus, quin imo opus non minus Catholicum, quam ob elocutionis elegantiam perutile, dignum duxi, qui ab omnibus perlegatur, & tuta conscientiæ teneatur; in cujus rei fidem &c. „ ejusdemque sensus sunt aliæ tum hujus primi, tum reliquorum tomorum approbationes.

* Di Buggiano.

In Bibliotheca S. Simpliciani Mediolani extat liber ms. in 4. cum hoc titulo: *Doctissimi Viri P. D. Petri Pauli Stephanensis* * Tractatus aliquot de Sacramentis, & in Jure Canonico, & de aliis materiis moralibus. Inter mss. vero Bibl. Anicianæ Collegii Gregoriani à Constantino Cajetano collecta extabat lib. sign. R. 2. 7. R. 5. 56. cum hoc titulo: *Germaniæ Monasteriorum Reformatio, & Visitatio* 1494. Item alius sign. R. 2. 44. Weingartensis, & Musterlingensis Monasteriorum Visitatio. In Archivo Abbatiæ Florentinæ extat aliud volumen ms. in fol. sign. n. 3. tit. *Commissiones*, ubi à pag. 199. usq. ad pag. 237. leguntur.

* Idest à Castro S. Stephani.

Constitutiones pro Reformatione Monasteriorum Germaniæ Rmo P. D. Petro Paulo Benalli de Castro S. Stephani Ferentinæ Diœcesis Reformatore, & Commissario

ſario Apoſtolico, & Abbate S. Baronti Authore. Incipiunt „ Monachorum „ Vitæ ratio unum tantum propoſitum habere debet, nempe animæ ſalutem „ expliciunt „ Hæ ſunt bene vivendi Conſtitutiones ſecundum mentem Clementis VIII. Summi Pontificis, quas ſi Monachi non obſervaverint, ſpiritu ſunt „ inopes, & ſine charitate laborant, & teſte S. Auguſtino, ſicut non ſunt meliores, quam qui in Monaſterio proficiunt, ita non ſunt deteriores, quam qui in „ Monaſterio deficiunt. Vota Deo facta non cuſtodientes, non Monachi ſunt, „ ſed perſonæ larvatæ, quæ per habitum, & tonſuram Deo mentiri noſcuntur: Divi ditur in cap. 46. Sequitur à pag. 24. uſq. ad 26.

2 *Inſtruzzione (data juſſu ejuſdem Pontificis) al P. Viſitatore* de Monaci di S. Benedetto, che la Santità di N. S. manda a viſitare i Monaſterii di Germania del medeſimo Ordine: Sequuntur duæ Bullæ ejuſdem Clementis VIII. quibus Benallio ampliſſimam facultatem tribuit ad viſitationem obeundam, quarum prima data eſt Romæ apud S. Marcum die 14. Julii an. 1595. Pont. ſui anno 2. Alia data ibidem die ſequenti ejuſdē menſis, & anni * ſequuntur deinde plures *Epiſtolæ Cardinalium, Nuntii Apoſtolici*, Abbatum, Priorum, Præſidentium ad Benallium; à pag. 322. uſq. ad pag. 486. *Vota, ſeu Suffragia* Abbatum Germaniæ ad eundem Benallium pro electione Præſidentis dictorum *Monaſteriorum* à pag. 280. uſque ad pag. 312.

*Quas Bullas legere poteris in noſtr. Analectis, ubi etiā plura alia de eodē Benallio lectu digniſſima invenies.

Quomodo vero legatio iſta Germanica Benallio ceſſerit, nemo melius ipſo Benallio narraverit; en ejus verba, poſt reditum, in Generalibus Comitiis recitata, quæ Pucciuellus in Chron. Abb. Florent. pag. 161. refert ex Conſt. Cajet.

„ Quot ſubierim vitæ diſcrimina, quot labores, quot infortunia, quot incredulorum de progreſſu modico ſubſannationes, longi eſſet ſermonis enarrare; „ ubique mihi pavor, & plurima mortis imago; omnia tamen æquo, fortique „ animo pertuli, ut Fratribus noſtris D. Benedicti alumnis communis Patris prodeſſem, eoſque ad Regulæ integritatem reducerem. Nihil mibi jucundius, nihilque utilius accidere poſſe cenſebam, quam in Dei obſequio, & felici Monachorum progreſſu omnes hujus viæ, ac vitæ ſufferre calamitates, etiam ſi vitam ipſam profunderem „ hæc ille: Sed ad laudem Monachorum S. Emmerami Ratiſponenſium, teſtimonium ejuſdem Benallii hic ſubnectere non pigebit.

Nos D. Petrus Paulus de Benalliis Abbas S. Barontii Diœceſis Piſtorienſis, „ Viſitator, & Delegatus Apoſtolicus, viſitavimus Monaſterium S. Emmerami „ Ratiſponenſis Diœceſis, & invenimus prædictum Monaſterium liberum, & exemptum ab omni juriſdictione Ordinariorum, ut ejus nonnulla privilegia teſtantur à Pontificibus, & Imperatoribus obtenta, & ſæpius confirmata; teſtatur „ hanc etiam exemptionem annua ad altare D. Petri Apoſtoli cenſus ſolutio, & invenimus in viſitatione noſtra dictum Monaſterium bene diſpoſitum, & ordinatum ſecundum timorem Dei, & decentiam Monaſtici ſtatus: & primo viſitavimus Sſmum Sacramentum, deinde Altaria, ac Sacras Reliquias plurimorum „ Sanctorum, & omnia proſpeximus decenter ordinata, atque ornata: poſtea „ vero viſitavimus Monachos omnes, & cognovimus eos in Dei obſequio ſedulos, „ & unanimes, in obſervatione vero regulari concordes, atque ferventes, eorumque Prælato ad nutum, & ſine mora obedientes. R. Abbatem prudenter „ regere familiam ſuam, ac ſufficienter prout Monaſterii facultates ſuppetunt, & „ ſpiritualia, atque temporalia ſubminiſtrare; nec vidimus Monaſterium ære „ alieno gravatum, ſive debitis oppreſſum, ſed propter ipſius Abbatis prudentiam, commodum, & opulentum, cum bono totius populi Civitatis Ratiſponenſis odore, & exemplo; Quare committimus R. Abbati in virtute Sanctæ „ Obedientiæ, non alium Viſitatorem admittat in Monaſterium ſuum ſub præ-

" textu cujuscumque Brevis Apostolici, antequam de statu hujus Monasterii Se-
" di Apostolicæ fuerit significatum, & ut hæ præsentes literæ viribus subsistant,
" nostra subscriptione eas muniendas curavimus. Datum in Monasterio S. Emme-
" rami XIV. die Novemb. 1593. D. Petrus Paulus de Benallus Visitator Apostolicus.

Hæc de legatione Germaniæ, de Gallica vero gratum Lectori me facturum existimo, si quænam fuerit causa illa Lirinensis Abbatiæ pro qua ad Henricum IV. Benallius missus fuit, hic indicavero; id autem facile intelligi potest ex præfatione ad Lectorem Dionysii * Faucherii Monachi Lirinensis doctissimi, in Epistolam B. Eucherii ad Hilarium Monachum pariter Lirinensem, & postea Episcopum Arelatensem, quæ legitur inter opera Eucherii in Chronologia Lirinensi Vincentii * Barralis pag. 70.

* De eo sup. lit. D.

* De quo inf. lit. V.

" Ante annos autem triginta, & quinque Augustinus Grimaldus Grassæ Pon-
" tifex, cum ipsum Lirinense Monasterium haberet commendatum, Zelo Dei, &
" amore Religionis incitatus, in ipso divinum cultum, & corruptam longa desi-
" dia, & luxu disciplinam, evocatis ab Italia Casinensibus nostri Ordinis Patribus
" instaurandam curavit; Quæ res quandiu ille vixit, prospere utcumq; pro tem-
" porum captu, & conditione est visa succedere; demum vero temporum iniqui-
" tate factum est, ut res ad Dei laudem bene instituta, falsis nescio quibus suspi-
" cionibus, & malorum hominum calumniis impetita sit. Unde nisi affuisset Deus
" qui insontes ubique tueri solet, in pristinum illum statum, corruptum scilicet,
" revoluta laberetur; Nunc autem cœlesti favente auxilio, Christianissimus Rex
" Henricus, causam Innocentium apud eum agente Magistro Equitum (quem vul-
" go Conestabilem vocant) homine magnæ prudentiæ, magnæ in Deum religio-
" nis, eosdem Patres nostros, quos vanæ suspicionis, & peregrinitatis inane no-
" men abegerat benigne, ut videlicet cœpto dudum operi insisterent, revocari jus-
" sit " Hæc Dionysius ibi, ex quo colligimus Conestabilem illum magno apud Regem Henricum Benallio adjumento fuisse, ut Lirinense Monasterium Monachis nostris redderetur, ipso Benallio Præsule constituto.

* Fuit, ni fallor, Dominus de Landighiere.

Idem Dionysius in Epistola ad Guillielmum Episcopum Montispesulani, quæ legitur in eadem Chronologia inter Epistolas ejusdem Dionysii pag. 289. de prænarrata causa hæc iterum habet, ex quibus Monachorum nostræ Congregationis per id temporis, & vitæ Sanctitas, & doctrinæ præstantia clarius elucet. Paulo post initium.

" In spem optimam adducor, ut te authore, ac vindice insontes Monachi,
" & à quibus nulli umqam orta injuria est, ab injuriis, & injustis calumniis
" vindicentur; Nam cum sint ipsi vitæ integritate, & optimis moribus non
" minus, quam doctrina insignes, non dubito, quin tu eos favore tuo dignis-
" simos judices; Quorum auspiciis simul, atque labore, addo etiam sumptu,
" factum est, ut Monastici Ordinis longa dudum desidia, veternoque corru-
" pta, & collapsa funditus disciplina, in antiquum decus restituta floresceret;
" sed hæc quæ dico vera sint necne, tute melius à circumjectis accolis, si quan-
" do tibi eò venire contigerit, audies, qui nunc eorum absentiam eo ferunt
" molestius, quod eorum honesta conversatio proposita erat omnibus in exem-
" plum, unde etiam factum est, ut iis absentibus Monasterium nunc quasi na-
" vis reflantibus ventis agitata fluctuet, & rei Monasticæ tam bene constitutus
" ordo sensim corruat, nam ii, quibus authoribus factum suspicamur, ut do-
" mo sua boni homines sub peregrinitatis titulo extruderentur, in id operam
" dedisse videntur, ut abjecto obedientiæ jugo, in pristinam, qua omnes de-
" teriores solemus fieri, licentiam relaberentur. Sed vide, obsecro, quam
" grave insontibus crimen affixum est; Quia non erat illis causa idonea, qua

" inno-

„ innocentes expellerent. Italos eos esse causati sunt, quasi Gallorum inimi-
„ ci Lerinam hostibus proderent, quod si quando metuendum id fuerat, tunc
„ maxime considerandum erat, cum bellis conflagrabant omnia, & nostrorum
„ exercitu dissipato, Proceres cum Rege una capti sunt, rebusque nostris de-
„ bilitatis, atque jacentibus, adversarii prosperis successibus stare viderentur;
„ Ita ne tandem post annos circiter triginta, post tam multos exantlatos su-
„ dores, justa scilicet causa inventa est, ut bonis exturbatis, malis liceat rem
„ tam bene omnium bonorum testimonio ad Dei laudem institutam perver-
re? hæc Dionysius.

De Petro Paulo Benalli pluribus agit Plac. Puc. in Chron. Abbatiæ Florent. pag. 151. & seqq; ubi eum dicit reliquisse plura mss. certa subtilissimis quæstionibus Philosophicis, ac Theologicis, & etiam aliquot libros Græcâ linguâ conscriptos, quos tamen ego non vidi, citatque in margine de eo agentes Arn. Wion. l. 3. c. 10. Constant. Cajetanum, & Fortunatum Scholam; Sed quod ad Arnoldum pertinet, vel Puccinelli incuria, vel Typographi ignorantia erratur in citando libro, & capite, nam liber tertius Ligni Vitæ capita nulla habet, cum in 12. tantum menses distinguatur, in quibus Sancti Monastici Ordinis recensentur; nec alibi in toto Arnoldi opere aliquid de Petro Paulo Benallio invenire potui.

In Necrologio Monachorum Abbatiæ Florentinæ pag. 55. & seqq. dicitur Benallius liberalibus disciplinis Romæ operam dedisse, selectæ doctrinæ, eximiam in Deum pietatem, ferventem charitatem in proximos, singularem prudentiam, illibatam castimoniam, invictam patientiam, justitiæ zelum, cæterasque virtutes semper junxisse; ac deinde ejus gesta in Germania, & Gallia narrantur, obitus denique annus 1608.

PETRUS PAULUS DELLA GATTA Neapolitanus Patria, S. Severini Monachus effectus an. 1594. *Vir clarissimi ingenii in Scholasticis scientiis, & in Ecclesiastica Historia satis versatus* dicitur a Benedicto Laudati in Brevi Chronico S. Severini par. 2. pag. 335. tantæque in morali Theologia peritiæ, ut *Conscientiarum Magister* passim appellaretur. Humilitatis eximius cultor, numquam adduci potuit, ut Episcopales infulas vellet admittere, quas Carolus Frater strenuus Hispanarum Copiarum Dux, facili negotio obtinendas ei pollicebatur, sed in suscepto Monasticæ vitæ instituto constanter perseverans, in laudato Cœnobio diem clausit extremum an. 1644. die 27. Febr. Ejus legitur *Epigramma* in Alphonsi Villaguti opera impressa. Quod Nos etiam prima Parte hujusce Bibliot. ubi de Alphonso Villagut, asserimus pag. 13. circa finem.

PETRUS PAULUS GINANNI Nobili Familia Ravennæ ortus, ibidem apud S. Vitalem in D. Benedicti verba juravit an. 1714. die 28. Octob. absolutoque Tyrocinio, & Scholasticis studiis auspicatis, Romam missus, in nostro D. Anselmi Collegio Sacræ Theologiæ, & J. Pont. serio operam dedit: sub Leandri de Porzia, & Bonaventuræ Finardi, aliorumque insignium Magistrorum disciplina: Cumque præconceptæ de eo spei egregie respondisset, easdem facultates Florentiæ primum, mox Ravennæ alios edocendi onus illi impositum fuit, quod jam ab anno 1720. ad hunc ipsum annum 1732. naviter sustinet. Variam eruditionem sectatus, de Musis æque, ac de Historiis bene mereri satagit, adscriptus proinde in Patria Academicis *Concordibus, Informibus, & * Excitatis*, * Svegliati.
Sed primum Ingenii specimen Philosophicis Thesibus methodi, ac materiæ admodum singularis Orbi Literario palam fecit; earum titulus hic est.

1 *Theses ex universa Philosophia* sub faustissimis auspiciis Emi, ac Revmi Principis D. Angeli M. Quirini Patritii Veneti S. R. E. Cardin. Amplissimi Brixiæ

R 2 Epi-

Episcopi ex Abbate Casinensi, publicè propugnandæ à D. Cypriano Veneto Monacho Casinensi, P. D. Petri Pauli Ginanni a Ravenna Philosophiæ, ac Geometriæ Professoris Auditore. Ravennæ ex Typographia Ant. Mariæ Landi 1728. in fol. pagg. 64. absque Epistolà Nuncupatoria. Hic titulus hujusce argumenti lucubrationibus communis videri potest, sed res sub eo contentæ usitatas PhilosophicarumThesium metas longe transiliunt, & in latissimos totius Philosophicæ Historiæ campos liberrimè pervagantur. Ibi enim Philosophiæ origo ab ipso mundi exordio, & progressus ad hæc usque tempora breviter texitur; Philosophorum sectæ omnes paucis describuntur; Anni ab Orbe condito Periodi Julianæ, & Æræ vulgaris, quibus illi floruerunt, vel obierunt, indicantur, Authoribus, qui hisce de rebus loquuntur, allegatis. Philosophorum tum veterum, tum recentiorum celebriores sententiæ afferuntur; quidquid hactenus eorum singuli tum in Phisicâ facultate, tum in Astronomicâ, Geograficâ, & Anatomicâ noviter detexerunt enarratur: adeout totius Philosophiæ antiquæ pariter, & neotericæ conspectus, & Synopsis hæ Theses jure appellari possint, merito propterea ab omnibus, qui eas legerunt, plurimum laudatæ. Scripsit etiam Italica lingua

2 *Istoria della Canonica Portuense* di Ravenna, è del culto, che in essa si è prestato alla Sacra Imagine di Maria Vergine detta la *Greca*; quæ ex Constantinopoli mirabiliter per Adriaticum Mare Ravennam appulit, exceptaque fuit à D. Petro de Honestis ejusdem Canonicæ Fundatore in ulnas suas an. M C. In qua Historia etiam agitur de electione per Spiritum Sanctum in in specie Columbæ priorum Ravennæ Episcoporum; & de Gestis laudati *Petri de Honestis*, ejusque Successorum, usque ad reformationem *Frisionariæ**, nuncupatam an. 1420. perducitque Historiam ejus Cœnobii usque ad an. 1566. omnia authenticis documentis tum impressis, tum ineditis, ad calcem exhibendis, confirmata. incipit. „ Se il principal pregio, per lo quale „ una Città illustre si rende, in altro non consiste, che nelle Virtudi, e nella „ Santità de' suoi Cittadini &c.

* Est locus prope Lucam in Aetruriâ.

3 Colligit etiam *Poemata*, (titulos videlicet) numero fere 250. Poetarum Ravennatum, qui ab anno 1540. usque ad annum 1730. floruerunt, specimen uniuscujusque exhibens, una cum notitiis Historicis Vitæ, & Gestorum eorundem quam collectionem, ubi ad hæc usque tempora perducta fuerit, Cives Ravennates typis tradere decreverunt, *Sed hæc Collectio* est veluti prodromus longe majoris Operis, cui adornando plures jam annos desudat, Collectionis nimirum omnium Literatorum Ravennatum, numero supra 300. quorum hactenus nonnullas vita (nempe 80.) descripsit, ex quo apparebit Ravennates, & numero, & præstantiâ DoctorumVirorũ nulli per Italiam Urbi concedere. Item

4 *Notis Historicis* illustravit Palinodiam *Fr. Michaelis de Cesena*, ibidem à se inventam in Mss. Biblioth. Malatestæ apud FFr. Min. S. Francisci, cum hoc „ titulo „ *Dilucidatio super Psalm. Miserere &c.* Expositio *Fr. Michaelis de* „ *Cesena*, olim Ord. Min. Ministri Generalis, quam an. 1343. Mense No„ vembri luctans cum morte, pænitentiâ perfidiæ in Jo: Pont. Max. subiit Mo„ nachii in Bavariâ serò, sed serio. (incipit,) Deus absconditus, qui videri „ non potes oculis corporeis, nec linguis hominum explicari &c. ex qua, Michaelis pœnitentia, adeo huc usque disputata, extra omne dubium ponitur: Hanc una cum suis Notis Ludovico Antonio Muratorio Ginanninus misit, in Collectaneis Historicorum Italiæ cum primum se se occasio offeret, imprimendam. Cum autem Cæsenæ an. 1731. die 20. Martii Nobilis Fæmina Cornelia de Bandis Langari Comitissa, in medio proprii Cubiculi undecumque

que clausi fere totà combusta inventa nocturno tempore fuisset, quæ res terrorem non minus omnibus, quam admirationem, ac stuporem ingessit, & complures Viri docti varias lucubrationes ea de re confecissent, ut veram ejusdem causam investigarent, eos inter Ginannius Academicam Orationem composuit, in qua arbitratur id evenisse ob subjacentem Sulphuris, ac Nitri fodinam, cujus afflatus ingenti copiâ per hiantium contignationum, vel fornicum rimulas in Matronæ Conclave furtim irrepentes, atque ex lychni igniculo repente accensi halitum illi statim intercluserunt, moxque ejus corpus in frusta, ac cinerem maxima ex parte redegerunt. Hæc Oratio, (quę sic incipit)
„ Passati gia sono que tempi infelici, ne quali le principali premure degli Vo-
„ mini Saggi erano indrizzate &c. pagg. 24. in 4.) cum ad plurium Eruditorum manus pervenisset, haud modicam laudem, & approbationem obtinuit, præcipue a Cl. Josepho Blanchinio Veronensi Canonico, celeberr. Francisci Blanchinii Rom. Cur. Prælati Fratris Filio, qui in Epistola ea de re Veronæ edita per Antonium Bernum pag. 21. vocat ejus opinionem -- *Saggia, è riverita*, e nomine *Dotti Ravennatis* cum appellat, non enim quisnam esset hactenus sciebat; & pagg. 27. & 28. „ Confesso però che mi ha tal pia-
„ cere arrecato il leggere l' eruditissimo discorso Accademico fatto in Raven-
„ na sopra di questo sistema, che sę diligenze s' usassero &c. denique pag. 59. leg-
„ gendo nell'erudito discorso Accademico del degnissimo Scrittore Ravennate &c. Eum laudat Cajetanus *Moniglia* Cantico illi nuncupato in Collectione Carminũ *Pro ingressu Religionis* ejus Sororis impress. Bon. 1724. apud *De Peris*. quod incipit

Spirito eccelso che all' Oblio | *Di natura, ò pur di Dio*
Tante ogn' or Saette avventi | *Quanti sciogli illustri accenti &c.*

Alludens nimirum ad Philosophiæ, ac Theologiæ prælectiones ab eo habitas.

PETRUS DE ALCAMO Siculus S. Martini prope Panormum alumnus factus anno 1528. die 11. Nov. floruit circa an. 1550. Hebraicis, Græcis, Latinisque literis, ac poetica facultate; scripsit

Nonnulla maxime versu excusa anno 1560 at de iis nihil hactenus vidi; Ita prorsus Arnol. Wion Lign. Vit. l. 2. c. 75. pag. 448., & seq. ubi vocat eum *Poetam non contemnendum* Ant. item Mong. Bibl. Sic. par. 2. pag. 127. asserit eum fuisse doctissimum in linguis Hebraica, Græca, & Latina, Poetam præstantissimum, ac magnâ doctrinæ opinione florentem, sed de ejus lucubrationibus nihilmagis distinctum, aut peculiare loquitur; sicut nec Ant. Poss. in App. Sacr. tom. 3. pag. 31., ubi ejus meminit, & Rocchus Pyrrus Sic. Sac. l. 4. de Abbat. pag. 199., ubi pariter de nonnullis ejus lucubrationibus impressis generaliter tantum testatur, additque ejus opera vel edita, vel mss. asservari in Bibliothecâ S. Martini. In Regest. ms. pag. 245. à tergo sic de eo *Poeta Vir Doctus, multa scripsit*.

PETRUS DE BELLENTANIS nostræ Congregationis Monachus, correxit, & in lucem iterum emittendum curavit librum, cui titulus

Sylvula crescens Comitis Alexandri Bellentani de Pollenta in Wolmer &c. olim exposita per Canonicum Jo. Albertum de Plano J. V. D. Bononiensem, novissime à P. D. Petro de Bellentanis Congr. Casin. prædicti Comitis Alexandri fratrem, ab erroribus, qui in prima impressione irrepserant, accurate expurgata. Mutinæ 1666. ex Typographia Bartholomæi Soliani in 4. In quo libro agitur de familia Bellentana, & de Nobilitate.

PETRUS CLAVARINUS Patria Romanus in Protomonasterio S. Scholasticæ Sublacensis ad D. Benedicti castra Deo militaturus transivit anno 1618. die 29. Junii; Sed postea dimisso primo Professionis loco, inter alumnos S. Petri

tri Perusini fuit cooptatus. Claruit adhuc in sæculo degens, humanioribus literis, utrique Jure, & Curialibus causis satis excultus, & exercitatus, quippe qui Advocati etiam officium obivit. In Cœnobio autem regularis observantiæ zelo commendatus, Prior, ac deinde Abbas creatus, dignitatem sponte deposuit anno 1666. die 18. Maii, ad quam nihilominus insueto prorsus exemplo, quod sine Pontificià dispensatione fieri nequit, iterum fuit assumptus, in eaque constitutus varia Monasteria administravit, ac tandem anno 16... diem clausit extremum.... ætatis suæ; scripsit opusculum, cui hunc titulum dedit

Musarum plausus Perusii in Augusto D. Petri Monasterio Congr. Casinen. ad anni 1643. Generalia Patrum Comitia excitatus. Augustæ Perusiæ ex Typographia Episcopali apud Angelum Bartholum in 4. quo anno Petrus ejusdem Perusini Monasterii erat Prior. In hoc autem libro hæc continentur 1. *Elogia* Anagrammata, & Epigrammata in laudem Sſmi Patris Benedicti, & Congreg. Casin. 2. *Gemmea Corona*, id est Anagrammata, & Epigrammata in laudem omnium Abbatum Congr. Casin. 3. *Elogia, & Epigrammata* in laudem Imaginis B. Mariæ de Lilio, quę solemniter fuit translata ex agro in Ecclesiam Monachorum S. Petri Perusii, deque eadem translatione varia Anagrammata 4. *In laudem Augustæ Perusiæ Anagrammata, & Epigrammata*, & alia quędam. Edidit etiam 5. *Problema*, primo ne, an postremo Genitus, Patris amorem magis promereatur; teste Equite Prospero Mandosio Bibl. Romanæ p. 1. pag. 133. & seq. num. marg. 95. ubi de eo agit. 6. Insuper adornavit Petrus Clavarinus duplicem Defensionem P. D. Damiani Caccini Congreg. Vallis Umbrosæ olim Abbatis, qui in Dieta depositus fuerat ab Abbatia à suo Generali Abbate, impressam Venetiis Typis Lapi Francisci Bodii an. 1658. in folio pag. 22. ad Carolum Cardinalem Medicæum ejusdem Congreg. Protectorem; incipit prima Defensio -- *Seren. Cardinalis R. P. D. Damianus de Caccinis &c.* Secunda vero Defensio -- *Seren. Carole Cardinalis Protector. Leviora sunt, quam ut operosius diluere operę pretium sit &c.* Item composuit 7. *Anagrammata, & Epigrammata* diversa ab editis, promiscui argumenti 8. *Responsio Legalia* ad diversos casus; Item Italicè 9. *Molti Sermoni Monastici*, è varii discorsi sopra alcuni Evangelii Quaresimali 10. *Informazione de Privilegii* delle 12 Congregationi per l' esenzioni. Omnia hæc extant mss. apud D. Hippolytum Pugnettum Decanum Nostræ Congr.

In Sublacensi vero S. Scholasticæ Monasterio videntur variis in locis plurimæ Inscriptiones, & Carmina à Petro Clavarino composita, ac Parietibus Stylobatis, Parastratis, Epysthiis, Januis, Sacellis tum intra, tum extra Cœnobium, alibique affixa, in quibus ingenii, acuminis, & eruditionis haud parum elucet. Exemplo sit Tetrastichon positum in sacra ædicula eo loci, ubi S. P. Benedictus Sublacense antrum petens, sæculares vestes deposuit, à S. Romano Monastico indumento donatus.

Ut nudum nudus Benedicte sequaris Jesum,
Hic mundum, & veteres exuis ipse togas,
Deposita excepit subjectum tegmina marmor,
Marmor erat, posito tegmine, Gemma fuit.

Item distichon in S. Scholasticæ Monasterio sub antiqua pictura, in qua visitur S. P. Benedictus spinam ex Leonis pede extrahens,

Dat Benedictus opem lacrymanti ex ungue Leoni,
Obiicit Historias? dant simulacra fidem.

De eo, præter Mandosium, Bernard. Pez Epistola x. Apologetica in Catal. Scriptorum Ordinis Nostri ab an. 1600. pag. 253. In nostris Regestis pag. 282. sic

sic de eo dicitur. *Abbas regiminis ex Titulari, & Poeta, aliqua scripsit*. Laudatur etiam à Jo: Baptista Canale in suis Carminibus novissimæ editionis Nepolitanæ an. 1694. pag. 377. ubi ejus *Coronam Gemmeam*, & alia ejus Carmina, & Anagrammata valde commendat.

PETRVS DISCORDANVS, sive CALZOLARIVS, Catanensis, Ord. S. Benedicti Congr. Casin. dicitur ab Ant. Mongit. Bibl. Sicul. par. 2. scripsisse

Librum de Viris Illustribus Catanensibus, citatque Rocchum Pyrrum in *Notis Ecclesiæ Catanensis* pag. 95., ubi sic habet, *Fr. Petrus Discordanus, sive Calzolarius Benedictinus scripsit de Vir. Illustribus Catanensibus*; & Jo. Bapt. de Grossis Decacord. Catan. tom. 2. cord. 9. pag. 152., ubi asserit (ex aliorum tamen relatione) scripsisse Petrum Discordanum Monachum Benedictinum libellum de Viris Illustribus Catanensibus, sed (ni fallor) tres isti Authores Petrum Discordanum, sive Calzolarium Catanensem accipiunt pro *Petro Ricordato, sive Calzolario Bugianensi Congreg. Casin. Monacho, & Decano*, (de quo paulo post) qui Hist. Monast. Dialogo, sive Dieta 4. pag. 448. à tergo de Vrbe Catanensi, ejusque Viris Illustribus paucas quidem lineas exarat; quamvis in antecedentibus, ac sequentibus paginis de Sicilia, ejusque primariis Vrbibus, præsertim de Syracusis, earumque Illustribus Viris quamplurima scribat.

PETRVS familia MVTI patria Lepido-Regiensis* Monachus *Casinensis* vocatur à Jo. Guasco, qui Historiam Academiæ *Mutorum* ejusdem Urbis descripsit, ibidemque evulgavit anno 1711., diciturque continuasse initio sæculi XV. * Reggio di Modena.

Historiam Regiensem Patrui sui, qui vocabatur *Sagaccius Muti* cognomine *Gazadius*, qui floruit circa annum 1360., quorum, Petri scilicet, & Sagaccii authoritatem sequuntur Guidus Panzirolus, & Petrus Azzarius in suis Historiis mss. ejusdem Vrbis Regii-Lepidi; quod etiam referunt Authores Ephemeridum Literatorum Italiæ Venetiis impress. an. 1713. tom. 13. pag. 285., & seq. Sed revera Petrus Muti, Benedictinus Monachus fuit, non vero Casin. Congr. enim Casin. alias S. Justinæ Patavinæ ortum habuit anno 1410. cui Monasterium S. Petri Regiensis unitum fuit anno 1481. à Sixto IV.; non ergo Casinensis Monachus potuit esse Petrus, qui initio sæculi XV. jam grandis natu, Regiensem Historiam continuabat. Nisi forte Petrus alterius Monast. Congr. nostræ antea adnexi Monachus fuerit. Quam quidem locorum, ac temporum distinctionem, quibus Italica Benedictini Ordinis Monasteria Casin. Congreg. unita sunt, adeo minute scire, & animadvertere non equidem cujuslibet Scriptoris, sed Casin. potissimum Monachi fuerit.

PETRUS ORDELAPHVS Mantuæ nobili genere natus, nostræ Congr. Monachus fuit, sed in quo Monasterio professionem emiserit hactenus incompertum habeo, quamvis facile crediderim Mantuani D. Benedicti Cœnobii alumnum fuisse, nam in nostris Regestis invenitur inter ejusdem Cœnobii Sodales *D. Petrus* à Mantua anno 1617. die 24. Febr. quæ temporis ratio Petro Ordelapho optime congruit; Is enim anno 1626. scripsit carmine heroico

1 *De cæde Sanctorum Innocentium*, cui accessit. 2. *Magorum* ad ortus Dominici locum sacratissimum adventus, ad Rmum Patrem D. Pium * Mutium Abbatem S. Simpliciani in Vrbe Mediolano; incipit * De eo paulo infra.

Infantes animæ, queis non sperasse triumphos &c.

Extat ms. in Bibl. ejusdem S. Simpliciani a me ibidem visum anno 1687.

PETRVS RICORDATVS, sive CALZOLARIVS in Oppido Tusciæ, *Buggiano* dicto, natale solum habuit, institutionem vero Monasticam in Cœnobio S. Mariæ Florentinæ Vrbis assequutus est anno 1536. die 11. Junii, & postea Decani munere insignitus, floruit sacris, humanisque literis, morumque honestate, ac

te, ac suavitate, benevolentiam, & commendationem omnium, qui eum noverunt, promeruit; sed præcipuam laudem ex Monastica Historia retulit, quam insigni opere omnigena referto eruditione, ac quinque Dialogis distincto complexus est, in eoque dulcibus colloquiis, gratiâque facundia totius Monastici Ordinis decora egregie illustrantur, antiquorum memoriæ, posterorum documento provide consulitur, Italicæ demum Nationis utilitati prospicitur, Monastica Historia, quæ fere ab omnibus Latinè tradebatur, Hetruscis vocibus luculenter expressa. Ad hoc autem opus conficiendum in nobilioribus Italiæ Urbibus, Romæ, Venetiis, Patavii, Mediolani, Florentiæ, haud parvo tempore, viginti nimirum annorum spatio, est commoratus, ut reconditarum rerum cognitiones nullis parcens laboribus, undique colligeret. Itaque ab exordio nascentis Ecclesiæ repetita Monastici Ordinis institutione, Græcos, Latinosque celeberrimos Patres, ac Principes, qui sese Monasticæ Vitæ addixere, accurate recenset, præcipue vero ex Ordine D. Benedicti Viros sanctitate, ac literis illustres, Pontifices, Cæsares, Reges, aliosque Dynastas, qui nostrum Cucullum induerũ', singulari diligentia enumerat, atq; lepidissimis digressionibus magna legentium voluptate describit, Urbium, Regionum, Populorum, Familiarum, Templorum, Monasteriorum, Principum, Antistitum, Historias, Genealogias, Origines, aliaque tum sacra, tum profana documenta addit, itaut quamvis hoc etiam Opus, ut cunctis fere hominum lucubrationibus evenit, suis erroribus minime careat, severioris nimirum critici examinis defectu, quod utiq; *Ricordati* tempore non adeo rigidum erat, sicut in præsens, attamen si argumenti nobilitatem, operis magnitudinem, & æconomiam, styli candorem, sermonis elegantiam, & eruditionis copiam spectemus, plurima sane laude illud minime fraudabimus; Celebratum quidem fuit hoc Opus non solum à Tito Prospero *Martinengo*, Laurentio Lucalberti, aliisque ejus ævi nobilibus Poetis, sedetiam à celeberrimis *Matronis*, ac Poetriis, Livia nempe Martia de Placidis Senensi, & Laura Battiferra de Ammannatis Urbinate, quod certe eo est præstantius, quo rarius. At Ricordatus, eum se tandem Florentiam recepisset, ibidem haud multo post mortalitati jura piissime persoluit anno 1580. die 11. Maii, ætatis suæ circiter 80., ab emissa Monastica professione 43. Opus vero ipsius sic inscribitur.

1 *Historia Monastica* di D. Pietro Ricordati, già Calzolari da Buggiano di Toscana, Monaco, e Decano di S. Paolo fuor di Roma della Congregatione di Monte Casino, distinta in cinque Giornate; In Fiorenza appresso Lorenzo Torrentini l'an. 1561. in 4. e di nuovo in Roma appresso Vincenzo Accolti l'an. del Giubileo 1575. in 4. dall' Autore stesso con somma diligenza rivista, & accresciuta di molte cose notabili; Al Serenissimo, e Potentissimo Re di * Portogallo: Constat paginis integris 576. scripsit etiam

* Sebastiano.

2 *Dialoghi due* delle cose della Città di Padova, Interlocutoribus Josepho Borromæo, & Sperone Speroni, in quibus, inter cætera, majus, picturisque insigne Claustrum D. Justinæ, in eoque depictas Imagines, Emblemata, Symbola &c. graphicè Lectoribus repræsentat; Quos Dialogos an. 1687. vidi mss. Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana sub nomine *Petri Florentini*, sic enim pariter vocabatur, tum quia Buggianum ejus Patria parùm à Florentia distat, tum quia Florentiæ Monasticam Professionem emisit. Ipse autem *Ricordatus* de iisdem suis rerum Patavinarum Dialogis initio Hist. Monast. Dieta 1. pag 5. sic loquitur.

„ E ciò dissi, perche pochi giorni avanti, sotto ombrosa, è vaga pergoletta del
„ nostro orto, havevo con M. Paolo Potachataro Gentilvomo di Nicosia, Città
„ Regia di Cipri, è M. Giuseppe Buonromei, e con M. Sperone Speroni, ra-
„ gionato

„ gionato delle cose di Padova, il qual ragionamento hò scritto in due altri miei Dialogi. Hos dialogos Jacobus Philippus Thomasini Bibliothecæ Patavinæ, manuscriptæ &c. pag. 51. asserit reperiri Patavii in Bibliotheca S. Augustini cum hoc titulo. -- *Cronica di Padova di D. Pietro Fiorentino Monaco di S. Giustina; Al Molto Magnifico Ms. Camillo Zabarella*. quod tamen Chronicon nuper diligenter ibidem requisitum, inveniri minime potuit.

De Petro Ricordato honorificam mentionem faciunt Michael Poccriantius in Catal. Scriptor. Florent. pag. 144. ubi asserit, *cum sibi gloriam, posteris vero utilitatem contulisse, in lucem emisso variarum, diversarumque rerum Chronico*, & iterum pag. 148. eum nuncupat *Patrem observantissimum, Sacrarum literarum non ignarum, humanis Scientiis instructissimum, & antiquarum rerum diligentissimum indagatorem, & exactissimum descriptorem &c.* Josephus Silos Hist. Cleric. Regular. l. 1. pag. 15. ubi vocat Ricordatum, accuratum admodum Scriptorem. Plac. Pucc. Chron. Abbat. Florent. pag. 142. & seq. ubi affirmat eum in præcipuis Italiæ Urbibus, præsertim Romæ, ob doctrinam, & affabilitatem, cæterasque virtutes magno in honore apud omnes fuisse, Opusque suum admodum eruditum, invidis quibusdam frustra obsistentibus, ibidem iterum typis evulgasse & in Appar. Hist. de Vir. Illust. Abb. Florent. c. 9. pag. 68. Virum optimæ famæ, ac in scientiis egregie versatum appellat, bonisque operibus plenum tandem obiisse narrat an. 1580. Isid. Vgurg. Pompe Senesi tit. 21. pag. 669. Philip. Labbe Bibl. Biblioth. pag. 291. & 298. Bened. Haph. Prolegom. in Vit. S. P. Benedicti initio 2. Classis. Constantin. Cajet. variis in locis. Ant. Teisser in Catal. Auth. qui librorum Catal. scripserunt par. 1. pag. 259. & pag. 269. Ludovicus Bulteav Monachus Congreg. S. Mauri in Admonitione ad Lectorem præfixâ specimini Historiæ Monasticæ Orientalis, Gallica lingua impress. Parisiis an. 1680. Didacus de Franchis in Notis marginal. in Vitam S. Jo: Gualb. à se descriptam. Ant. Magliabecchius in suis Adnotationibus. Arnold. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 75. pag. 449. qui tamen variis in locis ejusdem Ligni Vitæ Buggianum carpit, quamobrem Ant. Poss. in App. Sacr. tom. 1. pag. 242. editionis Col. an. 1608. sic de utroque disserit. „ Buggianus Monachus Benedictinus, qui Mona-
„ sticam Historiam texuit, desideratur ab Arnoldo Wione, (& ipso Benedicti-
„ no) diligentior in ratione temporis, & cautior in veritate scribenda, in qua
„ plerosque illius lapsus observavit „.

Felix quoque Contelorius in Memoriis historicis Oppidi Cesii * pag. 8. & 9. Ricordatum reprehendit, quod in editione Romana Historiæ Monasticæ fabulosas Genealogias inseruerit, multaque alia addiderit desumpta ex mss. Alphonsi Ceccarelli à * Mevania celeberrimi Falsifici, qui propterea falsitatum suarum pœnas Romæ capite luit. Sed Anonymus quidam in responsione ad prædictum Contelorii libellum cap. 21. 22. 23. multis commendans Ricordati diligentiam, & eruditionem, illum conatur à Contelorii accusatione defendere; Nec multo post Jo: Maria Contelorii Fratris filius antiresponsionem apologeticam pro *Memoriis Historicis* Patrui sui evulgavit, in qua pag. 13. nititur comprobare ejus assertionem, petito etiam testimonio ex Animadversionibus Leonis Allatii fol. 296. deceptum videlicet Ricordatum à Ceccarello fuisse, quod ab Anonymo constanter negatur.

* Cesi in Umbria.

* Bevagna.

Novissime Julius Negri Soc. J. Hist. Scriptorum Florentin. impressa Ferrariæ 1722. pag. 459. & seq. col. 1. „ Pietro Calzolai detto de Ricordati, e Buggia-
„ nese, perche oriondo da Buggiano, fù di Patria Fiorentino, e Monaco Casi-
„ nense della Congregatione di S. Giustina di professione. Allo studio della Rego-
„ lare osservanza accoppiò quello delle Sagre lettere, e dell' umane, e sodisfece

S „ con

„ con indefessa applicatione al nobil genio d' investigare gli antichi monumenti de-
„ gli Ordini Monastici, e rinuovarne le piu vetuste perdute memorie, aquistando
„ una gloria immortale al suo nome, e splendore non poco alla Monastica Profes-
„ sione. Fioriva circa l' anno del Signore 1575. e diede alla luce con le Stampe
&c. Sed rem non illepidam hic notare oportet. Iulius pag. 460. jure corrigit Poccianium, qui pag. 144. & 148. sui Catalogi per errorem ex unico Petro Ricordato duos Auctores faciat, Petrum scilicet Ricordatum, & Petrum Buggianensem. At ipse Iulius paulo post pag. 463. in eundem prorsus errorem impingit, Petrum Florentinum Monachum Casinensem Scriptorē Chronici *Patavini* diversum a Petro Buggianensi faciens; Cum Petrus Buggianensis ille sit, qui res Patavinas duobus Dialogis descripsit, ut supra pag. 83. lin. 7. narravimus; Quibus Dialogis nescio quis nomen *Chronici Patavini* affinxit: excusandus tamen est Iulius, quod ab Antonio Magliabecchio, Viro alioquin eruditissimo, id se accepisse testetur, adeo verum est *non omnia possumus omnes*.

In Necrologio omnium Monachorum Abbatiæ Florentinæ pag. 40. egregie laudatur Petrus Ricordatus; diciturque composuisse Monast. Hist., in Cœnobio S. Iustinæ Patavinę, quò anno 1549. ibidem aliquandiu permansurus migravit, illamque absolvisse an. 1560. Propositum etiam habuisse, eandem tertiis curis subjectam denuo imprimere, quippe qui nonnullos ex Monastico Ordine illustres Viros ei addendos in promptu haberet, sed dum jam in limine nova esset impressio, Auctoris morte insequuta Additiones omnes ineditas remansisse.

Laurę Battiferrę de Ammannatis ad Sylvanum Razzium
Monachum Camaldulensem.

Silvan, *che la più degna, è miglior parte,*
Che in eterno giamai non vi fiè tolta
Uscendo fuor della mondana, e stolta
Schiera, elegesie con ingegno, & arte.
Quanto ammirar, quanto lodar le carte
Devem' di lui, che n' voce chiara, e colta
I costumi, e la Vita in Dio raccolta
De suoi Fedeli à nostro esempio ha sparte?
E non pur noi, ma tutta l' alma, è grande
Religion di quei, che Benedetto
Di nome fù, ma più coll' opre ancora
Piero divin, mentre per Voi si spande
La fama altrui, Voi stesso alzate ogn' hora
Dal mortal nostro all' eterno ricetto.

Legitur in principio prælaudatæ Historiæ Monasticæ, ubi etiam legi possunt carmina Liviæ Martiæ de Placidis, Titi Prosperi Martinenghi, Laurentii Lucalberti, aliorumque in laudem ejusdem Petri Ricordati.

PETRUS VECCHIA Patavii natus nobili familia (inter Venetos Cives relata,) quam ob rem Venetum se in suis operibus passim indigitat, D. Justinæ sodalibus adscriptus, in Casinensi Monasterio sacræ militiæ Tyrocinium ponere voluit anno 1646. die 30. Nov. Religiosis virtutibus, æque, ac nobilioribus scientiis ornatus, Ecclesiasticas Conciones in celebrioribus Italiæ suggestis magna nominis sui celebritate annis pluribus habuit, quam sane non tantum eruditio, & facundia, verum etiam singularis quædam in dicendo vis, & energia illi conciliavit; Creatus Abbas S. Justinæ, ac deinde aliorum Monasteriorum. & Congr. nostræ *Visitator*, fervidum exactioris disciplinæ zelum verbo, & exemplo semper ostendit, & in prosperis, non minus, quam in adversis invicte retinuit;

tinuit; Nec regulari modo observantia, sed re etiam familiari, annuis redditibus, sacrâ, communique supellectili, argenteis vasis, aliisque pretiosissimis ornamentis, Monasteria, quibus præfuit, locupletavit; Cœnobio præsertim S. Iacobi de Pontida Diœcesis Bergomensis, cujus proventus plurimum auxit, jus etiam *Professos*, seu proprios alumnos, & filios instituendi, vel aquisivit, vel restituit. Ab Innocentio XI. designatus quidem fuerat Episcopus Æmoniensis * in Istria, sed ab Alexandro VIII. creatus postea fuit Episcopus Andriæ in Apulia, ac deinde ab Innocentio XII. ad Melphictensem * Cathedram in eadem Apulia translatus, non adeo multo post Neapoli in Monasterio S. Severini lethali morbo correptus, piissime mortem oppetiit anno 1694. die 7. Iun. hora 15. in ejusdem S. Severini Templo tumulatus, sequenti apposito Epitaphio.

* Città nuova.
* Molfetta.

„ Petro Vecchia Veneto S. Iustinæ alumno, & Abbati, ab Alexandro VIII.
„ ad Andriensem, ab Innocentio XII. ad Melphictensem infulam evecto: Seve-
„ riniani Monachi, & è regione Sñi Crucifixi Syntaphium, & ob memoriam
„ lapidem, dederunt, posuerunt; Obiit die VII. Iunii 1695. „

Multiplicis autem Doctrinæ præsertim in rebus sacris, & moralibus, plura monumenta, quæ posteris reliquit, per annorum seriem, quâ typis edita sunt, sic exhibemus.

1 *Metodo di comporre, e parlar bene*; In Venezia 1662.
2 *Idea dell' eloquenza*. Venezia per Nicolò Pezzana 1663.
3 *Sagre Esposizioni sopra l' Epistola di S. Paolo à' Romani*, In Venezia presso il medesimo 1664.
4 *Discorsi a' Religiosi ad uso de Prelati con loro Sudditi*, prima parte, in Padova presso il Frambotti 1664. parte 2. in Udine presso Io. Schiratti 1664.
5 *Della Providenza Divina* libri tre. In Padova presso il Cadorini 1670.
6 *Il Tempio della Pace* aperto al mondo, ove scoperti, e confutati diversi errori, si mostra brevemente, in che consista la vera Pace dell' Uomo. In Brescia presso il Ricciardi 1670., e di nuovo pur in Brescia presso Policreto Turlini 1678.
7 *L' Angiolo della Probatica*, o sia *S. Mauro Abbate*; Discorso Panegirico. In Venezia presso Francesco Nicolini 1668. in 4.
8 *L' Uomo di Compagnia*, e buon governo Civile Polisico Cristiano. In Brescia presso il Vignadotti 1679. obquem librum, quod praxim quandam in materia Iudiciorum a Veneta Republica servatam, ibi reprehendat, ab ejusdem Reipublicæ ditione Vecchia discedere coactus fuit.
9 *Della Chiesa militante, e trionfante* libri 2. In Bologna presso il Longhi 1680. e di nuovo in Roma presso il Dragondelli 1683.
10 *Manuale de Prelati* diretto a' Pastori. In Venezia presso Gio: Battista Brigna 1684. in 4o.
11 *Il Sole nell' Ecclitica*, o sia *Cristo mirabile ne suoi Servi, e prodigioso ne suoi effetti*, Discorsi, e Panegirici libri 3. In Venezia presso l'istesso Brigna 1682. in 4.
12 *Le Sagre Fascie*, o sia *la Dottrina Cristiana*. In Bologna presso il Longhi 1683.
13 *SS. D. N. Innocentio XI.* in Gratiarum actionem pro nova studiorum Collegii erectione Romæ * ad majorem Monasticæ Casinatum Iuventutis eruditionem, Oratio ad sacrarum studium scientiarum hortatoria; Arimini typis Symbenii 1687. Transtulit etiam ex Latino in Italicum sermonem.

* In Monast. S. Pauli. Sub ejus scilicet Pont. auspiciis, & approbatione.

1 *Regola di ben vivere* di S. Bernardo Abbate. In Bergamo per il Rossi 1674.
2 *Niuno è offeso, che da se stesso*, di S. Gio: Crisostomo, in Brescia per il Ricciardi 1677.
3 *Modello di Fabrica interiore* di S. Bernardo Abbate, in Brescia presso il Turlini 1673.

1 *Dell' emissione del Sangue* Serm. 6. al Sig. D. Livio Odescalchi. 2. *Il Teologo Economo*. 3. *I Treni Cretensi*; cioè Candia, che piange di essere fatta Turca. 4. *Il Sagro Pellicano*. 5. *Censura a' Libri del P. Segneri* Gesuita, e di Monsig. Petrucci sopra l' Orazione. 6. *Trattato sopra l' Orazione*, e gli Esercizj spirituali. 7. *Rationale Judicii*, quo sacræ Doctrinæ necessitas in Ecclesiæ Catholicæ regimine, iisque qui Christianam profitentur libertatem, luculentissime demonstratur. 8. *De Pœnalitatibus* lib. 2. 9. *De Natura, deque Authore naturæ*, ubi & de Providentia, Fato, Sorte, Casu. 10. *Repertorium Ecclesiasticum*, cujuscumque Rei, a Prælato, & Pastoribus Fidelibus populis tam in privatis, quam publicis sermonibus exponendæ, authoritatibus Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, necnon Theologorum doctrinis, eruditionibus, & historiis confirmatum. 11. *Assunti Predicabili*. 12. *Avvertimenti Spirituali*. 13. *Epitome degli Annali del Baronio*. 14. *Traduzzione delle Meditazioni, e Soliloquii* di S. Agostino, Sant' Anselmo, ed altri. 15. *Aurea Tavola di S. Tomaso*, ridotta ad uso manuale.

In Bibl. Monasterii S. Sixti Placentiæ extat. *Oratio habita in funere Ser.mi Odoardi Parmæ, & Placentiæ Ducis* a D. Petro a Venetiis in Monasterio Casinensi anno 164..

Ejus meminit Bern. Pez Epistola 8. Apologetica pag. 163., & Epistola X. pag. 253., & supra Epistola 9. pag. 192., ubi ejus *Allocutiones Italicas in usum Superiorum ad Religiosos*, Patavii impress. 1664., inter eos libros, qui regularium exhortationum exempla suppeditant a Benedictinis compositos, enumerat. In Regesto ms. pag. 14. à tergo in marg. *Abbas, Prædicator eximius, multa scripsit, Episcopus ab Alexandro VIII.* Leonellus * Croceculle in Hist. ms. Abbatum S. Justinæ l. 9. pag. 325. a tergo, & seqq. „ Questo Prelato, benche figliuolo del nostro Monastero, avea menata una gran parte della sua Vita negli due celebri Conventi di Monte Casino, e di Parma, sempre applicato allo studio, ed alla predicazione della parola di Dio, nella quale riuscì di somma eccellenza, ed acquistò grandissima fama. Pareva dunque strumento poco addattato a così difficile, ed inviluppato governo, come privo di molte cognizioni necessarie alla buona condotta, e direzzione di tanti affari. Ma i grandi ingegni sono, se vogliono, in ogni cosa fecondi, e certi semi divini in anime innocenti, e generose ben coltivati, ponno crescere a momenti, e stagionarsi ben presto in copiosi, e maturi frutti di virtù, e di valore. Tale appunto fu il Vecchia &c. „ ibi legenda, quorum tamen partem aliquam supra retulimus in ejus Elogio. In Musæo Bibliothecæ Ambrosianæ Mediolani visitur depicta in tabula effigies Petri Vecchia cum hac Inscriptione; *R.mus Pater D. Petrus Vecchia Venetus Abbas S. Justinæ de Padua, & Visitator Casinensis, designatus Episcopus Æmoniensis, ætatis annorum 43.*

* De eo supr. lit. C.

PETRUS VRSINUS à Neapoli in Sacro Casinensi Monasterio suave Benedictinæ Regulæ jugum subiit anno 1698. die 5. Octob. Studium vero suum Antiquitatis Monumentis pervestigandis præcipuè impendit, plures id circo ad eadem illustranda lucubrationes composuit, quarum primæ, quam adhuc in sæculo degens in lucem emisit, hunc titulum fecit, sub nomine D. Nicolai de Albasis.

1 *Memorie del Ramo Orsino* degl' Antichi Conti di Sarno; Neapoli anno 1696. in 8. apud Bensium; quod opus ipse Vrsinus in Epistola ad Lectorem testatur pignus esse, ac veluti arrabonem. 2. *Totius Genealogiæ Vrsinæ*, quam postea texuit, ac perfecit, quam ms. apud se adhuc retinet, sicut etiam.

3 *Historiam Vrbis, ac Regni Neapolitani*, & 4 *Chronicon Cavense* Vghellianum

lianum à se illustratum, & alia manuscripta de Rerum antiquarum memoriis. In vivis agit dum hæc scribo an. scilicet 1732. ætatis suæ an. 61.

De eo mentionem facit Carolus Rao Cler. Reg. in *Peplo Neapolitano* impressio Neapoli apud Moscam an. 1710. pag. 88. ubi dicit ab eodem Vrsino se accepisse Familiæ Galluccia notitias. Eidem, dum esset Vicarius Jurisdictionis Sac. Monasterii Cavensis, fuit nuncupata tertia editio Operis Patris Masuccii, cui titulus, *Teatro d'Amicitia*, & dum adhuc in Sæculo viveret, ei pariter dicatæ fuerunt Epistolæ Francisci Burghesii Cesenatis. Vide Julium Ambrosium Lucenti in Additionibus ad Vghellum in Marino Vrsino Episcopo Cannensi, ubi etiam de Petro Ursino.

PHILIPPVS ALLEGRET Ragusinus S. Nicolai de Littore Venetiarum Alumnus factus anno 1543. die 9. Decembris, floruit ne dum Platonicæ, & Peripateticæ Philosophiæ haud vulgari notitia, sed etiam divinæ Scripturæ assiduo, ac ferventi studio, cujus suaves veluti fructus protulit.

1 *Explanationem in Epistolam D. Pauli Apostoli* ad Romanos; quæ sic incipit, *Et si omnis Institutio &c.*

2 *Epistolam unam* ad Reverendissimum Georgium Drascovitium Episcopum Quinque * Ecclesiensem; quæ incipit, *Cum incredibili quodam &c.* Extabat ms. apud Constantinum Cajetanum teste Arn. Wion. Lign. Vit. l. 2. cap. 75. pag. 452. ubi asserit, Philippum adhuc scripsisse

* Cinque Chiese in Ungaria.

3 *De Nobilitate Ragusina* l. 1. & alia nonnulla. 4 *In Post(?)um Platonem, & Aristotelem* à se tamen non visa; Decessit Venetiis in suo Monasterio anno 1572. in Monachorum *Capitulo* tumulatus. In nostris Regestis vocatur *Vir doctissimus, qui multa doctè scripsit*; *obiit Litteris* 1592.

* Th. Jul. pag. 149. à tergo.

PHILIPPVS TANVS patria Romanus, quamvis Albani 14. mill. pass. ab Vrbe, natus, professus est Monasticam Regulam in Cœnobio D. Pauli extra mœnia Urbis an. 1649. die 24. Jun. FuitqueCornelii * Margarini propior affinis, cumque humanis, sacrisque literis benè excultus esset, Scholasticas disciplinas quindecim annorum spatio, variis in Monasteriis, Ravennæ, Romæ, Florentiæ, alibique docuit, divinosque Codices aliquandiu explicavit; Sacras item Conciones, Panegyricas, & Academicas Orationes, Romæ præsertim, frequentissime habuit; In nostra autem Congregatione Prioris munus obtinuit, quo abdicato, Abbas *Titularis* creatus est; A' Carolo Vincentio Maria Vrsino Archiepiscopo Beneventano, postea Benedict. XIII. Theologus, Ab Innocentio XI. ob doctrinæ præstantiam, morumque integritatem, Sacri Indicis *Consultor*, moxque Episcopus Civitatis Ducalis in Samnio renunciatus fuit anno 1686. die 1. Aprilis. Eam Ecclesiam annis 17. irreprehensibiliter administravit, Cleri, & populi mores correxit, Diœcesim lustravit, ad eosque sæpissime, & verba vitæ æternæ, & cælestia Sacramenta, suis ipse ore, ac manibus, præbuit, Cathedralem Ecclesiam, Episcopium, aliaque pia loca instauravit, omnes denique boni Pastoris partes explevit: Anno vero 1710. quo ipse ætatis suæ octogesimum agebat, morbis, & Apoplexiæ ictibus identidem pulsatus, Episcopatu dimisso, Romam in nostrum D. Calisti Hospitium iterum se recepit, ubi biennio post, anno 1712. die 2. Januarii magna pietatis sensu Spiritum Deo reddidit, eique ad S. Paulum delato solemniter à Monachis parentatum fuit, locusque Sepulturæ in Abbatum Conditorio attributus, quo meis ipsis, & alterius Monachi manibus (erat hic nostræ * Basilicæ Parochus, ego Sacrario præfectus) non sine lacrymis eum deposuimus; varia scripsit, ex quibus hæc sunt edita.

* De eo supra lit. C.

* D. Maurus Sellori, de quo sup. Lit. M.

1 *Saggi Rettorici (preamboli abortivi)* dati in varii succinti discorsi patetici, e morali par. 1 In Fuligno 1679. nella Stamperia d' Antonio Mariotti.

2 *Sag-*

2 *Saggi Rettorici patetici, è morali* parti due; in Todi presso Domenico Fausti-ni 1681. 3 *Pe' Funerali dell Illumo Signore D. Domenico Spinelli* de Prencipi di Cariati tumultuario ragionamento impressi, anno 1699. quam orationem affert Carolus Carthari in Libello, cui titulum dedit *Pallade Bambina* pagin. 60.

4 *Oratione sopra la Passione di Giesù Christo*, impressa Romæ anno 1673. in libro cui titulus *Discorsi Sagri, è Morali detti nell' Academia degl' Intrecciati* (cui Tanus erat adscriptus) pag 103. Plura item ejus Carmina, plura Elogia soluta oratione sparsim edita leguntur volantibus foliis, præcipue in laudem Leopoldi I. Cæsaris, Joannis III. Poloniæ Regis, Caroli V. Lotharingiæ Ducis, aliorumque Heroum, qui bello Turcico anno 1683 Viennæ Austriæ de immanissimo hoste triumpharunt; impressa Romæ eodem anno 1683. Reliquit præterea hæc Manuscripta

1 *Elogiorum Sacrorum* lib. 2. 2. *Poesie Toscane* 3. *Discorsi Panegirici*, Sagri, Academici, e Morali. 4. *Quaresimale Allegorico*, valde elegans, & ingeniosum. Extant Romæ in Monasterio S. Pauli, in cujus Bibliothecâ vidi olim tomos duos mss. Theologiæ Scholasticæ Tractatus continentes, manu *Philippi Tani exaratos*; ubi in fine primi tomi sic dicitur *Die 21. Junii 1662. Lectore P. D. Philippo Tano Romano ad Doctoratus Lauream promovendorum in Provincia Romana Examinatore*. In fine secundi. *Die 20. Januarii 1663. Lectore P. D. Philippo Tano Romano in Monasterio S. Pauli extra muros*.

Ejus Epistola Pastoralis scripta Romā lero Populoque Civitatis Ducalis ipsa consecrationis die 15. scilicet Apr. 1686. sic incipit, *E tranquilla religiosæ solitudinis statione &c.* ibidem eodemque anno typis Pauli Monetæ impressa. Laudatur à Petro Ant. Torn. in variis operibus præcipue *In Origine è Progresso Congreg. Casin. &c.* Ab Equite Prospero Mandosio in Bibl. Romanæ tom. 1. Centuria 2. pag. 128, num. marg. 85., & Cent. 8. pag. 152., ubi affert ejus Elogium Sepulchrale in laudem Cardinalis Sfortiæ Pallavicini, de quo ibi Mandosius loquitur. A J[o]: Paulo Oliva Præposito Gener. Soc. Iesu tom. 2. Epistol. pag. 104., & pag. 321., & in editione Bononiensi pag. 126., & 379., ubi eum laudat ab integritate morum, profunditate Scientiarum, & Religionis sanctitate. A Iulio Ambrosio Lucenti in Ital. Sacr. restrict. aucta &c. tom. 1. pagin. 1141., ubi vocat eum, Oratorem eximiæ locutionis, tam in Sacris suggestis, quam in Academiis celebrem, candore vitæ, & morum gravitate præfulgentem, formam omnibus veræ virtutis. Meminit quoque ejus Bern. Pez Epistola X. Apolog. in Catal. Script. Ord. nostri ab anno 1600. pag. 263.

PHILIPPUS VIBIUS Perusinus Abbas Monasterii S. Petri, arcisque Casalinæ Fundator, qui è vivis excessit anno 1382., scripsitque

Plena Volumina Philosophica, & Mathematica, ut ait Augustinus Oldoinus in Atheneo Perusino, & Pompejus Pellini in Historia Perusina, hic inquam inter Casinenses Monachos ab eodem Oldoino enumeratur, sed perperam cum annis octo supra viginti ante Congr. nostræ unionem diem suum obierit; quæ unio anno 1410. contigit, ex quo tempore, *Congregatio Unitatis S. Justinæ de Padua* fuit appellata, usque ad annum 1505., quo accedente per Julium II. Pont. Max. Casinensi Archisterio, honoris, ac venerationis gratia erga Smi Parentis Supremum in terris domicilium, *Casinensis* est nuncupata; Dici ergo debuit Vibius Benedictinus Monachus, non Casinensis, cujus ego Congr. Scriptores, ab ejus exordio, referendos suscepi; Sed haud mirum fuerit, Oldoinum, aliosque Authores, hoc temporum, ac vocabulorum discrimen minime animadvertisset. Id enim Scriptoris alicujus consulto hisce de rebus agentis, interfuerit,

PE-

PHILIPPUS MARIA de PACE patria Neapolitanus Sſmæ Trinitatis apud Cavam Monachus, regularem vitam ibidem professus est an. 1689. die 15. Jun. Post emensum studiorum curriculum, Romæque in nostro D. Anselmi Collegio Theologiæ, sacrisque Canonibus navatam operam, ac postea Decanatus officium laudabiliter gestum, Prior creatus, in Cavensi Cœnobio primum, mox Perusiæ, deinde Aversæ eo munere perfunctus est, ac tandem Abbatis infulâ ornatus, eidem Cavensi Cœnobio præfuit. Quam vero ab excultis scientiis eruditionem hausit, Cavensis Archivi monumentis illustrandis potissimum impendit, scribendo scilicet

1 *Notas Historicas, & Chronologicas* in privilegia Monasterii Cavensis ab ejus origine, anno videlicet 980. usque ad annum 1110., quæ *Authoris* manu exaratæ asservantur in Archivo Cavensi; Earum autem exemplar transmissum fuit in Gallias ad celeberrimum, doctissimumque Jo. Mabillonium, qui de iisdem, tom. 4. Annal. Benedictinor. pag. 317. num. 83. sic prorsus loquitur, „ Cum
„ fere ad hunc locum perducta esset hujusce voluminis editio, transmissa est ad me
„ per D. Erasmuam * à Cajeta Priorem, & Archivistam Sacri Monasterii Cassi-
„ nensis, Collectio multorum instrumentorum Cavensis Monasterii, cum Notis
„ Historicis, & Chronologicis D. Philippi de Pace Monachi Cavensis, in quibus
„ Cavenses nostri asserere pergunt Monasterii sui originem ad annum 980. esse
„ referendam &c. „ Scripsit etiam

* Gattola de quo supra l.c. G.

2 *Notas ad Agiomachiam*, seu de pugna Sanctorum Theophili * Folengii nostri, carmine compositam. Item præmanibus nunc habet.

* De eo infr. Lit. T.

3 *Emendationem Chronici Cavensis* ab Alexandro * Rodulpho concinnati, ut si quando typis committatur, quam castigatissimè prodire possit. & 4. *Vitas Compendiarias Abbatum* omnium Cavensium ab exordio ejusdem Monasterii, ad hæc usque tempore.

* De eo supra lit. A.

De eo, ejusque Notis Historicis, & Chronologicis mentionem cum laude facit Agnellus Pulverinus in *Descriptione Historica Civitatis Cavensis*, impressa Neapoli anno 1717. par. 2. pag. 51. his plane verbis „ Si è ben dovere pur' anco
„ connumerare il M. R. P. D. Filippo Maria Pace Nobile Napolitano del fù
„ Dottor D. Francesco, al presente zelantissimo Priore di esso Sacro Monastero
„ Cavese &c. che non contento delle inesplicabili continue fatiche nell' Archivio
„ vastissimo di cotante preggiate scritture, pur' anco siegue à perfezionare i suoi
„ eruditi Commentarii da darsi in breve gloriosi alla luce, oltre molte nobili rac-
„ colte di notizie di esso Archivio per uso del Monasterio, & pag. 71. „ Queste,
„ è maggiori concessioni furono fatte, è confermate da Leone IX. Gregorio VII.
„ Urbano II. Sommi Pontefici &c. Si come chiaramente appare nel medesimo
„ Archivio Cavense, anzi più distintamente si trovano ordinate, e scritte in uno
„ eruditissimo volume raccolte dal M. R. P. D. Filippo Maria de Pace dignissimo
„ Priore di detto Monasterio Cavese, che in breve, come di gia merita, uscirà
„ alla luce del mondo per mezzo delle Stampe, con i luoghi pur anco fedelmente
„ notati nell' Archivio, ove conservansi detti Privilegii, e donazioni originali &c.

PIUS COSTA natione Siculus patria Panormitanus, in Monasterio S. Martini de Scalis regularis obedientiæ jugo collum subdidit anno 1643. die 19. Junii; crevitque jugiter in eo virtutum omnium copia, eximia animi humilitas, domus Dei ferventissimus zelus, benigna in miseros charitas, singularis in omnes humanitas, religiosa in Deum pietas; quæ virtutes magis, magisque in eo eluxere, cum varia munia, ac dignitates, quibus cumulatus fuit, Procuratoris scilicet Cœnobii sui, Decani, Prioris, laudatissime exercuit; præsertim vero cum anno 1687. creatus Abbas S. Martini, illud, aliaque Monasteria summâ

vigi-

vigilantia, egregiaque prudentiâ, forma factus gregis ex animo, administravit. Denique anno 1697. die 22. Septem. meritorum divitiis cumulatus ad Beatorum sedes (ut pie sperandum est) migravit Panormi in Hospitio Spiritus Sancti, unde ad S. Martinum delatus, in ea Ecclesia terræ commendatus fuit. Ejus studia sacra potissimum fuere, suoque nomini congrua, nempe piissima, ut sequentia opera, quæ reliquit, demonstrant.

1. *Vita, e Miracoli di S. Christoforo Martire* Apostolo della Licia, cavata da molti Scrittori Greci, Latini, Caldei, & Arabi, in Venetia presso il Pezzana 1680. in 8. Sub nomine *D. Prudentii Amadusfi*.

2. *Vita, è Miracoli del Glorioso S. Onofrio* Anacoreta Rè di Persia potentissimo Prencipe tra gl' eletti appo Dio. In Palermo per Carlo Adamo 1681. sub nomine *Petri Propono à Caserta* in 4. lib. 4. in quibus Sancti Viri Gesta, & obitus, Reliquiarumque ejus translatio in Siciliam ad Urbem Soteram, ejusdem que Urbis situs, antiquitas, & alia accurate describuntur.

3. *Le Vittorie delle Fenici*; overo le anime tormentate nel fuoco del Purgatorio, che à nostro prò s' incaminano all' eterna Beatitudine, divise in 5. libri. In Palermo per Domenico di Anselmo 1684. in 4., sub nomine *Petri Corsari Patavini*.

4. *Il Casto è Santo Imperio* descritto in un brieve ragnaglio della Vita di Santa Conegonda; In Palermo presso Giacomo Epiro 1688. sine auctoris nomine.

5. *Prælo paraverat* aliud volumen asceticum de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento quod ms. remansit.

De eo magnâ cum laude agit Ant. Mong. Bibl. Sic. par. 2. pag. 183, ubi eum vocat, Virum doctrinâ, & eruditione clarum, & Monasticæ perfectionis ornamentum longe clarissimum; pietate, ac virtutibus probatissimis insigniter exornatum, ac præcipuâ ab omnibus veneratione cultum &c. Et Jo: Evang. à Panormo ejus in Monastica Institutione discipulus, in Anagrammate pag. 166.

PIUS DE MARRA patria Neapolitanus, sed è * Barulo in Apulia oriundus, nobili familia, in Cœnobio S. Severini Neapolis Monasticæ militiæ nomen dedit an. 1595. Fuitque Theologiæ, ac utriusque Iuris Professor celebris, reique Medicæ insigniter peritus; Nascentis etenim per id temporis Neapoli Chymicæ artis, varia, & utilia pro hominum sanitate conservandâ, ac restituendâ, experimenta feliciter exhibuit, & alios facienda clarissimè docuit, cujus studium æmulatus Franciscus Cardinalis Boncompagnus Archiepiscopus Neapolitanus, sæpissimè una cum Pio Chymicis operationibus strenuè insudabat. In Monasterio S. Severini nobile Pharmacopolium sua industriâ Pius erexit, copiosaque suppellectili, ac necessariis instrumentis ditavit. Nec minus animis Christi Fidelium, quam corporibus curandis intentus, quò illi ab omni errorum labe immunes servarentur, Catholicæ Fidei dogmata proprio calamo elucidata, ac propugnata, veluti æternitatis medicamentum eisdem præbuit; quamobrem Urbanus VIII. Pont. Max. ejus doctrinæ, ac probitatis meritis permotus, Abbatem *Titularem Magnæ Crucis in Cypro* eum renunciavit. Denique laboribus, ac senio confectus, Neapoli ad immortalem vitam migravit anno 1648. die 4. Iunii: ejus Opera sic prænotantur.

* Barletta.

1. *Opera Pia per la salute del Corpo humano*; all' Illmo, e Revmo Sig. D. Francesco Boncompagni Cardinale, e Arcivescovo di Napoli. In Napoli presso il Beltramo l'an. 1634. in 6. Quod Opus, ut pluribus prodesset, Latine reddidit, ampliatumque iterum sub hoc titulo evulgavit. 2. *Praxis Methodica, & Universalis curandorum morborum omnium*, in qua præter remedia magis præcipua à Galeno, ab Hippocrate, & Avicenna desumpta, multa arcana medica conti-

continentur; ad Illmum, & Revmum D. D. Federicum Columna Principem de Butera, & Paleano. Neapoli apud Lazarum Scorigium anno 1635. expensis Dominici Vecchii Bibliopolæ in 4. In quo Opere agitur præcipue de origine, & cura morbi Gallici, De quocumque genere Febrium; de omnibus capitis, stomachi, ac ventris affectionibus, nec non omnium humani corporis partium morbis, & curationibus. In Epistola ad Lectorem auctor sic loquitur „Si vero hosce nostros labores gratos sentiemus, alterampartem Chimicam utilissimā, ac curiosam, in lucem, Deo dante trademus„ quod an factum sit nondum scio.

3 *Propugnaculum Fidei Catholicæ*, in quo agitur de Imperio Regiminis Ecclesiæ Romanæ Catholicæ contra Hæreticos, & Schismaticos. 1. *De Sinagoga Judæorum* contra ipsos. 2. *De veritate Fidei nostræ* contra Atheistas, Mahometanos, Iudæos, Hæreticos, & Schismaticos. 3. *De immortalitate nostræ animæ*. 4 *De mercede, vel pœna* in alia vita recipienda. 5. *De Peccato Originali*. 6. *De credibilitate Fidei Catholicæ*. 7. *De Veritate Sacramenti Altaris*. 8. *De Regno Christi contra Judæos*. 9. *De Sacris Imaginibus contra Hæreticos*. 10. *An possint Principes Sæculares* Judæos in suis terris permittere. 11. *De tolerantia Hæreticorum, & aliorum Infidelium* in Territoriis Principis Catholici. 12. *De Invocatione Sanctorum*. 13. *De Sacris Reliquiis*. 14. *De Indulgentiis contra Hæreticos*. 15. *De potestate Papæ* reservandi sibi collationem Beneficiorum in certis mensibus vacantium. 16. *De necessitate Confessionis Sacramentalis*. 17. *De Jejunio*. 18. *De Votis Regularium &c.* Neapoli apud Camillum Cavallum anno 1642. in 4.

De eo Nicolaus Toppius in Bibl. Neapolit. pag. 273. col. 1. Ben. Laudati in Brevi Chron. S. Severini ms. pag. 337. Bern. Pez Epistola X. Apol. pag. 241. In Catal. Viror. literis Illustr. Ord. D. Benedicti ab anno 1600.

PIUS MUTIUS natus est Mediolani anno 1574., oriundus tamen ex Oppido Pontis S. Petri in Territorio Bergomensi, anno vero 1589., die 12. Martii Monachi vitam vovit in Cœnobio S. Simpliciani Urbis ejusdem Mediolan. Mirum vero ad scientias addiscendas amorem, egregio favente ingenio, ab ipso, ut ita dicam, matris utero tulit; Puerili enim ætate præmaturam studiis operam dedit, & vix quinquennis Grammaticam, septennis autem Rhetoricam artem ita callebat, ut Orationes, Carmina, & alia id genus cunctis admirantibus, ac plaudentibus publice recitaret. Mediolani, & Patavii Scholasticis facultatibus operam dedit; Papiæ deinde in Academia *Affidatorum*, & in aliis Italiæ celebrioribus, quibus certatim adscriptus fuit, doctis ingenii fœtibus, omnium commendationem promeruit; præcipue tamen historicis, ac politicis literis incubuit, in quibus celebris admodum, & excellens evasit, ac insignes hisce de rebus lucubrationes conscripsit, interquas *Animadversiones in Tacitum* nominis immortalitatem præ ceteris ei pepererunt. Has autem doctrinæ gemmas, pietatis, ac moralium virtutum auro præclare exornabat, inculpatis moribus, integritate Vitæ; regularis observantiæ zelo omnibus ubique præluceus; Eapropter à Patribus nostræ Congr. qui ejus non minus prudentiam, quam doctrinam optime perspectam habebant, missus ad Christianiss: Regem Ludovicum XIII. Orator pro causa Abbatiæ Lirinensis, de qua paulo superius in Petro Paulo Benallio; quæ vel denuo agitabatur, vel nondum plane absoluta erat, arduam legationem adeo feliciter obivit, ut adhuc in Gallia degens, in Generalibus Comitiis creatus fuerit Abbas, ac postea sotius Congr. Definitor: Reversus in Italiam negotium quoddam magni momenti cum Ducibus Sabaudiæ, Parmæ, & Mutinæ prospere admodum confecit. Inde ad Monasteria gubernanda animum adjiciens, Cœnobio S. Pauli de Urbe triennio præfuit, quo tem-

pore familiaritate jucundissima Quarengii, Mascardi, aliorumque eruditissimorũ Hominum est usus. Eum ob doctrinam, ac probitatem intime amavit Cardinalis Fridericus Borromæus, Cardinalis vero Guido Bentivolus scientiam, judiciumque Mutii tanti fecit, ut ejus non solum consiliis plurimum deferret, sed Historiam etiam suam de *Bello, ac rebus Belgicis* ei lustrandam, & corrigendam subjecerit. Fuit insuper Abbas Sanctorum Spiritus, & Galli Papiæ, Sanctæ Scholasticæ Sublaci, S. Juliani Genuæ, demumque S. Simpliciani Mediolani, ubi Claustri partem a Gratiano Trezzi (de quo supra) olim inchoatam perfecit, Hospitumque Cameras extruxit, aliaque commoda præstitit cum ad ornatum, tum ad utilitatem Cœnobii; Sed cum æternitatis itineri diligentius, ac tutius capessendo sese parare percuperet, Præsulatui sponte nuncium remisit, ac deinceps privatus Deo, ac studiis unice vixit; denique anno 1659. Mediolani piissime diem suum obiit annos natus 85. Ejus Opera hæc sunt

1 *Considerazioni sopra Cornelio Tacito*, nelle quali si trattano le più curiose materie della Politica. In Brescia presso Bartolomeo Fontana l'anno 1634. in 4. & iterum Venetiis anno 1642. per Marcum Ginammi in 4. Sunt autem Animadversiones in primum Taciti librum, quod Opus eruditissimum vocat Hieronymus Ghilinus, brevi temporis spatio absolutum, ob assiduam petitionem prælaudati Cardinalis Borromæi, qui opus hoc anxiè ab eo expectabat.

2 *Considerazioni sopra il secondo Libro di Cornelio Tacito*, quas brevi in lucem prodituras fuisse testatur idem Ghilinus. Philippus autem Piccinellus jam prodiisse affirmat, sed ubinam Gentium, & apud quem non indicat.

3 *Discorsi 50. politici* sopra gli accidenti moderni.

4 *Discorsi Accademici varj*.

5 *Giudizj varj sopra le Opere altrui*; & alia, sed minoris momenti, ut inquit Leo Allatius in Apibus Vrbanis pag. 228., ubi de eo agit, & hasce ejus lucubrationes recenset. At in Bibliotheca S. Simpliciani Mediolanensis extant, quoque Pii Mutii sequentia Opera mss. à me ibidem visa anno 1688.

6 *Istoria della Famiglia a Trivoltia*; magnum volumen in fol.

7 *Epistolarum familiarium Latina lingua*, lib. in fol. incipit. *Eleganter adeo mi Sane suavissime &c.*

8 *Diversi Discorsi politici*, in fol. quos eosdem puto eum supra ab Allatio relatis.

9 *Miscellaneorum*; volumen in fol. ubi hæc continentur. 1. *Negoziato alla Corte di Francia* per il Monastero di Lerino. 2. *Oraison Fransè au Rey Troi Cretien*. 3. *Orazione Italiana* al Re di Francia Luigi XIII. 4. *Giudizj sopra le Relazioni, Lettere, ed Istoria* del Cardinal Bentivoglio. 5. *Apologia* in difesa dell' Istoria del medesimo Bentivoglio. 6. *Discorso* s'era verisimile, che Paolo V. dopo l'assoluzione movesse Guerra a' Veneziani. 7. *Discorso* se doveasi maritare la seconda Infanta di Spagna con Inghilterra. 8. *Discorso* sopra la Dieta da farsi l'anno della peste. Item

10 *Descrizione del suo viaggio* fatto in Francia l'anno 1618., in cui dal Capitolo Generale fù mandato Ambasciatore al Rè Christianiss. est liber ms. in fol. Item

11 *Rime di D. Pio Mutio*, lib. ms. in 4. hæc in Bibliot. S. Simpliciani. Apud me vero extat liber ms. in fol. subsequentes Pii Mutii Italicas lucubrationes complectens, nempe

1 *Discorso* se il Sig. Duca di Savoja habbia fatto bene, ò male, zarando lo Stato, à non voler' disarmare, come ne lo ricercavano gli Spagnuoli, ò se meglio fora stato l' obedire, è schivare gl' incommodi della Guerra. Incipit *Bellissima materia di discorrere &c.* explicit; ,, Doveva il Duca, & era constituito in neces-
,, sità di zarare lo Stato, è di prender l' arme, come hà fatto, più tosto, che obe-

due,

„ dire, è mettersi in servitù 2. *Discorso intorno* alli presenti motivi di Francia, Spagna, è Savoja; Incipit. „ è tanto il desiderio, che io tengo, di servire V. S. &c. „ explicit; e à Dio piacendo noi goderemo una lieta, è tranquilla pace, che „ piaccia à Dio benedetto di concederci &c. 3. *Risposta di D. PioMutio* al discorso del Sig. Mario Lanzi, che ributtava un' altro discorso: Incipit. „ Et così „ avviene à chi va fluzzicando il vespajo: Ma che dico io di vespajo? m' accor- „ go d' haver anzi desta una dolcissima, è soavissima pecchia &c. explicit. „ Mi „ compiacerò almeno d' haver supplito con prontezza d' obedienza, è con im- „ mensità di affetto, colla quale bacio le mani à V. S.

4 *Discorso intorno alli presenti nuovi disgusti*, che si dicono passare tra la Santità di N. S. Papa Paolo V., è la Serma Republica Veneta: Est Sermo satis prolixus, ac valde eruditus, rogatu D. Laurentii Stella * conscriptus, politicis æque rationibus, ac prudentibus documentis, veræque pietatis sensibus exornatus; incipit. „ Accennommi V. P. M. V. li giorni passati &c. explicit, & così noi do- „ vemo sperare la continuatione di questa longa pace, la quale concedaci Dio, „ & le bacio le mani. * De eo supra Lit. L.

5 *Orazione, colla* quale procura di persuadere il Cristianissimo Re di Francia Ludovico XIII. per fortissime ragioni, doversi il Monasterio di Lerino, unito gia da suoi gloriosi Predecessori Francesco I. & Henrico IV. alla Congregatione Casinense, governare indifferentemente dagli Abbati tanto Italiani, quanto Francesi. Hæc oratio, quamvis in eodem volumine apud me ms. reperiatur, est nihilominus typis impressa, & constat paginis integris numero 6. Incipit. „ Han- „ no tanto à cuore, è tanto premono i Padri Casinensi nel buon governo del Sacro „ Monasterio di S. Honorato di Lerino &c. „ explicit „ Per la felicità de suoi Re- „ gni, di sua Casa, è di sua Cristianissima Persona, che piaccia a Sua D. Maestà „ di conservare lungo tempo per bene del suo Regno, e della Cristianità tutta.

6 *Discorsi sopra il Capitolo Biennale*, e perpetuità del Deffinitorio, incipit, „ Commanda l' Emo Sig. Card. Padrone, e Protettore &c. „ explicit; Eh che sono spropositi. „ 7. *Discorso se sia meglio*, che il Deffinitorio sia perpetuo, ò temporaneo: incipit „ Dovendosi hora discorrere, se sia bene il perpetuare, o nò il *Deffinitorio* „ explicit. „ Doveransi dunque procurare, che i Monaci si compongano à quell' honorata maniera di vita, & à quei Santi costumi, che ricerca una Republica Religiosa, & una Republica, che deve essere d' huomini perfettissimi, e nella Santità di vita, & nell' integrità de costumi, e nell' esemplarità, che questa sarà la base, & il fondamento della conservatione della nostra Congregatione &c.

8 *Apologia in difesa dell' Historia del Sig. Cardinal Bentivoglio* contro un discorso Francese: est valde prolixa, & erudita. incipit „ Ho creduto, che la dica- „ cità dovesse perdonare alla cose Sacre, tocco con mano il contrario, e con- „ chiudo esser verissimo quel detto di Tacito, *Obtrectatio, & livor pronis auri- „ bus accipiuntur*. Se opera alcuna d' Ingegno, fra le moderne, merita d' esser „ Sacra all' immortalità, certo che l' Historia dei Paesi Bassi dell' Emo Sig. Car- „ dinal' Bentivoglio n' è meritevolissima, e per l' eleganza, e maestà dello stile, „ e per la politica prudenza, che vi si vede, e per la moltitudine delle sentenze, „ e per l' ordine ammirabile, e per l' incontaminata verità, e per l' esquisita de- „ scritione delle cose, da lui non meno con la penna, di quello, che sarebbe ec- „ cellente Pittore col pennello, dateci à divedere, e per tanti capi, che più fa- „ cilmente si possono dal prudente Lettore avvertire, che con discorso additare „ &c. -- explicit. -- Diciamo pure, che è molto megliore, e sana la Dottrina del Sig. Cardinale (*potiorem videlicet habendam esse Religionem, quam ditionem, &*

ex religionis mutatione ditionis ruinam sequi) che quella del Censore, & che l' esser
„ Cardinale non lo esclude dall' aver scritto bene, e lodevolmente la sua Historia,
„ & che le massime, che sono buone in Roma, saranno sempre buone, così a Madrid, come a Parigi, ed a Cracovia, e che malgrado del Censore, e degl' invidiosi sarà così ben vista l' Historia del Sig. Cardinal Bentivoglio da i buoni Cattolici in Francia, & ed in Fiandra, come anco nell' Italia, e nella Spagna; Che se poi i mal' intenzionati nella Fede non l' approveranno, esso Sig. Cardinale se ne prenderà poco pensiero.

9 *Discorso con cui approva*, è conferma, con ragioni fortissime, il discorso di un' altro sopra gli Ordini, che si dicevano mandati da Spagna, perche gli Ecclesiastici egualmente, che i Laici de suoi Stati d' Italia fossero sogetti alle gravezze imposte. Incipit „ Ho letto con molto gusto il sensato, ed erudito Discorso di V. S. circa i musitati ordini venuti, o che si fingono venuti di Spagna, „ di aggravare gli Ecclesiastici a concorrere alle gravezze come i Laici, per sollevare il Rè, ed i popoli nelle presenti calamità; nel quale non essendo certa la legge, va V. S. discorrendo sopra il verisimile, e sopra il possibile &c. „ explicit „ Dalle cose dette, credo, che si possa infallantemente concludere, che non „ sia verisimile, che il Rè Cattolico habbi dato il supposto ordine; che le ragioni, „ che si portano per la parte affermativa siano senza ragione, e fraudolente, come „ per la negativa sode, ed irrefragabili; & che quando anche fosse vero, che si „ sia dato l' ordine, che non sarà riuscibile, e nelle presenti congionture pericoloso altretanto, quanto vergognoso „

10 *Orazione in Contradittorio* di un' altra di un * Consigliero Spagnuolo, che procurava persuadere al Rè Cattolico doversi per varj motivi far la Guerra al Duca di Savoja. Oratio vero Pii Mutii sic incipit „ Io non vorrei Potentissimo Rè &c. explicit „ Questa Pace, vi farà benedire da tanti popoli, vi renderà „ caro a tanti Principi, vi restituirà l'alienato Cognato, e vi levarà finalmente da pericoli, e travagli gravissimi.

* Is fuit Paganus de Turre.

11 *Panegyricus in laudem Marchionis Caracenæ* Mediolani Gubernatoris: impressus, pagg. 28. in 4. & Hieronymo Legnano apud Catholicam Majestatem pro Mediolanensibus Oratori, dicatus.

12 *Lettera*, nella quale dice il suo parere intorno alle *Relazioni* dell' Emo Sig. Cardinal Bentivoglio, al Sig. Carlo Rosso; scritta da Genova l' anno 1630. adi 22. Novemb. incipit „ Fra gli altri oblighi, che io conosco, e confesso di „ tenere con V. S. Illma, principalissimo reputo io questo di avermi dato cognizio- „ ne del libro delle Relazioni dell' Emo Sig. Cardinal Bentivoglio „ explicit

„ *E quel, ch' il bello, e 'l caro accresce all' Opre*
L' arte, che tutto fa, nulla si scuopre &c.

13 *Giudizio* sopra le Lettere dell' Emo Sig. Cardinale Bentivoglio. Incipit. „ Per ubbidire a chi può commandare discorrerò, intorno a tre capi, e „ mostrarò il giudizio, che ne fò. I capi saranno circa lo stile, circa il costume, „ e circa le materie &c. „ explicit. Perche possano servire per modello, e per „ vera Idea di vera Amicizia, di buon Cavaliero, di gran Prelato, e Zelante di „ S. Chiesa, e di perfetto Ministro di Principe. „

14 *Parere sopra le Historie* di Fiandra dell' Emo Sig. Cardinal Bentivoglio; Incipit. „ Per dire quello, che io sento dell' Historie di Fiandra dell' Emo Sig. „ Cardinal Bentivoglio, mi ridurrò a quatro capi, allo stile, all' ordine, ò dis- „ pozione, al decoro, & alla verità, e quindi apparirà il giuditio, che ne fò. „ explicit „ bisognerà conchiudere, questa Opera dell' Emo Sig. Cardinal Benti- „ voglio dover restar consegrata all' immortalità, non meno che quelle de più fa-

„ mosi

» mosi Historici, che habbiano scritto avanti di lui; poiche è composta di stile
» elegantissimo, e rappresentata con ordine mirabile, e vestita del dovuto decoro,
» & accompagnata dalla candida, e pura verità, e sostenuta dal vero fondamen-
» to de stati, che è la religione &c.

15 *Giudizio* sopra la terza parte dell'Historia del Sig. Cardinal Bentivoglio. Est in modum Epistolæ ad eundem Cardinalem Bentivolum. Incipit. » Sprez-
» zato quel titolo di temerità, che potrei temere, se non fossi protetto dallo scu-
» do del commandamento di V. Emin.; vengo a dirle semplicemente, ciò che
» sento della terza parte della sua memorabile Historia, acciochè dalla prontezza
» dell'ubidienza, riconosca V. E. la grandezza della riverenza mia. Dico dun-
» que, che avendo l'Historia quattro parti principali, cioè la Narrazione, le De-
» scrizioni, le Orazioni, e gli Elogi, ha V. E. con maniere tanto eccellenti sup-
» plito, e maneggiate tutte queste parti, che parmi di poter dire quel *nihil melius*,
explicit » ed all'E. V. fo humilissima riverenza.

16 *Giudizio sopra l'Aristocrazia conservata*, del Padre Sgualdi. Est Epistola ad eundem Sgualdum data Ticini Regii 16. Aug. anno 1634. incipit. » Il P.
» D. Hilario * nostro mi ha mandato due de i libri composti da V. P. Rma per
» eterna gloria del suo elevatissimo ingegno &c. explicit » Le rendo grazie del
» favore, che mi ha fatto con parteciparmi, e farmi degno di cosi rara grazia &c.
» che servirà per pegno dell'amor suo, così vorrei, che valesse a V. P. Revma
» per stimolo al commandarmi.

* Is est Hilarius Bologna celebris Concionator, de quo in pr. par. L. H.

17 *Discorso*, se si debbano ripigliare li tre Monasterj della Marca: est sermo valde prolixus pagg. integr. num. 20. respondetque negativè, probatque sententiam suam validissimis rationibus: incipit. » Dovendo io discorrere; per
» compiacere a Prelato, che mi commanda, che lo faccia, se sia bene, che la
» Congr. Casinen. debba procurare la riunione delli tre Monasterj della Marca,
» che l'anno passato furono per ordine del Sig. Cardinal Montalto, e di N. Signore
» restituiti a quei Monaci, che prima li possedevano, metterò prima alcune sup-
» posizioni, dalle quali poi tirarò la conclusione, che a me parerà ragionevole »
explicit » Considerisi tuttociò, che si è detto da chi tocca, che io pregarò Dio,
» che ispiri loro il meglio, e tanto basti.

18 *Discorso* circa il Breve * *De exemptorum privilegiis*: incipit » Io credo, che
» l'intenzione di N. S. nella publicazione del suo Breve, *De exemptorum privile-*
» *giis &c.* explicit » Ne perderemo per cosa tanto lubrica i nostri privilegj &c. »
Sunt ibidem tres alii sermones, seu potius tractatus de rebus ad nostræ Congr. statum, ac regimen peculiariter pertinentibus, quos ab omnibus nostris Prælatis legi, & observari operæ pretium esset; quorum Synopsim videns in nostris Analectis.

* Greg. XV.

Jam vero de Pio Mutio magna cum laude agunt, Plac. Pucc. in Chron. Glass. pag. 365. & in Nomenclat. Abbatum pag. 26. Hier. Ghil. in Theatr. Vir. Illpar. prima pag. 199. fusissime, ubi eum vocat, felicissimo, & admirabili præditum ingenio, singularis prudentiæ, omniumque virtutum exemplar; Opera vero ejus varia doctrinâ, & omnigenæ eruditionis copiâ referta. Reversum demum in Patriam anno 1647. Lectioni, & praelarissimis lucubrationibus impense vacasse narrat; ejusque nomen famæ imortalitatem consequutum &c. Donatus Calvi in Scena Literar. Script. Bergom. par. prima pag. 448. ubi eum *Naturæ portentum* appellat, atque inter ejus opera enumerat *Epistolarum libros* 6. in quos nimirum libros, volumen illud Epistolarum in fol. supra recensitum dividitur. Hilarius *Bologna* in magna Panegyrica Orazione S. Benedicti, cui titulus *Il Sole, e il Mondo &c.* impressa Venetiis anno 1647. pag. 63. » Un
Pio

„ Pio Mutio, che dopo avere nell' Erario prezioso delle Scienze, di scieltissime „ erudizioni, & eloquentissimi discorsi arrichito i suoi fogli, fa nell' età cadente „ risorgere le buone lettere, fregio dell' Ordine, ornamento del Secolo, delizia „ della Patria, ove i generosi costumi hanno per propria lode *Rapir i Cuori*, „ *e dominar gli Affetti*.

In libro, cui titulus, *Le Glorie degli Incogniti*, quorum Academiæ Venetiis institutæ Mutius adscriptus fuit, pagin. 384., & seqq., ubi ex instituto de eo agitur, diciturque pietate, & literis nomiois immortalitatem assequutus, visitur ejus effigies cum subjecto Disticho

Impius est Tacitus, melior tamen incipit esse,
Fitque tua Muti dexteritate pius.

Item eum valde commendant, Hieronymus Borsieri in supplemento c. 12. Augustinus Terzagus in Carminibus pag. 239. & 248. Benedictus Soffagus, qui Mutio secundum Epigrammaton librum dicavit. Leo Allatius in Ap. Urb. pag. 228. Philippus Piccinell. in Athenæo Mediolan. pag. 469. denique Bern. Pez in Epistolis Apologeticis pag. 253. Benedictus Sociadi in Epigrammatibus. sic

Ardentes flammas anima imperterrita Muti
Negligit, obsessam liberet ut patriam;
Christiadum populos, & res tueatur, at alter
Mutius, excubias irrequietus agit.
Et Tacitum obscurà retegit caligine mersum,
Et rerum dominos imperitare docet.
Consulit alterius felix audacia Romæ
Alterius felix consulit ingenium.
Quæ major gemini censenda est dextera Muti?
Nobilis hæc scripsit, nobilis illa focis.

Parere dell' Emo Sig. Cardinal Bentivoglio sopra il Giudizio di D. Pio Mutio delle di lui Relazioni. Illmo Signore „ Carlo Bosso

„ Troppo eccede il nostro P. D. Pio in lodar le mie *Relazioni*: forse egli at„ tribuisce loro le qualità non che hanno, ma che dourebbero avere. Erudita „ lettera, ch' è la sua; e che Censor appunto non delle mie debolezze, ma d' „ ogni più elaborata composizione historica; prego V. S. a ringraziarlo in mio „ nome più dell' amore, che mi porta, che delle lodi, con che l' accompagna, „ non potendo io in queste se non riconoscere un manifesto eccesso di quello: Me„ rita un Religioso di tanta virtù, che V. S. l' ami, e lo stimi nel modo, che fa. „ Con lei mi congiungo ancor io nell' uno, e nell' altro affetto verso di lui, e pro„ curerò di fargliene apparire ogni segno più vivo; ma quanto prima sarò con „ V. S., e diremo a bocca mille altre cose: intanto io resto &c.

„ *Molto Rev. Padre*. Io non potrei esprimere il gusto che ho sentito della „ Scrittura inviatami da V. P. in riguardo particolarmente alla consummata mae„ stria, che vi apparisce nelle materie historiche; poiche quanto a quelle perfez„ zioni, che ella attribuisce a quest' ultima parte, sono ornamenti molto più da „ desiderarsi, che da commendarsi in essa. Io però non pretendo inciò di volere „ diminuir punto l' obligo, che riconosco all' affetto di V. P. verso le cose mie, „ ed alla stima con ch' ella si compiace di accompagnare sempre le mie fatiche; „ All' incontro io posso renderla certa della memoria parzialissima, che conservo „ del merito de suoi talenti, e del solito desiderio mio di poter servire alla sua „ persona &c Di V. P. di Roma li 30. di Luglio 1639. *manu Emi*. Padre mio „ giuro a V. S. che non ho veduto il più bello giudizio historico, e l' ho più volte „ con sommo gusto letto, e riletto, benche io non possa in modo alcuno appro-

vare

„ vare quelle tante lodi, che V. P. attribuisce alle mie fatiche. P. Abbate D. Pio
„ Mutio. Affezionatissimo come Fratello. Il Cardinal Bentivoglio.

PLACIDUS CAPPARELLI Neapolitanus in Cœnobio S. Severini Monachus effectus est, anno 1696. die 30. Julii; Interiecto deinde tempore Decanus creatus fuit. Philosophiam, ac Theologiam XXIV. annorum spatio docuit; In Monasterio S. Benedicti agri Mantuani Tyronum Magistrum egit, quod munus etiam Neapoli in S. Severino exercuit anno 1727. anno denique 1731. in Comitiis minoribus Brixiæ celebratis in Monasterio S. Euphemiæ renunciatus fuit Prior Claustralis Cœnobii S. M. de Plaga, vulgo *Chiaja* in Suburbio Neap. edidit

1 *Synopsim* ad Sacram Dogmaticam Theologiam, Hebraicam, Græco latinam Neapoli anno 1712. apud Felicem Moscam,

2 *Ad primum* Gregorii IX. Decret. Epist. Librum, Synopsim. Mantuæ per Albertum Pazzonum anno 1727.

PLACIDUS CICADA nobilis Genuensis Monasterii S. Catharinæ in Patria alumnus, ibidemque nostram Regulam professus anno 1627. die 10. Febr. ac postea Abbas tam ejusdem S. Catharinæ, quam plurium aliorum Monasteriorum, vixit enim usque ad decrepitam senectutem optimâ usus valetudine; obiitque Genuæ Abbas S. Benigni ætatis annorum 91. Scripsit

Vita di S. Gertrude Monaca dell' Ordine di S. Benedetto, e Badessa del Monastero di Rodarda.

Aug. Oldoin. in Athenæo Ligustico (ex Raphaele Soprano) laudat Placidum Cicadam ab Ingenii præstantiâ, varietate doctrinæ, & Antiquitatis notitia.

PLACIDUS FALCONIUS ab Asula agri Brixiani Oppido apud S. Euphemiam professus est Monasticum Institutum anno 1549. die 28. Oct. Musicam facultatem, eandemque omnino sacram plurimum excoluit, nec exiguè in ea profecit; ut testantur, quæ sub his titulis vulgavit Opera, nempe

1 *Missæ*, *sive Introitus* per totum annum Venetiis 1575. in folio.
2 *Passio*, sive voces Hebdomadæ Sanctæ, Venetiis anno 1580. in 4.
3 *Responsoria* in Hebdomada Sancta canenda. Venetiis anno 1580. in 4.
4 *Magnificat* octo Tonorum; Venetiis 1588. in 4.

Ejus meminit Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 75. pag. 453. ubi asserit eum in vivis egisse an. 1595. quo Arn. opus suum in lucem emisit; & Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 467. In nostris Regestis vocatur *Musicus excellentissi.*

PLACIDUS DE JUDICE Panormitanus frater D. Michaelis * de Judice in Cœnobio S. Martini de Scalis D. Benedicti Institutis nomen dedit anno 1662. die 8. Nov. Ingenii præstantiâ in scholasticis scientiis, humanioribus literis, & sacrâ eloquentiâ haud mediocriter ostendit, in quibus dum eximios progressus polliceretur ob assiduum, ac fervidum in easdem studium, immaturo fato præoccupatus est Panormi anno 1673. ætatis suæ 26. magno sui desiderio, una cum aliquot lucubrationibus relicto, videlicet, * De eo superi. Lit. M.

1 *Quaresimale*. 2. *Panegirici*. 3. *Discorsi Accademici*. 4. *Poesie*. Quæ omnia mss. extabant apud prælaudatum Michaelem de Judice Abbatem, qui ea aliquando publici juris facturus erat, ut sperabat Ant. Mong. Bibl. Siculæ par. 2. pag. 185. ubi de eo cum laude agit, allegatis in ejus commendationem Jo: Evang. à Panormo in Anagram. pag. 169. & Jo: Baptista de Judice ejusdem Placidi altero fratre, sed Laico, in Carmin. par. 1. pag. 334.

PLACIDUS PETRUCCIUS patria Romanus inter Casinates Monachos numeratus est an. 1571. die 16. Septemb. ætatis suæ an. 20. sub Matthia de Lignasco Casinensi Abbate, & Appollinari à Bauco viro eximiæ Sanctimoniæ Tyronum Magistro. Placidus itaque ut erat humanioribus literis probe excultus &

& in Historiarum cognitione apprime versatus, Casinensem Historiam diligenter elucidavit, ac pro virili promovit. Sed dum majora adhuc in decus, & commodum ejusdem Sacri Cœnobii calamo moliretur, immaturo, *ac dolendo nimis fato* sublatus est circa annum 1587. ætatis suæ 37. scripsit.

1 *Supplementum ad librum Petri Diaconi* Casinensis Monachi, de Viris Illustribus Monasterii Casinensis, quod perduxit usque ad annum 1581. ab anno 1256. quibus tamen inserit aliquot, qui minime fuerunt Monasterii Casinensis alumni, sed vel Abbates ejusdem Sacri Cœnobii, quamvis aliorum Monasteriorum sodales, ut Ignatius Squarcialupus, Eusebius Mutinensis, aliique, vel ex insignioribus, ac celeberrimis totius Congregationis Viris aliquem, ut Gregorium Cortesium Mantuani Cœnobii Socium. Hic liber erat olim ms. apud Arnold. Wion, ipsomet teste, alibiq; sed postea ex Bibliothecâ Barberinâ depromptus, insigni præfatione, notisque illustratus a Joanne Baptista Maro Romano S. Angeli in foro piscium Canonico, typis contignatus fuit Romæ anno 1655. in 8. ex Typographia Cameræ Apostolicæ, & Parisiis an. 1665. deinde impressus fuit Rothomagi anno 1672. & postea Lugduni apud Anissonios an. 1677. in fol. in Bibliotheca Max. Patrum tom. 21. pag. 345. & Hamburgi an. 1718. in Biblior. Ecclesiastica Joannis Alberti Fabricii, & demum Mediolani typis Societ. Palatinæ in Regia Curia anno 1725. tom. 6. Scriptorum Rerum Italicarum &c. a pag. 63. usque ad 83. 2. *Chronicon, sive Historiam Casinensis Monasterii*, ab ejus fundatione usque ad annum 1587. unico tomo libris 9. distincto, in fol. comprehensum, quod postea aliis duobus tomis prosequutus est Honoratus * Medices a Neapoli, usque ad annum 1610. asservatur ms. in Archivio Casinensi.

3 *Supplementum ad librum Antonii Fractensis*, quod inscribitur, *Confinium bonorum Casinensis Cœnobii*; ms. 4. *Annotationes, & Additiones ad Chronicon Leonis* Hostiensis; & Petri Diaconi; mss. ibidem.

De eo agunt cum laude prædictus Arnold. Wion. Lign. Vit. par. 2. in Adjunctis pag. 910. & ex eo totidem verbis Ant. Poss. Appar. Sacr. tom. 2. pag. 291. qui eum vocant *Virum in humanioribus literis exercitatum, & Historiarum cognitione divitem*; obiisse autem asserunt an. 1589. scripsisse Historiam Monast. Casinen. tom. duobus; Sed revera est unicus Tomus libris 9. constans, Honoratus vero Medices, ut paulo ante diximus, eandem Historiam aliis duobus Tomis continuavit usque ad an. 1610. Philip. Labbè *Bibl. Biblioth.* pag. 308. meminit lib. de Vir. Illustribus Cas. Isidorus Vgurg. *Pompe Senesi* tom. 1. tit. 21. pag. 668. allegat Placidi lib. 9. Chron. Cas. cap. 66. Ant. Teisser. in Catal. Auctorum, qui Librorum Catal. scripserunt p. 1. pag. 278. meminit ejusdem Supplementi de Vir. Illustr. Eques Prosper Mandosius Biblioth. Rom. par. 1. Cent. 5. pag. 343. Julius Ambrosius Lucenti Ital. Sacr. restr. auct. &c. pag. 1001. ubi dicit eum Chronologiæ Casinensi inservisse, ac permiscuisse varias Mundi Historias; sed nihilominus monet eum in nonnullis caute legendum, cum non semel anceps sit, & cursum temporum invertat. Bern. Pez in Epistolis Apologet. pag. 253. in Regesto ms. olim à me viso in Bibliotheca Monasterii S. Pauli de Vrbe scribitur in margine Placidus, *De Monasterio Casinensi optime meritus &c.*

PLACIDVS PVCCINELLVS ex Æturiæ Oppido *Pescia* dicto, Sanctæ Mariæ de Florentia alumnus evasit an. 1626. die 17. Januarii, & postmodum Abbas *Titularis Nostræ Congregationis*, Antiquarius, & sacrarum Cæremoniarum Magister in eadem Abbatia Florentina. Hic flagranti studio majorum memorias, præcipue, quæ ad Historiam Monasticam conferunt, avide consectatus, oblivioni, in quam vergebant, eripuit, utque temporis edacitatem deinceps eluderent, varios in libros digestas, typis consignavit, magnam proinde ob

ob tot egregios labores in iisdem ex latebris eruendis, exantlatos, & haud parvam utilitatem Antiquitatis studiosis inde partam, commendationem, & laudem promeritus: Quamquam majorem adhuc obtinuisset, si æque omnia, quæ scripsit diligentiori trutina, ac severiori criterio, ut nunc moris est, discussisset: Cæterum Mediolani plures annos commoratus, Principisque Trivultii amicitiâ, ac familiaritate usus, & inter Academicos *Faticosos*, sub nomine, *Infatigabilis* admissus, multa composuit, typisque tradidit: Florentiam reversus, jamque Abbatis titulo insignitus, Curam Sacrarii, & Ecclesiæ suscepit, eamque ad obitum usque magnâ totius Urbis approbatione, ac Spirituali ædificatione, ingentique Ecclesiæ ejusdem emolumento diu administravit, plurimâ, ac pretiosâ suppellectili utriusque generis (nam pii quique certatim donaria illi offerebant) eam exornans, Erat enim vitæ innocentiâ, & morum candore conspicuus, ac eximiâ in D. Maurum religione præditus, cujus honorē Florentiæ, alibique mirifice propagavit, erecto proinde ibidem sub ejus invocatione celebri sodalitio centum quinquaginta Nobilium utriusque sexus, qui variis pietatis operibus, præcipue *Confratrum* defunctorum suffragio, laudabiliter vacant; quod postea aliis etiam in Urbibus fuit institutum; inde utique occasione desumpta, quod super Mediolani inventum, & restitutum fuerat à Ioanne Jacobo Porro, ut ipse Puccinellus testatur in Vita S. Mauri cap. 41. pag. 155. mirabile, & antiquissimum Sanctissimæ Crucis fragmentum ex tribus, quæ una cum aliis insignibus Sanctorum Reliquiis, Divus Maurus à Beatissimo Patre Benedicto, cum in Gallias mandato proficisceretur, dono acceperat, (ut Faustus in ejus Vita) quibus ægrotos quosque in itinere sibi oblatos sanabat, Mediolani, uti narrat Puccinellus ab eodem S. Mauro relictum; * Quamobrem, Mediolani primum, mox per totam Italiam in S. Maurum brevi auctâ veneratione, innumeri infirmi, Ischiade præsertim laborantes, aliqua Sanctissimæ Crucis particula, vel ejusdem Crucis Imagine signati, recitatisque super eos consuetis precibus, miras ubique sanitates recipiunt. At Placidus annum 75. supergressus, Florentiæ in senectute bona decessit anno 1685. toti Urbi, quæ ejus obitum, eo magis doluit, quò illum impensius amabat, ac venerabatur, magnum sui desiderium, posteritati vero hæc laborum suorum relinquens monumenta.

* Qua de re vide nostra Analecta in eodem Placido.

1 *Istoria di Ugo Principe della Toscana*, Duca di Spoleto, Conte di Camerino &c. In Venetia l'anno 1643. presso Matteo Leoni, e Giovanni Vecellio in 4. Alla Republica di Lucca. 2. *Istoria della Gran Dama Willa* Madre del sudetto Prencipe Ugo Fondatore dell' Abbadia di Firenze. In Venetia l' an. 1643. in 4. & rursus Neapoli eodem anno ex Typographia Francisci Savii.

3 *Origo, seu Processus Historicus* * sive Apparatus de Illustribus Abbatiæ Florentinæ Viris in 13. capita compendiose distributus, quorum 12. est de Sarcophagis Abbatiæ Florentinæ, Mediolani anno 1645. Typis Joannis Petri Ramellati in 4. Hunc librum refert Author *du Catalogue des principaux Historiens &c.* impress. Parisiis 1712. Classe x1. pag. 44.

* Progressus.

4 *Vita del Beato Gometio Portughese* discepolo di Ludovico Barbo Abbate di Badia Fondatore dell' insigne Monasterio delle Murate di Firenze, colla Gronica di detto Monasterio, e colla serie, & azzioni di tutte le Badesse del medesimo: In Milano per Pietro Ramellati anno 1645.

5 *Nomenclatura omnium Abbatum Congregationis Unitatis S. Justinæ Patavinæ*, nunc Casinensis, una cum Serie Prælatorum Sanctorum Petri, & Pauli de Glaxiate Mediolani. Mediolani typis Caroli Camagni apud Rosam anno 1647.

6 *Chronologia Præsidum* Generalium Congregat. Casinensis Mediolani an. 1647.

7 *Chronologia, seu Epitome Prælatorum* Sacri Monasterii Casinensis, nec non

Aretii, Florentiæ, *Mantuæ*, Patavii, *Perusii*, Sanctorum Petri, & Pauli de Glaxiate, San. Simpliciani *Mediolani*, San. Salvatoris, & Sanctorum Spiritus, & Galli Papiæ. *Mediolani* apud Ioannem Petrum Ramellati 1647. Tres modo recensitos Puccinelli libros, magna cura, ac studio à me tunc Florentiæ degente, id est circa an. 1689. requisivit eruditissimus, ac celeberrimus Godefridus Guilielmus Leibnitius Serenissimi Electoris Hannoveræ * Georgii olim Consiliarius, & Bibliothecarius, qui per id temporis Italiæ Urbes lustrabat.

* T... dea Regis A... iæ nunc ... ci.

8 *Vita di S. Barnaba Apostolo*, primo Pastore di Milano, Impress. Mediolani anno 1684. in cujus fine edidit etiam Epistolam ejusdem S. Barnabæ, Vossianam editionem Epistolæ ejusdem sequutus, ut Cl. Ittigius (cujus verba inferius referemus) ex actis Sanctorum Junii tom. 11. pag. 458., animadvertit. 9. *Il Zodiaco della Chiesa Milanese*, continente le Vite dei primi dodici Santi Arcivescovi suoi Pastori, distinto in tre parti. In Milano per il Malatesta l'anno 1650. in 4. pagg. 409. Hic quoque, in fine Vitæ S. Barnabæ, quæ ordine prima est in eodem Zodiaco, Epistola ejusdem S. Barnabæ impressa legitur. In fine vero vitæ S. Ambrosii adfertur Oratio, seu Epistola Symmachi ad Arcadium, & Theodosium *pro Ara Victoriæ*, & ejusdem S. Ambrosii Responsio in Italicam linguam translatæ. 10. *Vita di S. Simpliciano* decimoterzo Pastore di Milano. In Milano l'anno 1650 in 4. pagg. 112. 11. *Vita di S. Senatore Settala* vigesimosecondo Pastore di Milano. Ibidem eodem anno in 4. pagg. 36. 12. *Memorie antiche di Milano, e suo Stato*. In Milano per il Malatesta l'anno 1650. pagg. 126. 13. *Della Fede, e Nobiltà del Notajo*, coll'origine, e prerogative de' Principali Collegii de Notari d'Italia, colla serie di molti Sogetti insigni per sangue, dignità, lettere, ed armi &c. In Milano per il Malatesta l'anno 1650. Hujus libri meminit Franciscus Arisius in opusculo prænotato *Spectabiles Causarum Patroni ex inclyto Cremonensi Collegio* pag. 7. 14. *Collegio de Notai di Milano*; ibidem anno ....

15 *Chronicum insignis Monasterii SS. Petri, & Pauli de Glaxiate*, continens Abbatum omnium regimina, Diplomata, Privilegia, Decreta Pontificum, Cæsarum, Regum, Ducumque, & Principum; item & Sacrarum Reliquiarum nomina, Tribunarum, nec non Sepulchorum erectionum tempora, una cum Inscriptionibus, & omnium Monachor., qui hoc in Monast. habitu Monachali fuere exornati nominibus, & Profess. anno; Mediol. apud Malatest. an. 1655.

16 *Trionfo Benedettino* per il sontuoso apparato, e festa di S. Mauro Abbate, celebrata in Milano per nove giorni. Ibidem apud eundem anno 1658.

17 *Istoria del Principe Ugo* Fondatore di sette Abbadie, corretta, ed accresciuta con varie curiose aggiunte, colla Cronica del Monastero di S. Maria di Firenze, suoi Privilegi Pontificii, e Cesarei, col trattato di mille Inscrizioni sepolcrali, e colle loro armi gentilizie. La Galleria sepolcrale, e l'introduzione della festa di S. Mauro, e colle memorie di Pescia Terra conspicua, e principalissima di Toscana. In *Milano* presso il Malatesta anno 1664. in 4. in quo opere plura Diplomata, & antiqua documenta è tenebris eruta exhibentur.

18 *Vita di S. Mauro Abbate Levita*, Discepolo di S. Benedetto, il Taumaturgo della Francia, l'Esculapio sacro degl'Infermi, coll'introduzione del suo segno per sanare gli oppressi da catarri, e sciatiche, ed altri malori, con curiosissime pellegrine notizie dell'Ordine Monastico. In *Milano* nella Regia Ducal Corte per Giulio Cesare *Malatesta* l'anno 1655., e In Firenze l'anno 1670., e di nuovo pur in Firenze presso Francesco Onofri coll'aggiunta dell'introduzione della solenne festa, e nobilissima Congreg. eretta nella Chiesa della Badia di Firenze, e con alcuni affettuosi desideri verso il Santo, per tutti i giorni della settimana.

19 *Vita*

19 *Vita del B. Teuzzone Monaco Sacerdote, e Romito* del Monastero di S. *Maria* di Firenze. In Milano per Pietro Ramellati l' anno 1645.; & iterum ibidem correctior, & auctior an. 1679. 20. *Vita di S. Gottardo* Abbate di Altaich, e Vescovo d' Ildesia, Avvocato de Podagrosi. In Milano presso il Malatesta l' anno 1679. 21. *Vita di Sant' Andrea di Scotia* Archidiacono di S. Donato di Fiesole, Fondatore di S. Martino a Mensola presso Firenze. In Firenze per Francesco Onofri l' an. 1670., & iterum ibidem an. 1681. Manu exarata

1 *Cæremoniale Ecclesiasticum*, & præcipue pro Abbatibus; extat in S. Simpliciano Mediolani 2. *Compendium*, sive *Brevis Historia Imperialis* Abbatiæ S. Ambrosii M. Mediolani, cum annalistica Serie omnium Abbatum ejusdem Monasterii ab anno 791., usque ad præsentem annum 1650., ibidem. 3. *Memorie, & Iscrizioni* antiche, e moderne dei Pontefici, Imperadori, Regi, Cardinali, Principi, e Prelati, e specialmente dell' Abbadia di Monte Casino, Subiaco, Pomposa, Fiorenza, Mantua &c, ibidem, 4. *Indrizzo alle Spirituali delizie nella Città di Milano*, per facile adittamento di visitare le Chiese, e ricevere il tesoro delle Indulgenze. 5. *Istoria dell' origine, e depressione della Religione Umiliata*, gia estinta.

Placidum Puccinellum plures Authores allegant, plures laudant; Isidorus Vgurg. Pompe Senesi tit. 21. pagin. 668. citat *Placidi Puccinelli Originem, & Progressum Historicum &c.* Phil. Labbe Bibl. Biblint. pag. 182., & pag. 308., ubi recenset *Placidi Putricelli* (pro Puccinelli) eundem Apparatum historicum. Jo: Mabill. in Catal. Selectiorum Auctorum, ad Ecclesiasticam Bibl. comparandam, qui est ad calcem Libri *de Studiis Monasticis* cap. 22. adfert *Chronicon Abbatiæ SS. Petri, & Pauli de Glaxiate* auctore D. Placido Puricello, *Mediolani an.* 1645., *& alia Opera historica ejusdem Authoris*; Sed hic quoque cognomen ejus immutatur, & confunditur cum Puricello (Jo: Petro) Laurentianæ * Mediolani Basilicæ Archipresbytero, cujus legitur Epistola ad Placidum Puccinellum in principio *Apparatus historici &c.* Ant. Teisser in Catal. Auctorum, qui libr. Catal. scripserunt par. 1. pag. 278, quamvis ipse etiam *Putricellum* dicat. Carolus Du Gange in Glossario, ubi refert ejus *Zodiacum Ecclesiæ Mediolanen.* & in Indice Diplomatum, & veterum Tabellarum ex Scriptoribus editis, Gregorius Letus in Italia Regnante par. 3. pag. 505., ubi ejus Opera enumerat. Prælaudatus Thomas Ittigius in libro de Bibliothecis, & Catenis Patrum, variisque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum Collectionibus &c. Lipsiæ 1707. In præfatione ad Lectorem pag. 11. ubi loquens de variis editionibus Epistolæ S. Barnabæ „ Quemadmodum, inquit, & Placidus Puccinellus an. 1649. Vossianam
„ editionem, omisso tamen Græco textu, secutus est, quod ex actis Sanctorum
„ Junii Tom. 11. p. 458. didici, cum alias, qui nostra ætate ex instituto de Scri-
„ ptoribus Ecclesiasticis egerunt, nullam hujus editionis mentionem faciant, Sc
„ Gregorius quoque Lætus, dum in *Italia sub Regnante* par. 3. p. 505. Puccinel-
„ li scripta recenset, Barnabæ Epistolam ab eo editam non referat, sed tantum
„ Vitam Barnabæ Italice à Puccinello scriptam memoret, nisi forte huic Barnabæ
„ Vitæ ejus Epistola Latinæ adjuncta fuerit. Lazarus Augustinus Cotha in *Musæo Novariensi* pag. 344. citat Puccinelli Chronicon Abbatiæ Florentinæ pag. 78. Vincentius Coppi in libro, *degli Uomini Illustri nelle arti*. Jo: Cinellus Bibliot. volantis pluteo XI. pag. 144. & seq. Comes Majolinus Bisaccioni in judicio de Historia Hugonis à Puccinello descripta, præfixo eidem Historiæ. Gabr. Bucelino Epistolis ad ipsum Placidum Puccinellum, datis Veltkirchii anno 1661. die 4. Maii, & die 13. Septemb: Mediolani in Bibliothecæ Ambrosianæ vestibulo, inter Virorum literis Illustrium imagines visitur etiam effigies *Placidi Pucci-*

* S. Lorenzo Maggiore.

nelli cum hac Epigraphe „ *Placidus Puccinellus Piscieusis, & Abbas Casinensis* „ *ætatis annorum* 50. „ Ejus item mentionem faciunt Franciscus Bocchi in lib. *Bellezze di Firenze ampliate dal Cinelli* pag. 384. & Bern. Pez in Epistolis Apologet: pag. 253. D. Bernardini à Verulis Decani Casinensis in laudem Placidi Puccinelli Principis Hugonis Historiam scribentis.

Hetruscus Princeps nostris majoribus olim
Regali impensa condidit Hugo Domum.
Stirps ejus exciderat, nomen reparatur utrumque
Fortia dum docto carmine gesta canis.
Heroi, ò Placide *quantum meliora rependis?*
Æquali superas fænore dona Ducis
Ille prius nobis construxit mænia, Sed tu
Restituis magnum nobilitate genus.

PLACIDVS à SALERNO familia Puglieti in Cœnobio Ssmæ Trinitatis Cavæ Monachi vitam professus an. 1564. die 28. Maji scripsit

Tractatum de nova reformatione Casinensis Congr. deque ejusdem Congr. Constitutionibus, qui ms. asservatur Casin. in Archivo, Capsula 46. In Regesto ms. pag. 190. in marg. „ *Scripsit super Constitutiones Casinenses.*

PLACIDVS TURCHI à S. Joanne in Mariniano, quod Castrum est ab Arimino 15. millia passuum distans, professus fuit nostrum Institutum Ravennæ in Cœnobio S. Vitalis an. 1592. die 15. Augusti, cujus etiam Cœnobii Decanus, & Æconomus, seu, ut nos dicimus, Cellerarius fuit. Admodum delectatus est Etrusca Poesi, in qua etiam varia carmina composuit, nam in libro cui titulus, *Giubilo della Romagna per la Confermazione del quarto triennio dell' Illmo, e Rmo Sig. Cardinal Rivarola nella Legazione d' essa Provincia*; impresso Ravennæ in 4. apud Petrum de Paulis, & Jo: Baptista Giovanelli 1620. tria ejus Italica Epigrammata in laudem ejusdem Cardinalis reperiuntur pag. 22, 23. Itemque in alio Libro prænotato, *Raccolta di Sonetti d' Autori diversi, & Eccellenti dell' Età nostra*, di Giacomo Guaccimani da Ravenna; ibidem apud eosdem 1623. in 12. tria alia ejusdem Placidi Italica Epigrammata leguntur: pag. 154, & seq. In laudem ejusdem Card. Rivarolæ cujus Stemma *Leo: & Aquila.*

Signor venisti, ov' erge il Pò la chioma
A quest' antica, e per gli Essarchi sui
Real Città, guerriera un tempo, a cui
Duci talor cedero estrani, e Roma.
E' giusto, e più ne supponesti à soma
Lieve in guisa co saggi imperi tui
Che stupido, e festoso, à regger Nui
Te Successore il Tebro anche à Te noma
D' alma augusta però, d' eccelso ingegno
Picciol merto è l' Emilia, ò quanto il Trono
In Vaticano onorcresti, e 'l Regno?
Tutt' anch' io d' Amor Argo à Te mi dono
Servo di valor tanto, e d' buon si degno
Al reo proprio Leone, Aquila *al buono.*

Item in Libro *Il Pomo d' Oro Proposte, e Risposte* d' Antonio Bruni impresso Romæ in 12. apud Jacobum Mascardum invenitur aliud D. Placidi Turchi Abbatis Casinensis Italicum Epigramma ad eundem Antonium Bruni 1463. quod sic incipit. *Qual' hor fra tuoi poetici tesori &c.* cui Brunus alio simili Epigrammate respondit *Nobil Ghirlanda di Castalii fiori &c.* Fuit autem Placidus Abbas, Ra-

Ravennæ, ex Puccinell. *in Abb. Casinen.* & etiam Cesenæ ex Regesto ejusdem Monast. Sed tandem abdicata Abbatia, obiit Abbas Titularis.

PROSDOCIMVS PIGNOLATVS Patavii ortus, ibidem in Cœnobio S. Justinæ Monasticis legibus sese subdidit an. 1509. die 8. Oct. Fuit quidem nobili genere natus, sed ingenio, ac virtutibus multo nobilior, ut asserit Bernardinus Scardeonius, & humanis, sacrisque literis apprime imbutus, quarum studio acriter incensus, Italiam, & Siciliam eruditionis gratiâ peragravit, ibique biennio commoratus, de rebus Siculis quædam scripsit; Redux in Patriam haud ita multo post piissime ibidem obiit an. 1552. die 19. Oct. ætatis suæ an. 69. & in exhedra * Monachorum tumulatus fuit, composuit,

* Capitulum dicimus.

1 *Vitas quorumdam Monach. Ord. Nostri.* 2. *De Vita, & Moribus Siculorum*,
3 *Varia opuscula ascetica*, Sed an omnes hæ lucubrationes, vel earum aliqua typis sint consignatæ, vel tantum mss. remaneant, habeo hactenus incompertum;

De eo Arnold. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 75. Laudatus Scardeonius *de Antiquit. Urbis Patavinæ* lib. 2. classe 6. pag. 138. ubi, fuit (inquit) ingenio perspicaci, & disciplinis literarum multum eruditus; delectatus autem sacrarum literarum studiis, multa collegit, quæ ad animæ salutem pertinere videbantur „ Antonius Teisser in Catalogo Scriptorum, qui librorum Catalogos Scripserunt par 1. pag. 312. * Hieronimus a Potentia Hist. Monast. ms. par. 1. Necrologium Monachorum S. Iustinæ ms. in fol. existens ibidem in Archivo Sign. num. 480. In regest. ms. pag. 10. à tergo in margine, *multa scripsit*.

* De eo supra Lit. H.

PROSPER MARTINENGVS, qui etiam *Titus Prosper* dicitur prænobili familiâ è Comitibus de Barco, Venetæ Nobilitatis albo adscriptâ, Brixiæ natus, ibidem in Monasterio S. Euphemiæ inter nostros admissus est anno 1542. die 20. Martii; Qui quamvis optimis disciplinis probe instructus, divinarum præsertim Scripturarum intelligentiâ, SS. PP. eruditione, linguarum tum Grecæ, tum Latinæ, tum etiam Hebraicæ intima notitia excelleret, in Græcâ tamen Poesi summum gloriæ verticem attigit; Nemini enim suo ævo in ea facultate concedebat, imo nec ullus ei inveniebatur equalis, Authore Petro Ricordato; Quamobrem à doctissimis ejus temporis, Pindarus alter, alterque Homerus passim audiebat, ob præstantiam scilicet, incredibilemque in pangendis Græcis Carminibus facilitatem; quod etiã Petrus Victorius variis in locis suorum operum luculenter testatur, & multo etiam clarius egregia, quæ composuit volumina hodieque ostendunt; Nec in moralibus minus, quam in intellectualibus virtutibus Prosper eminuit. In Deiparam siquidem Virginem singulari præditus veneratione, ejus nomini, ac gloriæ ingenii sui fætus pene omnes sacravit; humilitatem vero, animique voluntariam demissionem, (quæ magnorum est virtus) adeo arcte amplexatus est, ut dignitates quascumque tum intra, tum extra Congregationem non solum nunquam ambierit, sed fugerit quoque, ac aversatus fuerit sæpius oblatas, quin' imo, ut ad easdem obtinendas viam sibi perpetuo obstrueret, Decanatu abdicato, qui graduum apud nos omnium janua est, ac principium, nuda Prioris Titularis nuncupatione contentus vixit; Sacris nempe Musis, ac pietatis exercitationibus penitus addictus, ab omni regiminis cura, ac mentis vagatione sibi abstinendum recte putavit. Solitudinis propterea amantissimus, in Cœnobio B. Mariæ de Monte paulo supra Bononiam, (quod Monasterio S. Proculi unitum est) libentissimè degebat, nova semper, eaque elegantissima carmina meditans, ac scribens. Sed raræ adeo doctrinæ, & virtutis fama inter latebras illas minime includi potuit, sed ex eodem Monte longe, lateque diffusa, ipsam quoque Vrbem Vrbium, sacramque aulam implevit. Statim igitur a sacro Cardinalium Collegio sub Pio IV. Pontifice

Ro-

Romam accersitus, Opera omnia S. Hieronymi eorum jussu corrigenda suscepit, quæ postea à Paulo Manutio diligenter, & accurate fuerunt impressa, idemque in emendandis D. Jo: Chrysostomi, & Theophilacti libris, Græcisque Bibliis suadente Cardinali Antonio Carafa, egregie præstitit. Cum igitur SS. Pius V., qui IV. successerat, Martinengum ad dignitates ejus meritis pares, promovere jam destinaret, vix id præsentit Prosper, cum illico valetudinem causatus ob aeris insalubritatem, in Patriam rediit, adeo intime ejus animo insederat mundi, suique contemptus; ibiq. uti perfectum Monachum decebat, in veræ Sapientiæ studio, in sui nempe cognitione, divinarumque rerum contemplatione ad obitum usque perseverans, anno tandem 1595. die 6. Octb. in Monasterio S. Euphemiæ feliciter ex hac vita migravit, immortalem nominis celebritatem infrascriptis Operibus consequutus, quorum isti sunt tituli.

1 *Theotocodia, sive Parthenodia*, id est, quinque millia Latinorum Carminum in laudem Deiparæ Mariæ Augustissimæ, atque Generosissimæ Virginis. Romæ an. 1583. apud Franciscum Zannettum, & iterum apud eundem anno 1598. in 4. tom. 1. opus eximium, tot hymnos complectens, quot annis ipsa Diva Parens, sidereaque Virgo in hoc Seculo vixisse perhibetur; quilibet autem hymnus habet pro argumento nomen aliquod mysticum ipsi B. Virgini in Scripturis Sanctis attribuitum, deque eo in toto hymno agitur pulcherrime, ac piissime. „ Incipit „ *Hæc Dei præclara mater Christianos Sospitat*. „ desinit: „ *quod mihi* „ *si tempus hujus, Alma, Vitæ proroges*, (*Nam potes Gnato adnuente*) *mul-* „ *ta adbuc præconia concinam tibi, nec unquam Te sonare desinam*; Carmina omnia sunt Trochaica, Tetrametra, Catalectica. Estque hic Prosperi primus labor, ut ipsemet indicat in libro diversorum Poematum pag. 273. hoc carmine, „ *Theotocodiam, cui elaboravi prius inclytam*. 2. *Titi Prosperi Martinenghi Brixiani Monachi Casinensis Poemata diversa tum Græca, cum Latina, quæ quidem magna ex parte divina sunt, & Sacra*. Romæ anno 1583., & iterum ibidem 1590. apud Franciscum Zannettum in 4. tom. 2.

3 *Pia quædam Poemata*, ac Theologica, Odæque Sacræ diverso carminum genere conscriptæ; quibus etiam accesserunt nonnulli aliorum quorundam Illustrium Monachorum Casinensium hymni, non indocti illi quidem, nec invenusti, collecti ex exemplaribus partim Latinis literis, partim Longobardicis exaratis. Romæ apud eundem Zanettum anno 1590. tom. 3. Opus egregium, in quo ipsius Prosperi, hæc sunt. 1. *De Theophania* l. 1. carmine elego. 2. *Plurima Carmina* diversi Generis in Deiparam Virginem. 3. *Martyrium S. Virginis Febroniæ Ascetriæ*: carmine anapestico. 4. *Martyrium S. Virginis Barbaræ*, carmine Sapphico. 5. *Quædam in Salvatorem*.

Plura in Petrum, & Paulum Apostolos, & in alios Sanctos, & Angelos; Hæc sunt Martinenghi, reliqua aliorum Illustrium Casinensium videlicet * 1. Alphani Archiepiscopi Salernitani, prius Monachi Casinensis. 2. Gregorii Cortesii Cardinalis. 3. Joannis Mariæ Cardarivæ. 4. Eusebii Valentini. 5. Joannis Evangelistæ Mormilii. 6. Constantii Pasolini. De quibus singulis, suis locis in 1. parte nos egimus.

* Hic Floruit ante Congreg. nostr. Reliqui post eius unionem.

4 *Ad Xistum V. Pontificem Max. Carmen heroicum* Encomiasticum impressum Romæ anno 1587. in 4. est parvum opusculum. Post reditum autem in Patriam scripsit lingua Italica aliud opus, cui titulum dedit.

5 *Le Bellezze dell' Huomo conoscitor di se stesso*, discorsi cavati dalle Lezioni di Platone. Arnol. Wion loco mox citando affirmat, se habuisse „ ejusdem Prosperi alium. 6. *Hymnum Græcolatinum* ms. de Sancta Barbara in gratiam Sereniss. Gulielmi Ducis Mantuæ compositum.

In

In Bibliot. Monasterii S. Euphemiæ inter cætera Græca mss. asservatur volumen in fol. hujusce tituli.

Castigationes in Theophilacti versionem Latinam, congestæ ex Græci Exemplaris collatione, per Prosperum Brixianum Monachum *Casinensem*; in hoc opere Prosper corrigit Latinam Theophilacti versionem, indicans loca, in quibus Interpres vel Græcæ linguæ ignoratione, vel suapte sponte à Græco textu recedit. Incipit ab Evangelio S. Matthæi, & prosequitur usque ad Evangelium S. Joan; docens qua ratione Latina versio ad fidem Græci textus restitui debeat, addens etiam causas, & momenta, (idque reconditâ semper, profundâque doctrinâ,) cur ita potius legi debeat, quam quod ab illo Interprete editum fuit.

In eadem S. Euphemiæ Bibliotec; extant ejusdem Martinenghi mss. Odæ tres Pindaricæ Græcâ Linguâ, admodum pulchræ & elegantes, quarum prima est in laudem Hieronymi Columnæ; 2. Cardin. Commendonij 3. Io; Delphini Episcopi Torcellani: quæ quidem inter ejus Poemata tum Græca, tum Latina impressa Romæ 1590. apud Zannettum minime reperiuntur; an vero alibi impressæ sint, incompertum habeo. In Bibliotheca Ambrosiana Mediolani inter Græca mss. extant *Prosperi Martinenghi* aliquot opuscula. In lib. cui titulus *Farrago Carminum* Davidis Podavinii Brixien; in Sanctissimã Sindonem Augustæ Taurinorum asservatam, impresso Brixiæ apud Vincentium de Sabbio 1584. leguntur tria Epigrammata Prosperi Martinenghi, duo nempe Latina, tertium Græcum in Latinum translatum. In Catalogo Librorum Bibliothecæ Collegii Gregoriani de Vrbe à Costantino Cajetano olim excitati, qui Catalogus extat in Archivo Procurat. General. Casinens. in ædibus Sancti Calisti, sic legitur, *Carmina Prosperi Martinenghi* R; 2. 24.

Quod autem paulo ante diximus, à Prospero Martinengho Romam accersito, correctionem, & emendationem Operum Sanctorum Hieronymi, Chrysostomi, & Theophilacti, Græcorumque Bibliorum veteris, ac novi Testamenti fuisse adornatam, ita est intelligendum, ut non a solo Martinengho ea tacta fuerit, sed à pluribus etiam aliis selectis Congregationis nostræ Monachis, liberalibus disciplinis, linguarumque peritia instructissimis (collatis in unum studiis) idẽ egregium opus perfectum sit, ut fuse dictum est par. 1. pag. 215. & seq. in Io: Baptista Folenga; At vero Prospero veluti omnium, in linguâ præsertim Græcâ doctissimo, primas illius Operis dandas nemo negaverit.

Laudatur Martinenghus impense ab Arnol. Wione Lig. Vit. l. 2. cap. 75. pag. 453. ubi eum vocat alterum sui temporis Homerum, & in Latina, Græca, Hebræaque lingua exercitatissimum, piissimum quoque in Beatã Virginẽ; a cujus tamen laudibus se abstinere consultò dicit, ne adulari rebus propriis videatur; & lib. 3. pag. 21. ad 15. Ian; Poetam appellat sui temporis, & nostri Ordinis clarissimum; Ex eodem vero Arnold. cognoscimus Prosperum *antea*, idest in sæculo, Titum vocatum fuisse. A Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 461. à tergo, ubi asserit, eum virtutibus ornatissimum, ac celeberrimum orbi Luterario admirationi fuisse, atque ob egregias, ac singulares dotes plurimum decoris, & ornamenti Monastico Ordini attulisse, ejusque lucubrationes à Petro Victoria maximi fuisse factas; &c. A Hieron. Ghilino in Theatr. Virorum Literatorum tom. 1. pag. 215. ubi celebrat ejus mirabile ingenium, in Græcis, Hebraicis, Latinisque literis, ac in omnibus Scientiis profundam, vastamque doctrinam, ab eruditis omnibus plurimum commendatã; accersitumque eum Romam narrat ob causam supra relatam; obiisse denique in ultima senectute &c. Ab Anton. Poss. in App. Sacro pag. 313. col. 2. Ab Hilario * *Bologna* in magna Panegyrica oratione D. Benedicti, & ejus Ordinis, Impressa Venetiis anno 1656. ubi vocatur

* De eo supra Lit. H.

* De eo supra Lit. D.

catur *Insubriæ Homerus*. A Casimiro Oudin in *Supplemento de Scriptoribus Ecclesiasticis* a Bellarmino omissis edito Parisiis anno 1686. A Dionisio * Fauchetio præclara Ode, quæ legitur in principio Theotocodiæ, & sic incipit.
„ *Sunt qui Te titulis Patrum Superbis*, &c. iterumque pereleganti Ecloga, quam ad eum scripsit, *de desolatione Monasterii Lirinensis, & de extrusione Monachorum*, quæ incipit „ *Die rogo cur solito mihi tristior esse videris*. „ Legitur in 2. parte Chronol. Lirinensis Vincentii Barralis pagin. 458. & seqq. Ab Angelo * Sangrino celebri Elegia in laudem ejusdem Theotocodiæ, quę incipit. „ *Prosper ave te felicem cano vere Poetam*, *Virginis* &c. Hanc autem Elegiam Sangrinus nuncupavit *Sylvam ad R. P. Prosperum Martinenghum*.„

* De eo supra Lit. A.

Ab Andrea Cato Bergomate, Lyrico carmine, & a Domitio Legivio Veneto, Carmine heroico, quæ Carmina leguntur in principio Theotocodiæ. Initio vero libri *diversorum Poematum* leguntur varia Epigrammata, aliaque Græca Carmina aliquot recentiorum Græcorum in laudem Martinenghi; Qui adhuc laudatur à Laur. Crasso in *Hist. Poetarum Græcorum* pag. 522., ubi eadem, quæ Ghilinus, aliique de eo dicunt, diserte confirmat, addens acceptissimum eum fuisse Xisto V., quem laudavit &c. Ab Equite Prospero Mandosio in libro ms. apud ipsum, cui titulum dedit. *Homonyma Prosperiana*, seu Virorum Illustriū, qui *Prosperi nominantur*, Liber singularis. Ab Hipp. Marrac. in Bibl. Mariana par, 2. pag. 310. & seqq. ubi singula opera Martinenghi in laudem Deiparæ diligenter enumerat, inter eaque Hymnum in honorem ejusdem magna ex parte ex Græco expressum, carmine heroico. *In laudem Montis* Deiparæ Virgini dicati; Epicedium carmine elego. Hic ille est mons supra Bononiam, ubi Prosperum aliquandiu habitasse supra retulimus. *In laudem ejusdem*, Ode carmine Gliconio. *Monile diversorum* Epigrammatum eidem Reginæ Virgini dicatum. *Salutationem Angelicam* ad prædictam carmine heroico &c. Ab Octavio de Rubeis in lib. *Memorie Bresciane* edito anno 1626. pag. 17. his verbis, Tito Martinengo, dopo che si vestì Monaco in S. Eufemia fu nominato *Prospero* Novo „ nome proprio delle sue prospere virtù. Io posso di lui testificare per buona pra„ tica molte opere sue, perche appena ero uscito dalla fanciulezza, ch' egli „ humanamente si compiacque d' essermi Maestro nelle lettere Greche; ed ho an„ cor fissa nella mente una chiara sentenza, ch' egli volse, ch' io imparassi a „ mente il primo giorno, ch' io fui da lui, la quale è questa *Altior gradus in Cœlis, culmenque sublimius datur iis, qui majori virtute pollent, cæterisque qui integritate vitæ, ac pietate præstant, & antecellunt*. Cavava infiniti concetti il buon Vec„ chio da tali parole, & con sentimenti divini mi si faceva ritratto esemplare di „ dottissima virtù Christiana. Era d' animo gioviale, ed adornato di certe honesti„ ssime argutie, che gratiosamente condivano i suoi proprii costumi, e quelle di „ que' pochi huomini da bene, che praticavano con lui. Osservai bene spesso, „ che mentre egli usciva dal Coro, portava certi Splendori nella fronte, che mi „ accrescevano in infinito la riverenza, e la divozione verso di lui. I suoi libri, „ doppo i Sacri erano Seneca, e Platone, è nell' opere Platoniche egli haveva fat„ ti diversi bellissimi discorsi, intitolandoli, *Le bellezze dell' Huomo conoscitor di di se stesso*. Non era alcuno, che se gli potesse di gran lunga aggoagliare nella „ perfetta cognitione de libri Greci, e perciò nel Ponteficato di Pio IV. fu chia„ mato à Roma dal' Collegio de Cardinali, e gli diedero cura di rivedere, e di „ correggere tutte l' opere di S. Girolamo, che poscia, da lui corrette, furono „ stampate da Pavolo Manutio, d' indi corresse ancora i libri di S. Gio: Crisostomo „ e di Teofilatto, & à richiesta del Card. Antonio Caraffa, la Bibbia Greca di „ Roma; tutte queste furono fatiche quasi incredibili, e nondimeno cosa alcuna.

gia

„ giamai non richiese; anzi havendo una volta presentito, che Pio V. voleva
„ conferirgli alcune utilissime dignità per tirarlo à gradi supremi, egli da per se
„ stesso suggerì, vehemente à se stesso, che sotto pretesto d' infirmità, dovesse
„ fuggirsene dalla liberalità del Pontefice; e venne à Brescia non con altro premio,
„ che con quello della Pontificia beneditione. La Poesia sacra comprendeva tut-
„ tò il suo genio, si leggono perciò i suoi Inni, che in un giusto volume intitolato
„ *Teotocodia* sono tanti, quanti furono gli anni, che visse in terra la Vergine Ma-
„ dre. Et oltre di ciò habbiamo due altri volumi di altre maniere di versi, che tut-
„ ti ridondano di armoniosissima divinità. Chiuse gli occhi in pace in età decrepi-
„ ta in Brescia nel suo Monasterio l'an. 1594. a 6. d' Ottobre suavemente spirando
„ l'ultimo fiato in grembo à Lucillo Martinengo de Conti di Barco Monaco dell'
„ istess' Ordine, e Poeta Italiano, che fece stampare diversi Poemi, & in parti-
„ colare la Vita di Nostra Signora, è quella di S. Pelagia. „ Ab Octavio Ferrari in lib. cui titulus, *Origo, & Stemma Gentis Martinenghæ* Patavii 1671 apud Frambottum pag. 37. ad an. 1560. A Leonardo Cozzando Biblioth. Brixianæ par. 1. secundæ Editionis, Brixiæ 1694. pag. 196. qui duo Scriptores eadem fere, quæ Rubeus, repetunt. A Ludovico Moreri, *Grand' Dictionaire Historique* tom. 3. editionis Amstelodami anno 1698. pag. 461. Nuperrime à Felice Egger in Idea Ord. Hier. Ben. lib. 2. par. 3. dissert. 8. num. 2. pag. 523. ubi vocatur *Nostri temporis Homerus*; In Regesto ms. pag. 160. à tergo dicitur, *Alter Homerus sui temporis, eximius in literis Græcis, & Hebraicis, multa composuit, obiit* 1594.

Julii Roscii Hortini ad Prosperum Martinengum.

Græcia docta suum poscit Te colle Quirini
Prosper, *te repetit Martia Roma suum.*
Utraque conclamat, Grajæ Facundia linguæ
Hinc fluit, hinc Latium dulcius eloquium;
Cedite Pallas ait, par sit victoria, Roma
Vindicat hunc merito, Græcia & ipsa sibi.

Ad eundem in ipsa Tyberis exundatione III. Id. Nov. 1589.

Nos premit exundans Tyberinus vallibus imis
Et replet effusa limina nostra lacu
His Te naufragiis Prosper, *domus alta Quirini*
Eripit eterna nobilitata manu.
Sic tibi concessum Pindi requiescere in umbra,
Et sacrum Aonio vertice ferre pedem
Unde sonas plectro, quæ nec dat Pindarus aureo,
Mæonius docto, nec Pater ore canit.

Leguntur in principio prædictorum Operum Martinenghi.

PROSPER MAZZI Mutinensis Prior Titularis dedit operam humanis literis, & Sacræ Poesi circa an. 1680. ejus legitur satis longa, & valde elegans *Ode Italica* quarto Rithmo, cum hoc titulo *Maria coronata dalla gratitudine del Mondo redento*, incipit

Mentre succhiò già pargoletto il Mondo
Dalle poppe innocenti il puro latte
Giraro astri benigni; è o veglie intatte
Sciolse di Grazia il Ciel nembo fecondo &c.

Est impressa Regii * Lepidi apud Prosperum Vedrottum anno 1674. in libro inscripto, *Corona di Fiori Poetici à gloria della Vergine Trionfante*; quem librum vidi Romæ in Miscellaneis variarum Poeseon ab Equite Prospero Mandosio collectis tom. 3. opusc. 19.

* Regio di Modena.

X PROS-

PROSPER PHANELLUS Calaber à Rocca Bertranda, Neapoli in S. Severino asceticam vitam auspicatus est an. 1542. die 8. Decemb. Enituit sacra non minus doctrinâ, quam singulari pietate, quâ ductus scripsit

1 *Colloquium Christi, Moysis, & Eliæ* habitum in monte Thabor l. 1. cujus colloquii Prosper *Conjectorem* se appellat. Et 2. *Hymnum in honorem B. Virginis* excerptum ex nonnullis Scripturæ locis, & luculentis Scholiis illustratum l. 1. Quæ unico clausa volumine impressa sunt Neapoli apud Horatium Salvianum, & Cæsarem Cæsaris an. 1585. in 8. 3. *Centrum Spiritualis Fabricæ* l. 1. qui non dum excusus fuerat tempore Arnoldi Wionis, sed conservabatur apud Authorem, teste eodem. 4. *Epistolam in qua tractat* controversiam, An Christus Dominus in Cæna Emauntina benedicens panem usus sit signo Crucis, quam negando resolvit. Eam ms. vidit olim Romæ in Bibliotheca Barberina Jo: Mabillonius, cum Romam, Italiamque perlustraret, ut ipse mihi retulit, literisque postea consignavit in suo Musæo Italico tom. 1. par. 1. pag. 133. extat etiam ms. in Biblioth. Romanæ Sapientiæ in 2. tomo Miscellaneorum Sacrorum Constant. Cajet. pag. 360. item 5. *Dialogos* xix. de Locis Propheticis in Evangelio citatis, quorum prima pars inscribitur, *Vindemia Puteolanæ*. Secunda verò, *Vindemiæ Surrentinæ*, quorum Interloquutores esse voluit R. P. D. Joan: Evangelistã * ab Aversâ Abbatẽ, D. Andream à Cilento, & D. Bernardum Ferrajolum à Neapoli. Sed prima pars est deperdita. Secunda extat. ms. in Biblioth. S. Severini Neapolis.

* De eo par. 1. Lit. I.

De eo prælaudatus Arnold. Lign. Vit. l. 2. c. 75. pag. 454. Leonardus Nicodemus in Addition. ad Biblioth. Neap. Nicolai Toppii pag. 215. col. 1. In Regesto ms. pag. 110. à tergo in margine, *Vir doctus, & pius multa scripsit*.

PROSPER QVARAGNA Neapolitanus, Professus est Regulam nostram in Monasterio S. Laurentii de Aversa anno 1609. die 2. Julii, ubi postea Decanus, & Tyronum Magister fuit. In Cœnobio autem Castrovillarum in Calabria, & Cajetæ in Campania OEconomum, seu ut dicimus, Cellerarium egit. Creatus dein' Prior S. Mariæ Miraculorum Andriæ in Apulia, haud ita multo post quietis studio, ac perfectioris vitæ amore ei muneri nuncium remisit, Abbatis titulo in posterum contentus. scripsit

1 *Fasti Benedettini*; overo lo Splendore del nome Monastico; Opus tribus tomis in fol. distinctum; in quo vita alicujus Sancti ex Ordine D. Benedicti pro quolibet anni die Italico Sermone describitur; quod licet simplici quidem sermone, ac stylo fiat, magnam tamen Authoris Pietatem, ac Religionem ostendit.

2 *Sylvam variorum conceptuum*, & rerum notabilium ex SS. Patribus, & aliis Authoribus tam sacris, quam profanis excerptorum, Latino æque, ac Italico sermone descriptam; in fol. pagg. 332. Opus magni laboris, sed ad limam minime perductum. Extant omnia mss. in Tabulario prædicti Cœnobii S. Laurentii Aversæ.

PROSPER VALLISNIERI Regii Lepidi nobili familia natus, Romæ apud S. Paulum vota Monastica emisit an. 1515. die 3. Junii, Celebris fuit non solum Philosophicâ Scientiâ, sed etiam Theologicâ facultate, sacrarumque Literarum peritiâ. Merito igitur ad Abbatis dignitatem evectus, præcipua Congregationis Monasteria laudabiliter gubernavit, Sancti Pauli nempe de Vrbe, S. Benedicti Ferrariæ, bisque S. Prosperi Regiensis, anno scilicet 1543. & 1550. ut monumenta ejusdem Cœnobii ostendunt; Cum enim Congreagationis nostræ leges, ne Abbates ultra sexennium uni, eidemque Monasterio præsint, diserte prohibeant, constat Prosperum secundâ vice, purgata nimirum mora, S. Petri Regiensis Abbatem fuisse. Inter ejus lucubrationes insigniores hæ sunt.

1 Tra-

1 *Tractatus de immortalitate* animæ, Romæ compositus. l. 1. ad Augustinum quendam: incipit ,, Aurelius Augustinus.

2 *Commentaria in Lib: suum* l. 1. extabant olim hi duo libri mss. apud Constantinum Cajetanum teste Arnoldo.

3 *Digressio ex Tractatu* de Immortalitate animæ; in qua Deus, contra Aristotelem, omnium rerum Conditor ostenditur, & Creator; deinde contra eundem disputatur, quod Cœlum nullas admittit dimensiones sui respectu, præterquam sphericas, & naturales, quodque Cœlum nullo modo sit *Animal*, aut animatum, sed magis *Animalia* sint, & Bruta, & ratione carentia, quicunque hæc portenta in natura, præter omnes ejus leges, & ordines, comminiscantur, & fingant; Est liber in 4. ms. eleganti sermone, ac pulcherrimo charactere conscriptus, Paulo IV. Pontifici Max. dicatus cum hac inscriptione.
,, Divo *Paulo* IV. Christianorum Pontificum Maximo, Summoque in omni vir-
,, tutum, & disciplinarum liberalium genere Principi; Prosper Regiensis Ab-
,, bas post debitam servitutem, & beatorum pedum sacra oscula S. P. D. In
,, Epistola autem inter cætera hæc habet: Ut transeam, quod tuam Beatitu-
,, dinem à nostris non abhorrere lucubrationibus, sint indicio ab ea olim quæ-
,, siti nostri. 4. *In * Cajetanum de Evæ conditione*, tractatus; & ut traden-
,, ti mihi dixit, chare habiti, & ut hinc coniicio, non inhonestum locum
,, in tua Bibliotheca sortiti. ,, Extat liber hic, nempe, *Digressio &c.* in Archivo S. Petri Regiensis à me visus, & lectus ibidem anno 1709. Ubi autem nunc reperiantur Tractatus isti in Cajetanum, mihi est incompertum. Venetiis quidem in Bibliotheca S. Georgii Majoris extat *Prosperi Abbatis S. Pauli de Urbe*. 5. *De Justificatione* tom. 1. in 4. quem vidi ibidem anno 1718.

* Thomam scilicet de Vio Cardinalem.

De eo Arn. Wion Lign. Vit. lib. 2. c. 75. pag. 453. ubi dicit *Tractatum de immortalitate animæ, & Commentaria in librum suum* extitisse mss. apud Constantinum Cajetanum. Ant. Pos. Appar. Sacr. tom. 2. In nostris Regestis pag. 47. *Abbas doctè scripsit de immortalitate animæ*.

R

* S. Casciano olim ad *Casas Casarianas*.

RAPHAEL CASTRUCCIUS à Sancto * Cassiano, quod Oppidum est octo millia passuum à Florentina Vrbe distans Senas versus, in qua apud Cœnobium S. Mariæ Monachus effectus est anno 1524. die 15. Augusti; indeque Prior Casini, Aretii, itemque Florentiæ, mox sponte dignitate se abdicans, Abbas Titularis S. Juliani *de Aleprio* renunciatus fuit anno 1557. Floruit non tantum sacris, humanisque literis, ac Juris utriusque scientia, ob quam Doctoris lauream obtinuit, sed etiam studio, ac zelo salutis animarum, in qua assidue verbo, & exemplo procuranda, cum ad ultimum usque vitæ spiritum plurimam impendisset operam, meritis, ac virtutibus plenus, ad æterna præmia percipienda, (ut sperare æquum est) feliciter migravit Florentiæ anno 1574. die 11. Aprilis a monastica Professione anno 51. haud parvo Florentinæ Civitatis mærore, ac luctu. relictis Posteritati variis ingenii sui monumentis, quæ hisce titulis distinguuntur.

1 *Harmonia del vecchio, e novo Testamento*, In Venetia appresso Bologuini, & Altieri an. 1570. in 4. 2. *Della verità del Corpo di Giesù Christo* nell' Eucharistia. 3. *Molti Sermoni di varii Santi* tradotti in lingua Toscana; libri due.
4. *Il doppio Martirio di S. Cipriano* tradotto in lingua Toscana; item Latine
5. *Vita Benedicti Bonsignorii Abbatis*, de quo * supra lit. B. pag. 80. & aliæ quædam mss.

Agunt de eo *Arn.* Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 76. pag. 455. Michael Pocc. in Catal. Script. Florent. pag. 155. ubi eum summis laudibus extollit „ Virum religione devotum, ingenio clarum, affectu sincerum, moribus gravem, eloquio dulcem, conversatione affabilem, exemplo fulgidum, & in humanis, & sacris literis plurimum exercitatum, pium, & Catholicum scriptorem„ appellans. „ Petrus Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 458. à tergo, ubi narrat Castruccium nulli amplius rei, multo ante obitum tempore, præterquam pietatis operibus, & Fidelium Confessionibus audiendis vacare voluisse, insigni Pænitentium utilitate, & animarum fructu, ac lucro. Placid. Pucc. in Chron. Abb. Florent. pag. 138. ubi J. V. Doctorem, Poetam, Oratorem, & etiam optimum Juventutis educatorem eum fuisse testatur, iterumque in App. Historico de Illustribus Abb. Florent: Viris pag. 38. ubi fere eadem repetit; multis etiam commendatur in Necrol. Monach. Abb. Florent. pag. 37.

RAPHAEL PLACENTINUS inter D. Benedicti de Mantua regulares alumnos receptus anno 1477. die 29. Junii, poeticâ arte haud mediocriter præstitis, uti testatur,

1 *Armenidorum Libri decem*, in quibus heroico carmine describit Vitam, ac Gesta S. Symeonis Armeni, in eodem S. Benedicti Mantuani Cœnobio quiescentis, qui ex *Armenia* in Italiam veniens, & ex Monacho S. Basilii, in Monasterio Mantuano D. Benedicti Instituti sectator factus, ibidem ad obitum usque sanctissime vixit, incipiunt

Non ego Dardanios, statui cantare labores
Callida non Ithaci facta referre Ducis. *Desinunt*.
Fata manent suprema Sago, vix pauca refeci
Hæc Symeon mecum, dic precor. Euge veni.

im-

Impressi sunt Cremonæ an. 1518. in 8. per Franciscum Richardum de Luere, una cum aliis ejusdem Opusculis vario carminis genere exaratis nempe; 2. *Scenis quatuor*, Interloquutoribus *Raphaele*, *& Philodema*. 3. *Polisticorum* * l. 1. 4. *Epigrammatum* lib. 3. ubi notatu digna sunt duo, primum, & secundum, ex quibus apparet *Armenidorum* lib. x. incendio fuisse primùm consumptos, ac deinde iterum à Raphaele compositos. En primum

* Multitudinis Carminum.

Ad Cipicum Famæ-Augustę-Pontificem.

Devoveat totis, quis non modo viribus ignem?
Qua mea, clam Dominum, disperit Armenias.
Armenias labor annorum mihi quatuor; heu quam
Impia mens hominis, quam scelerata manus;
Ocia sed melior nescit manus, alta licet non
Audeat; hanc frugi sic monefecit Apis.

Secundum, Ad librum perditum.

Quidquid aga, quidquidque loquor; quocumque movet se
Pes, heu cara tui sum memor Armenias
Quod faciat nil pejus habet Cocytia pestis
Hac quoque livor edax, si redit, esuriet.
Livor edax, qui mille ausus quater urere versus
Ex tanta modicos reddere te cineres
Est illi Phlegeton repetendus, ab aere nostra
In diram faciet Cipicus ire Crucem
Hæc sancto modo pauca sinu servanda reponas
Cui potiora tamen dona repente dabo,
Lex licet ad nos sit nihil ex Styge posse reverti
Quid melior possit mens tamen experiar
Christus adest, animusque, Fides movet astra; Mens jam
Fertile Rus Symeon pulsì; Epigramma vale.

Eadem opera extat etiam mss. in Bibliotheca S. Benedicti Mantuani in 4. optimo charactere, additis ad marginem pluribus Scholiis, quæ in impressis desiderantur; quare in fine primæ paginę sic legitur „ *In hoc volumine multa sunt, & non ut postea in impressis* „

Fabiani Publii Mantuani in Raphaelis Placentini Armeniadem; Endecasyllabum, quod legitur in principio ejusdem Armeniadis ms.

Plausu Candide digna, Lector, Ætas
Entandem, Rosa, quæ decore multo
Pæstanas superat, Tymumque odore
Mentam, Lilia, & omne Apis libenter
Quod per Tessala mel datura libat
Tempe; quam manibus puer tenellis
Illæsus, probuloque carpat ungue.
Non quippe est truce septa senticeto
Lasciva neque posse sub papyro
Castam credita delitere vitam
Hæc cum sit probitatis orta Vere
Probatique viri sacris viretis
Cælestes sapit, unde venit, hortos.

Meminerunt Raphaelis Placentini Merlinus Coccajus, id est Theophilus Folengus, in Maccharonea 25., & ultima, prope finem, ubi celebriores sui ævi Poetas commemorans; unico versiculo de Raphaele Placentino, *edidit* (inquit) *Armenidem, nec qui sub veste cuculli &c.* Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 76. pag. 455. Symeon Baschiera, (de quo mox *) in vita ejusdem S. Symeonis, quam imprimendam curavit Mantuæ his verbis „ *Agit de eo* (Symeone) *Raphael Placentinus de Familia ejusdem Cœnobii, per totum volumen Armenidorum*. Angelicus Aprosius in libro cui titulum fecit *La Grillaja* pag. 473. Grillo 41. ubi dicit, asservari in Biblioth. Aprosiana unum ex Poematibus *Raphaelis Pla-*

* De eo supra Lit. S.

Placentini, ex quo transcribit lepidissimum, & curiosissimum Epigramma in quendam Causidicum nomine *Umbra*.

RODULPHUS CAVENSIS Scriptor, Vide Alexander Rodolphus.

ROMANUS SINCERUS natione Siculus de Politio, *S.* Martini de Scalis prope Panormum Asceta evasit anno 1559. die 2. Februarii, qui deinde ob præstantem doctrinam, ac spectabilem probitatem creatus Prior Cœnobii Montis Regalis, mox Abbas ejusdem Sancti *M*artini, Sancti Laurentii de *A*versa, aliorumque Monasteriorum, tum intra, tum extra Siciliam, ubique, ut pietas æquè, ac literæ florerent, effecit; demumque Aversæ anno 1590. Mense Octobri naturæ debitum solvit ibidem tumulatus. *Ad* illustranda vero Cœnobia, quæ moderatus est, magno labore, ac diligentia eorumdem Historias accurate conscripsit; sunt autem numero tres, videlicet,

1 *Historia Monasterii S. Martini de Panormo*; cujus Historię meminit Vincentius Coronellus in Bibliotheca Universali tit. 1. num. 862. pag. 179.

2 *Historia Monasterii S. Nicolai de Arenis Catanensis*, 3. *Historia Monasterii Sanctæ Mariæ de Monte Regali*, Quæ omnia mss. asservari in iisdem Cœnobiis auctor est Arn. Wion. Lign. Vit. par. 1. l. 2. cap. 16. pag. 458. ubi de eo agit. Sicut etiam de eo agunt Plac. Pucc. in *Nomencl. Abb.* pag. 38. Ant. Poss. *in App. Sacr.* tom. 2. pag. 164. Petrus Ant. Torn. *de Scriptoribus Marianis* pag. 133. Franciscus Augustinus *in Historia Chronologica* S. R. E. Cardinalium pag. 27. Roccus Pyrrhus lib. 4. Siciliæ Sacræ pag. 199. Hippol. Marr. *Biblioth. Marian.* part. 2. pag. 342. Ant. Mong. *Bibliot. Siculæ* par 2. pag. 208. ubi *cum pietate, & doctrina æque illustrem appellat*; In nostris Regest. pag. 250. in margine; *Vir magnæ pietatis; & doctrinæ aliqua scripsit*.

ROMUALDUS RIBERA à Neapoli familia tamen ex Hispania oriunda, in S. Severino ejusdem Urbis Monastica vota emisit anno 1666. die 18. Junii Vir probus, ac diligens primò egit Tyronum Magistrum, mox Priorem claustralem in eodem S. Severino, & postmodum Perusiæ in Monasterio S. Petri anno 1707. ubi tunc eum vidi cum illàc Forosempronium versus ad concionandum in Ecclesia Cathedrali Quadragesimæ tempore pertransirem, *A*t in reditu, ibidem morientem comperi, & valde dolui; Erat enim Vir amabilis, & suavibus, honestisque moribus ornatus; Cum Tyronum esset Magister, composuit, seu potius annotavit ea omnia, quæ ad absolutam non modo Novitiorum, sed Magistrorum etiam institutionem necessaria sunt, vel utilia, hac inscriptione præfixa.

Annotationi fatte alla giornata dal P. D. Romualdo Ribera da Napoli Maestro de Novitij, per la buona direzzione de Novizii medemi con altri ricordi necessarii per il P. Maestro protempore, fatte l'an. 1681. est liber ms. in 4. apud. D. Augustinum Odoardi à Neapoli eiusdem S. Severini Alumnum * nunc Episcopum *Capacell* in Principatu citeriori Regni Neapolitani, quæ Civitas olim dicebatur *Caputaquæum in Lucania*.

* An. 1724.

ROMUALDUS RICCOBALDI qui scripsit satis acriter

Apologia del Diario Italico del P. D. Bernardo Montfaucon Monaco della Congregatione di S. *M*auro, contro le osservazioni del Sig. Francesco Ficoroni, In Venetia per *A*ntonio Bortolo 1710. qui quidem liber quamvis valde eruditus, dignusque *curiositate, & attentione doctorum Virorum*, ut asserunt Authores Ephemeridum Literatorum Italiæ ejusdem anni 1710. tom. 2. in fine, ob nimiam tamen in Ficoronum acrimoniam, & mordacitatem, prohibitus fuit.

Hic inquam Romualdus Riccobaldi, gratis omnino dicitur in fronte libri *Monachus Casinensis*, cum revera ejus Author fuerit Paulus Alexander Maffejus Vollaterranus, Eques S. Stephani, ob singularem eruditionem, ac Opera typis

typis vulgata satis celebris, qui obiit Romæ anno 1716. mense Julio. Patri autem D. Guilielmo Gallo Monachorum S. Mauri in Vrbe Procuratori Generali, quorum impensis editus fuit liber, visum est, nomen confictum Casinensis Monachi illi apponere, honoris, ut opinior, gratia. Pro qua re debitas licet grates ei referamus, veritatem tamen ingenue patefacere hic æquum duximus.

ROMVALDVS SERRA à Cesena, ibidem in Monasterio S. Mariæ de Monte nostræ Regulæ jugum subiit an. 1704. die 30. *Maji*. ubi etiam nunc commoratur, Decani, & Procuratoris officio fungens, & Bibliothecæ Præfectus: Ostendit autem eximium erga suum Cœnobium amorem, cum totus sit in illustrandis ejusdem tum antiquis, tum recentioribus monumentis, composito Opere admodum utili, cui hunc titulum præfixit.

Catalogus Chronologicus omnium Abbatum, simulque omnium Scripturarum, Privilegiorum, cæterorumque Instrumentorum, quæ in Archivo S. Mariæ de Monte Cæsenæ reperiuntur, quorum transumpta recto ordine disponuntur; additis Notis Chronologicis, & Historicis, ad idem Monasterium spectantibus.

Exorditur autem suum Opus ab anno 1059. quo Nicolaus Secundus Summus Pontifex amplissimo Diplomate Monasterium illud ditavit; perduxitque hactenus usque ad an. 1500. Præmittit Dissertationem, qua probare nititur idem Cænobium anno 934. à S. Mauro ex Abbate Ordinis nostri Episcopo Cæsenatensi, Joannis XI. Papæ Sororis filio, ut S. Petrus Damianus tradit tom. 2. pag. 222. juxta edit: Romanam anni 1608. à Constantino Cajetano adornatam, In vita ejusdem S. Mauri n. 3. l. E. conditum fuisse. Vtitur vero hac prorsus methodo: Primo loco Abbatis nomen, sub quo Instrumentum illud confectum fuit, ponit; deinde Pontificis Maximi, & Imperatoris eo tempore viventium, nomina, & annos collocat: Compendium denique, vel Summarium ejusdem Instrumenti texit. In margine autem Christi Domini annum, tum Indictionem, & diem, quo Instrumentum illud celebratum fuit, explicat: Notitias demum historicas, quas quidem invenire potuit, quæ rem prædicti Monasterii concernunt, subjungit. Vide nostra Analecta L. R.

Vtinam plures essent in nostris Monasteriis, qui hujusmodi studia pari diligentia prosequerentur, quæ quidem variis in Cœnobiis inchoata, in aliis perfecta jam sunt, in aliis autem adhuc desiderantur; his enim summa utilitas, & decus iisdem Monasteriis paratur, seu potius saltem ex parte restituitur.

RVTILIVS VIGNOLA, vide in fine primæ partis Attilius Vignola.

S

SALVATOR CREMONENSIS Monachus Congregationis nostræ, floruit in ipso nostræ ejusdem Congregationis principio; scripsit

Philosophiam, mihi quidem nomine tenus, sicut & Authorem notam; Franciscus quidem Arisius in sua Cremona Literata tom. 3. pag. 221. meminit *Salvatoris Cremonensis* Monachi Casinensis, quem asserit studiis Philosophicis illuxisse, scripsisse Philosophica, & alia quædam in Aristotelem Commentaria, sed mox subdit „ Hanc mihi transmisit notitiam amicus meus ingeniosissimus D. „ Guido * Grandus Camaldulensis degens in Urbe in ædibus S. Gregorii, ipsi qui- „ dem communicatam ab eruditissimo viro, & undequaque spectatissimo Stefano „ * Ekenot, Gallorum Monachorum Romæ Procuratore Generali, qui ipsam „ extraxit ex ms. Codice suæ Bibliothecæ, in quo reperitur Catalogus Scriptorum „ Congregationis Casinensis. *

* Publicus nūc in Pisano Gymnasio Matheseos Professor.

* Mauro Ethienot id est Stephanotio.

* Quem tamen Catalogum, tunc quidem satis brevem, ego ipse olim Stephanotio concesseram.

SALVATOR Patria Cremensis, quæ est Venetæ ditionis Civitas, professus est Monasticum institutum Parmæ in Cœnobio Sancti Jo; Evang. an. 1560. die 25. Martii; scripsit librum cui titulum dedit

Totius Philosophiæ Humanæ in Rationalem, Naturalem, & Moralem digestio, & earumdem partium luculentissima enucleatio, tribus libris consummatam notitiam maximè complectens, D. Salvatore Cremensi Monacho Ordin. S. Benedicti Congr. Casinensis, alias S. Justinæ de Patavio Authore, permissu adm. Rev. Patris Ambrosii de Brixia Abbatis S. Jo. Evang. Præsidisque Monasterii S. Alexandri Parmensis. Regii apud Flavium, & Flaminium Bartholos an. 1602. in 4. Quod opus Moniales prædictæ S. Alexandri, sibi, ut illæ asserunt in Epistola nuncupatoria, ab eodem D. Salvatore dono datum (quorum ipse Procurator, sive Oeconomus erat) imprimendum, & Cardinali Odoardo Farnesio dedicandum curarunt; Hunc librum vidi Bononiæ in Biblioth. S. Proculi an. 1717.

SEBASTIANUS à PLACENTIA in Cœnobio S. Sixti ejusdem Urbis Monachum professus est anno 1592. die 15. Augusti, ejus leguntur

Carmina nonnulla in laudem egregii Vatis Jo: Baptistæ Marini, in ejusdem Marini Opere, cui titulus *la Lira* par. 3. edita Venetiis anno 1646. pag. 355. & seq.

SERAPHINUS CANTONUS Mediolani natus, ibidem inter S. Simpliciani Ascetas receptus fuit anno 1580. die 21. Martii, Plurimum floruit Musica arte, excelluitque tam in pulsandis mira dulcedine organis, quam in exprimendis suavi harmonia Cantionibus quibuslibet, præsertim sacris, adeo ut Philippo Piccinello teste loco infra citando, nemo illum in ea facultate æquare potuerit; quam nihilominus optimis vitæ exemplis, ac probatissimis moribus dulciorem, gratioremque reddebat; fuit Organicus præfatæ Ecclesiæ S. Simpliciani haud parvo tempore. Opera autem, quæ in lucem protulit, hæc sunt,

1 *Canzonette à tre voci* In Milano 1588. 2. *Madrigaliorum quatuor vocum pars* 1 Venetiis anno 1592. 3. *Mottetti à cinque voci l.* 1. In Venetia 1596.
4 *Canzonette à 4. voci*. In Milano 1598. 5. *Sacræ Cantiones octo vocibus* cum partitura; Mediolani 1599. 6. *Vespri à versetti, è Falsi Bordoni* à cinque voci. In Milano 1602.

7. *Passi*

7. *Passi, Lamentazioni*, & altre cose per la Settimana Santa à 5. voci In Milano 1603. in 4. tom. 5. Apud Augustinum Iradatum. 8. *Fioretti à 5. voci l. 2.* con partitura. In Milano 1605. 9. *Basso continuo*, *Mottetti concertati l. 4.* à 2. 3. 4. e 5. voci. In Venezia 1625. per Bartolomeo Magni.

10 *Accademia Festevole* concertata a sei voci col Basso continuo; opera di Spirituale ricreazione, ornata de migliori ritratti de più famosi Musici di Europa, coll' andata all' Inferno, è al Paradiso, concerti di varii istrumenti &c. In Milano an. 1627. per Giorgio Rolla.

De eo agunt Arn. Wion Lign. Vit. par. 1. l. 2. c. 77. pag. 459. Angelus Gryllus in suis Epistolis Venetiis impressis an. 1612. apud Juntam, Ciottum, & Soc. pag. 710. scribit Epistolam ad Seraphinum Cantonum Mediolanum, eique Epistolam nuncupatoriã D. O. M. a se ejus rogatu compositam, ejusque sacræ Musicæ præfigendam, misit. Laudatus Philip. Piccin. in Athenæo Litter. Mediol. pag. 489. his prorsus verbis „ Ama la Filomela le solitudini, ma fra queste attende à formare dolcissima armonia, e non altrimenti D. Serafino Cantoni portatosi alle Monastiche ritiratezze di S. Benedetto, fece sovente risuonare il tempio di S. Simpliciano di quei dotti concerti, che fra i silentii della sua Religiosa celletta havea meditati, e disposti. In tal guisa non solamente gli occhi, che lo miravano, erano edificati da una bontà tutta esemplare, e si puol dire Angelica, mà gli orecchi intenti alle sue compositioni pareva, che restassero ricreati da una Serafica armonia; Diede alle stampe in Milano 1602. I Passi, le Lamentationi, & altre opere per la Settimana santa à 5. così eccellenti, che in simil materia nissuno ha potuto ugguagliarlo &c. „ Deinde alia ejus opera enumerat. In nostris Regest. mss. pag. 290. in margine *Musicus excellentissimus scripsit multa in eadem arte*.

SERAPHINUS CASULANUS, Pomponii filius, nobili genere Senis ortus, Florentiæ in Cœnobio Sanctæ Mariæ Monasticæ militiæ rudimenta posuit an. 1591. die 1. Septembris, expletoque Tyrocinio Patavium missus, sub celeberrimo Magistro Cæsare Cremonino Philosophiæ operam dedit, aliasque scientias tùm sacras, tam humanas, Mathematicas præsertim disciplinas, egregie didicit, linguis etiam, præter Latinam, Græcâ, & Hebraica haud leviter imbui voluit, & ex optimorum Authorum tam veterum, quam recentiorum assidua lectione, quæ illi in deliciis erat, eruditionis plurimum hausit. Florentiam reversus œconomicam curam sibi demandatam suscepit, eamque ingenti Cœnobii emolumento aliquot annis exercuit. In prædiis excolendis, & ædificiis instaurandis totus fuit; Novum prò Tyronibus domicilium extruxit, & per amplum Gymnasium, ubi nunc nobilis Bibliotheca visitur, ædificavit; quodque his omnibus præstantius est, & laude dignius, Hugonis Hetruriæ Principis, & Cœnobii Conditoris Colosseã statuam, media in area majoris Claustri erexit, insculpto sequenti elogio.

D. O. M.

HUGONI, Camertum, Spoletanorumque Duci, & Marchioni, Alberti Marchionis Filio, Abbatia Florentina Magnificentissimo, Pientissimoque Fundatori DCVI. à Morte anno Statuam erexit, Post honorarium monumentum, Post quotidianas Inferias, grati animi epidoxis Anno Domini MDCXVIII.

Anno autem 1624. Seraphinus creatus Abbas ejusdem Florentini Cœnobii nihil non egit, ut Templum, & Sacrarium pretiosa suppellectili omnis generis, variisque ornamentis ditaret; Ecclesiam, & Villam * Camporearum, quò Monachi relaxandi animi gratia aliquando ex Urbe secedunt, instauravit. Sed omnium præclarissimum opus fuit novum Templum Abbatiæ Florentinæ à funda-

* Delle Campore

mentis per Seraphinum erectum, pulcherrimæ structuræ, cum venustissima contignatione esquisitissimæ cęlaturæ, inter pręstantiora Florentinæ Vrbis ædificia merito numeratum, quod tamen Templum in inferiori parte minime est absolutum, sed hactenus dimidiatum tantum conspicitur. Præfuit Seraphinus Abbatiæ Florentinæ duabus vicibus, alterumque regimen an. 1636. auspicatus est; Fuit quoque Abbas Aretii, & Senarum, ac totius Congregationis Præses anno 1635. quo tempore mira Architectonices, qua pollebat peritia, ostendit Architectis modum facillimum elevandi a terra supra altissimam publici palatii turrim, quam Senenses *Del Mangia* dicunt, maximam æneam campanam, quæ diu in terra jacuerat, cum nullus anteà rationem eam sublevandi, supraque turrim collocandi invenire potuisset. Anno vero 1639, curarum omnium, quas diuturna Monasteriorum gubernatio in dies auget, omnino pertæsus, Dignitate sese abdicavit, Deo dumtaxat, sibique reliquum temporis vacaturus. Cæterum Regularium virtutum, ex quo Monachus effectus est, ad ultimum usque vitæ terminum conspicua præbuit exempla, præsertim rigidissimæ paupertatis, una tunica, more veterum Patrum, contentus, communi mensa usus, nihilque, quod proprium, ac peculiare censeri posset, admittens in cella. Tandem anno 1645. meritis plenus ex caduca ad ęternam vitam migravit, immortalem, ob egregia facta, nominis famam consecutus, ętatis suę an. 71. eique in eadem a se constructa Ecclesia eo honore, ac pompa, quæ tantum decuit Pręsulem, a Florentinis Monachis parentatum fuit. Seraphinum Casulanum Virum fuisse doctissimum, ac eruditissimum in confesso apud omnes est, sed id pręsertim testatur Apologia, quam prò Monachis Abbatię Florentinę scripsit, & plumbeo tubo inclusam sub memoratâ Principis Hugonis statuâ inter basim, & epistylium delitescere voluit, cuis exemplar a Puccinello exhibitum, a pluribus Typographi expurgatum erroribus in nostris Analectis referimus.

De eo multis agit Placidus Puccinellus tū in Apparatu historico de Illustribus Abbatię Florentinę Viris pag. 35. tum in Chronico eiusdem Abbatię Florentinæ pag. 67. & seq. & fusius pag. 3., & seq. ubi insuper Elogia duo in eius laudem composita exhibet, 1. à D. Gabriele Ricci Genuensi, Monacho * Sylvariensi, ubi trium linguarum, Latinę, Grecę, & Hebraicę peritiâ celebris appellatur,, alterum à Monachis Florentinis, quotempore Seraphinus erat Abbas Senarum, & Congregationis Præses, quod ejus gesta à nobis supra recensita luculenter indicat, quod si cui libuerit, in eisdem nostri Anacletis, nedum in eodem Placido legere poterit.

* Della Cervara.

In Necrologio Monachorum Abbatiæ Florentinæ, quod *Ortus, & Interitus* appellatur, de Seraphino Casulano fuse differitur, & fere omnia, quæ supra de eo diximus, enarrantur; narratio autem tali epilogo concluditur, „ Vir fuit solitudini deditus, parcus verbis, arcana mentis propriæ tantummodo conscientiæ committens, divitiarum contemptor, virtutibus adhærens, Musarum omnium ociis intentus, & bonarum literarum, ac Philosophiæ, Mathematicæque scientiis locupletissimus.

SERAFINUS CERASOLI honesta familia in Oppido Montis Opuli sub ditione Abbatiæ Farfensis in Sabinis natus, in eodem Farfensi Cœnobio Monasticis institutis se se addixit anno 1577. die prima Aprilis; Fuitque postea Abbas *Titularis*, idest sine regimine, quo impensius, ac liberius verę pietatis exercitationibus vacare posset; vacasse autem testatur in primis liber piissimus ab eo editus cum hoc titulo.

* Montopoli.

Pie Meditazioni sopra la passione del Nostro Signore Giesu Christo cavate da diversi Auttori, tradotte in brevità; & nella seconda impressione rivedute,

te, & accrefciute dal medemo di belliffimi, e divoti concetti. In Foligno preffo Agoftino Altieri 1631.

Hieronymi Palumbi

Sitibi flere libet, meditando uulnera Christi
Atque ibi fidereos, flendo aperire vias;
Hęc fac sępè legas, pia quę tibi pagina narrat,
Flebis ni dura, durior es filice.
Quin etiam, ut pectus tibi muniat horrida cautes
Cera eris hoc molli mollior, & latice.

SERAPHINUS a FLORENTIA, ibidem in Monaftero S. Marię Cęnobiticam vitam profeffus anno 1529. die 14. Novemb. claruit facrorum Codicum, atque Canonum peritia, morumque honeftate, ac fuavitate, qua omnes in fui amorem, & benevolentiam rapiebat. Regularis obfervantiæ cultor eximius, & animarum falutis valde ftudiofus, Tyrones, quibus aliquot annis præfuit, Monafticis difciplinis optime, fancteque inftituit, complurefque juvenes, aliofque nobiles viros, quorum Confeffiones invicto labore affiduę excipiebat, verbo, & exemplo ad Chriftianam perfectionem perduxit; anno tandem, 1602. ab ingreffu religionis 72. ætate, ac meritis cumulatus, ad æternam requiem migravit, in eodem Cænobio fepultus; cujus literariæ lucubrationes præcipue in transferendis e Latino in Hetrufcum idioma Sanctorum Patrum Sermonibus verfatæ funt; tranftulit igitur,

1 *I Sermoni di S. Gregorio* 2. *Di S. Epifania* 3. *Di S. Giovanni Crifoftomo* 4. *Di S. Bernardo* 5. *Di S. Dionifio* 6. *Di Gio: Caffiano*
7 *Di Dionifio Cartufiano*. Qui omnes 4. libris comprehenfi excufi funt Florentiæ anno 1572.

De eo cum laude agunt Arnol. Wion Lign. Vit. par. 1. l. 2. c. 77. pag. 459. qui tamen eum obiiffe ait an. 1594. idemque ex eodem Wione afferit Ant. Poff. in Appar. Sacr. tom. 3. pag. 108. editionis Venetæ anni 1606.

Placid. autem Pucc. qui de eo agit in Appar. Hiftor. de Illuftribus Abbat. Florent. Viris pag. 67. iterumque in Chron. Abbat. Florentinæ pag. 141. & feq. celebratque illũ ab eruditione facræ Scripturæ, & Canonum, affirmat, eum e vivis exceffiffe anno 1581. Sed revera omnes hi falluntur, cum anno 1602. diem clauferit extremum, ut ex mox citando Necrologio; Præterea eum laudant Petrus Ricor. in Hift. Monaftica Dialogo 4. pag. 382. à tergo, & iterum pag. 458. item à tergo; Michael Pocc. in Catal. Script. Florent. pag. 162. *Patrem eum Venerabilem vocant, qui fcite, & eleganter in Hetrufcum fermonem ex Latino, nonnullos Sanctorum Sermones convertit impreffos Florentiæ &c.*

In laudato Necrologio Abbatiæ Florentinæ, Seraphinus Aloyfii à Florentia dicitur, inter cætera, optimis ornatus moribus, & regularibus difciplinis apprime inftructus, ac vitæ irreprehenfibilis, Tyronum Magifter in Sicilia, & in ultima fenectute intra cellulam Anachoritarum moro voluntariè inclufus, ubi vigiliis, orationibus, ac jejuniis ad obitum ufque indefinenter vacavit, qui ei contigit anno 1602.

SERAPHINUS de QVINTIANO Brixianæ Diœcefis, SS. Fauftini, & Jovitæ Brixiæ Monachus evafit anno 1592. die 12. Martii, compofuit

Multa in Mathematicis, in quibus apprime erat doctus mss. ita nuper Vir eruditus Brixiâ adme fcripfit, fed quænam illę exaraverit peculiariter, & diftinctè minime hactenus mihi indicavit: obiit circa ann. 1630.

SERAPHINUS TANSI à Mateola, vulgo * Matera Congregationem noftram ingreffus eft in Monafterio S. Michaelis Archangeli Montis * Caveofi in eadem

* Urbs eft Apuliæ Peucetię in Lucanię confinio, nunc in Provincia Hydruntina Regni Neapolitani.

 dem

dem Apulia anno 1683. die 15. Martii. Vir optimis literis æque, ac honestis moribus ornatissimus, qui doctrinæ, ac probitatis tot specimina ubique dedit, sive dum Parmæ, Patavii, ac Venetiis Philosophiam, ac Theologiam Monachis tradidit, sive dum Romæ sacros Canones in nostro S. Anselmi Collegio plures annos explanavit, sive denique dum Monasterii sui Cellerarium aliquandiu egit, ad cujus singularem laudem id quoque accedit; præclarissimos, & quâ doctrinâ, quâ dignitate percelebres discipulos eum sortitum fuisse, Patavii nempe Leandrum de Porzia nunc S. R. E. Cardinalem, Romæ vero Bonaventuram Finardi Cong. nostræ postea Præsidem, Jo. Ant. Vrsatū Abb. & in Patavino Gymnasio publicum S. Paginæ Professorem, & Augustinum Odoardi Episcopum modo Caput-Aquensem, ut de singulorum scientiâ haud vulgari nihil hic repetam, nam de unoquoque suis locis loquuti sumus. Ob hæc igitur, aliaque præclara merita Prior Claustralis primum Monasterii S. Pauli de Vrbe, deinde Vice-Cancellarius Congregationis, ac paulo post creatus fuit Abbas Montis Caveosi in Comitiis Generalibus Perusiæ celebratis anno 1717. Denique ann. 1723. in aliis Comitiis Generalibus Mantuæ habitis, Generalis totius Congregationis in Romana Curia Procurator electus fuit. Magnam itaque spem omnes concepimus, eum, sicuti hactenus cunctis muneribus tam literariis, quam regularibus egregie adeo est perfunctus, ita deinceps, & in supremo, & in quocumque alio regimine ingentem utilitatem, ac profectum cum rei familiaris, tum Monasticæ observantiæ Cœnobiis omnibus, quibus eum præesse contigerit, Congregationique universæ semper allaturum. Præter autem

1 *Positiones Canonicas*, quas Romæ evulgavit à suis discipulis defendendas an. 1705. & seqq. scripsit etiam.

2 *Historiam Chronologicam* Monasterii S. Michaelis Archangeli Montis Caveosi Congreg. Casinen. Ordin. S. Benedicti ab anno 1065. ad an. 1484. summâ fide, parique diligentiâ ex ejusdem Cœnobii Tabulario depromptam, cui adjecta est *Series Genealogica* Benefactorum ejusdem Monasterii.

Scripsit hoc opus excitatus literis doctissimi Jo: Mabillonii, semper cum laude recolendæ memoriæ, quibus Italiæ Monachis significabat, gratissimum sibi fore, Si Monasteriorum Italiæ exquisitiora Monumenta sibi mitterentur ad suos Annales Benedictinos, quorum tunc editionem parabat, necessariis rerum gestarum narrationibus locupletandos. Vt ergo plures doctos, sibique familiares, tam voce, quam scripto, Seraphinus permovit ad extrahenda ex suorum Monasteriorum Archivis antiqua Monumenta in Galliam per exemplaria mittenda, ita ipse de suo Monasterio sollicitus, præcipua ejusdem Diplomata perlustrans, brevem ex illis Synopsim adornavit, quam una cum erudita Epistola Mabillonio transmisit. Verum perpendens neminem ex sui Cœnobii Monachis animum hactenus applicuisse ad omnia ejusdem Monasterii Documenta colligenda, & ordinanda, necessarium duxit hanc sibi provinciam eligere. Incepit ab anno 1065. quo primum Tabularii Diploma cusum habetur, Opusque ad annum 1484. prosequutus est, quo idem Caveosanum Cœnobium Congregationi S. Iustinæ, quæ postmodum Casinensis dicta est, adiectum fuit. Reliqua, quæ ad suam usque ætatem contigere, in summarii tantum capita redegit, ut alicui prædicti Cœnobii Asceteæ indicis loco esse possint, qui majus otium nactus, latius inde Chronicum, vel fusiorem Historiam concinnare voluerit; Pro Appendice Arborem genealogicam plurium Magnatum exhibet, qui Monasterium illud muneribus, & honoribus cumularunt, Seriemque ducit ab inclyta Altavillana Normanorum stirpe, ut ei pro tot eximiis beneficiis debitæ grates referrentur; tum in Chronologia, tum in Appendice probatissimos Authores semper sequutus. Opus est ms. apud

apud ipsum, sed modo imprimendum curatur in Germania à Cl: Bernardo Pez inter quædam sua Collectanea, nempe in Codice Diplomatico Zizendorffiano, qui est collectio Monumentorum, præsertim rerum Monasticarum, quæ dum in Gallia esset cum Comite Zizendoffio, Pezius ibidem invenit; & fortasse impressio celebrabitur Augustæ Vindelicorum apud Weithios, apud quos reliqua ejusdem doctissimi Authoris Opera hactenus edita sunt; qui præterea, ut ab eodem Tansio nuper accepi, summopere optat, expectatque hujusce meæ Bibliothecæ impressionem tandem absolutam videre, ut universali suæ Benedictinæ Bibliothecæ, desumptis ex mea, quæ ad Nostrates Scriptores pertinent notitiis, Colophonem imponat; Item Tansius efformandum curavit.

2 *Absolutissimum Regestum, seu Matriculam* Monachorum omnium Congregationis nostræ ab anno 1409. ad anno 1700. addità serie Rmorum Præsidum, & Procuratorum Generalium; & plerisque aliis ad Hist. ejusdem Congr. spectantibus; an. 1701. in fol. majori ms. cujus unū exemplar in suū Caveosanū Cœnobium intulit, alterum Romæ in Archivo Procur. General. reliquit.

Ejus cum laude meminit Theodoricus Ruinart in Vita Jo: Mabillonii Gallice primum, deinde ab alio Latine edita Patavii apud Jo: Manfrè 1714. pag. 81. & 82. ubi Virum non vulgaris doctrinæ, ac modestiæ eum vocat, ab eoque non pauca locupletandis Ordinis Annalibus subsidia interdum accepisse Mabillonium testatur.

De Historia vero ejus Chronologica Joseph Maria Sandi Vir doctus, & de Monasterio Sanctæ Justinæ, præsertim de insigni illa Bibliothecâ optime meritus, sequentem epistolam scripsit Rmo P. D. Bonav. Finardi nostræ Congreg. Presidi, qui ei quoque recognoscendam illam commiserat.

„ Ritornato in Padova mi vedo favorito dalli suoi stimatissimi comandi col nostro Padre D. Alberto Mazzoleni, e di tale favore le ne rendo grazie umilissime, ne hò mancato insieme col medesimo Padre di servirla pontualmente nella rivista del Libro del P. Rmo Tansi, quale in caso si stampi mi avvisa colla sua di jeri, che non vuole si metta il suo nome, volendo per somma sua modestia passare per Anonimo. Per altro l' Opera sua è dignissima, ed è una saggia, ed erudita storia stesa con molto giuditio, e scritta molto bene, e non solo da notitia del suo Monisterio di Monte Scaglioso dalla sua origine fino a giorni della Riforma di S. Giustina, ma in oltre l' argomento l' impegna a dare un saggio dell' antica storia d' una gran parte della Magna-Grecia, e delli Principi Benefattori del Monistero con una ben intesa Genealogia delli medesimi. Nel tutto procede con una giuditiosissima, e ben fondata Critica, e cava dal suo Archivio li Monumenti antichi dal 1065. onde hebbe l' origine il Monistero, e tutta la storia dipende, e viene comprobata dalli Monumenti medesimi, e questi ancora vengono vendicati, e difesi se alcuno di essi sembrasse meno autentico. In somma tutto va bene. Le includo l' attestato di Revisione sottoscritto da tutti due, come tutti due le facciamo unitamente riverenza.

„ Di V. P. Rma *Umilmo Oblgmo Servitore, e Figliuolo obbedientissimo*
D. Giuseppe Maria Sandi Casinense.

SEVERINUS BOCCIUS ab Asculo in Apulia, Cavensis Cœnobii Alumnus factus an. 1637. die 29. Septembr. ac deinde plurium Monasteriorum Abbas, & Congregationis Visitator, celebris admodum fuit nobiliorum scientiarum, sive sacras, sive humanas spectes, profundiori notitia: Philosophiâ præsertim ad Recentiorum placita, scholasticâ, moralique Theologiâ per solidiora principia, plurimum claruit. Latinam item linguam æque, ac Hetruscam excoluit, hancque præclaris Commentariis illustravit; nec Musas utriusque idio-

idiomatis prætermisit, quas haudquaquam invitas, sed valde propitias, & faventes expertus est. At præ his omnibus religiosos, ac pios mores prætetulit. Itaque in Regimine Monasteriorum ita zelum disciplinæ, benignitate, & charitate ubique temperavit, ut jucundissimam omnibus suam administrationem, atque exoptabilem redderet, ejusque facilitatem, & modestiam selectæ doctrinæ conjunctam nemo cordatus non amaret, nemo sapiens aulam ejus, veluti scientiarum, ac virtutum Licæum, non avide frequentaret. Porrò cum adhuc juvenis in Monasterio S. Benedicti agri Mantuani, Theologiam doceret, Gallicarum copiarū, quæ ibidem hyberna habebant, tam Duces, quam milites comitate, ac patientia ita devixit, in suique amorem, & venerationem atraxit, ut non solum Cœnobii prædia, cæterasque substantias ab incendiis, rapinisque immunia servarent, verum etiam eorum aliquot Calvini asseclę, illius doctrinā, ac optimis exemplis ad Catholicam fidem reducerentur: An. denique 1697. Neapoli in Monasterio S. Severini feliciter mortalem vitam absolvit die 14. Jan. in pervigilio S. Mauri Abbatis, sicut ipsum antea prædixisse, testatus est Sacerdos ille, qui eidem tunc adstitit; eo autem tempore Severinus erat Abbas S. Mariæ de Varra in suburbio Neapolis, quod vulgo *Chiaja dicitur*. Varia ingenii sui reliquit monumenta partim impressa, partim manu exarata; impressa sunt

1 *Prælatus Casinensis*, nempe, Moduli, sive Formulæ supplicum Libellorum, Decretorum, Dimissoriarum, Dispensationum, Commissionum, Delegationum, Facultatum, Visitationum, Testationum, Collationum, Literarum Commendatitiarum, Processuum initiandorum, Sententiarum, Privationum, Pęnarum infligendarum, Aggregationum, aliarumque id generis Scriptionum, quæ tum PP. Deffinitoribus, ac Regimini Casinensis Congreg. tum Præsidi, Visitatoribus, Prælatis, ac Monasteriorum Superioribus in dies usueveniunt; Auctore *Sosio * de Vrbe Lucana*, idest *D. Severino ab Asculo*; Regii Lepidi apud Prosperum Vedrotium anno 1676. 4. & iterum Parmæ anno 1721. Typis Joan. Baptistæ Pescatori 4.

* Anagrammaticum nomen.

2 *Il Tasso Piangente*, cioè i primi tre Cāti del Tasso trasformati in pianti *da Sincero* Valdesio*. In Napoli presso Michele Monaco l'anno 1682. 8. valde elegans est libellus, nec minus pietatem redolens, nam in 3. Cantu Hierosolymorum amissionem amate, simulque dulciter deflet, Christianosque Principes ad earumdem recuperationem hortatur; Ea autem mente Severinus Catanæ in Sicilia tunc degens, hunc libellum conscripsit, ut experimento demonstraret, quocumque Italico Rhytmo, quamlibet vel oppositam animi affectionem æque exprimi posse, id, quod Academicus quidam nimis fidenter negabat. At Severinus mira facilitate, ac celeritate promissum præstitit; Sed ne hunc quidem libellum nomen suum præferre voluit, nisi prædicto Anagrammate velatum. De qua Severini lucubratione Jo: Marius Crescimbenius in Historia Vulgaris Poeseos lib. 5. pag. 34. tale fert judicium „ Ne di minor lode sarebbe stato degno *Sincero Valdesio*, se havesse condotto à fine la Trasformazione de Canti del Tasso in pianti, e non si fosse contentato de primi tre solamente, fatica non dimeno da non dispiacere à qualunque più delicato gusto &c.

* Aliud ejusdē nominis Anagramma.

3 *Elogia plurium Sanctorum, ac Virorum dignitate, & Doctrina illustrium* pracipue Summorum Pontificum, n. XL. ex Ordine D. Benedicti, quæ delineata leguntur sub singulis eorumdem imaginibus depictis Romæ in inferioribus ædibus S. Calisti, nunc alibi collocatis, & Perusiæ in superioribus secundi Claustri; quæ quidem Elogia à Georgio Rodulpho Ebmer Scriptore in Romana Curia nostræ Congregationis historicè explicata, typis tradita sunt in magno folio expanso sub hoc titulo, „ Descrizione dell' ornamento della parte inferiore, che

che si osserva nell' Ospizio, è palazzo di S. Calisto in Trastevere, Ospizio, & habitazione de Monaci di S. *Paolo*. In Roma nella Stamparia di Paolo Moneta l' anno 1671. Manuscripta

1 *Dizzionario*, *overo* Vocabolario Italiano; tomi 5. in Foglio. 2 *Grammatica Italiana* tomi 1. in 4. In his porro duobus Operibus plurimum temporis, ac studii insumpsit, ut quidquid ad Italicam linguam exornandam pertinet, ex probatissimis Authoribus fusissime enuclearet. 3. *Philosophia* secundum Recentioram placita; quam cum Viro docto, sibique amicissimo legendam tradidisset, isque alteri nescio cui communicasset, recuperare Severinus eam numquam deinceps potuit; neque ei tantum postea superfuit otii, aut valetudinis, ut eam denuo calamo posset exprimere. 4. *Prælectiones in Genesim* per quæstiones incedendo. 5. *Elogia diversa Sanctorum*, & Sanctarum Ordinis S. P. Benedicti.

6 *Prosodia*. Multaque alia Poetica, Moralia, Theologica, Academica, & Sacra conscripsit, quorum pars, sicut etiam alia Opera mss. nunc recensita, Philosophiâ tantum exceptâ, extant in Monasterio Cavensi, partim vero, nempe Poetica, quæ Musa non adeo gravis in juventute dictaverat, diligenter undique conquisita, *emendaturis ignibus ipse dedit*; At Grammatices ejus Epitome a D. Felice Roma Abbate, & Procuratore Generali, qui juvenis dum esset, in Monasterio Farfensi, cui tunc Severinus præerat, eam excripserat, mihi dono data, est apud me.

SIGISMUNDUS ZANNETTUS nobili Familia Brixiæ natus, & ibidem apud S. Euphemiam cucullo Monastico indutus anno 1540. die 13. Decembris, optimo, ac sublimi ingenio præditus, sacram Poesim haud parva facilitate, ac venustate excoluit, ita tamen, ut Theologiam etiam, ac naturalem Philosophiam egregie calleret, deque iisdem profundas admodum prælectiones, ac disputationes institueret; Sed cum postea sacris Musis se penitus devovisset, quo liberius eis vacare posset, secessit Sarnicum agri Bergomensis Oppidum supra Isæum lacum, ubi prædium est Monasterii S. Pauli de Argon (nos Granciam dicimus) cujus per id temporis Sigismundus erat administrator, seu ut vocant *Rector*. Ibique eheu, ab impio, ac perfido famulo proditorie parricidiali ferro sublatus fuit an. 1560. quo infortunio, ejus etiam lucubrationes perierunt, nempe.

1 *Poema de Vita B. Mariæ Virginis*. 2. *Psalmi Davidis* translati in Cantica Italica. supersunt tantum 3. *Epigrammata duo Italica*, quæ leguntur apud Octaviũ de Rubeis in Elogiis historicis Illustrium Brixiensium pag. 340. ubi fuse de eo agit, & ex eo Leonardus Cozzandus Brixian. p. 1. pag. 194. Prosper Martinengus in lib. *Diversorum Poematum* pag. 263. Græca Ode Zannettum celebrat. Libet autem particulas quasdam Elogii Rubeani in medium afferre, quæ peculiares aliquot, nec scitu indignas Sigismundi Zannetti notitias continent.

„ Admirabile ingegno fu quello di Sigismondo Zanetti Monacho di S. Eufemia, percioche egli in un tempo istesso componeva soavissimamente in lingua volgare versi veramenti eroici, & Lettioni profondissime di Teologia con tanta facilità di dottrina, che pareva, che le belle lettere, & l' altre scienze scaturissero naturalmente da lui, quasi due gran vene d' aqua purissima, & perenne: Mai non si trovò chi potesse vincerlo, e nella sottigliezza delle dispute, ò nella fecilità dell' invenzioni, nel discorrere di qualche materia gli fosse proposta. Si fece molto celebre nella Chimica, e tale, ch' egli trattando d' essa più per burla, che per professione, tolse ad impugnare un libro di un Alchimista dedicato à Cosimo Duca di Fiorenza: & si oppose in ciò con tanta gravità di ragioni, che fu mandato à chiamare da quel Prencipe, dal quale dopo all' esse-

re

„ re stato benignamente, & raccolto, & udito in contradittorio con l' Auttor di „ quel libro, fù invitato à dover rimanere in Corte con grossa provisione. Ma „ sodisfacendosi egli più d' haver felicemente corso l' arringo della sua gloria, che „ delle carezze del Duca, che con liberale splendore esercitava la sua grandezza „ nel beneficar i Virtuosi, data ch' egli hebbe una vista à Roma, ritorno à Brescia „ &c. Si perderono allora tutte le sue fatiche, perche portate nel *Monasterio* „ di Santo Pavolo di Argono, capitarono alle mani d' un Monaco Siciliano, „ che facendosene Padrone le trasportò in Sicilia. Alcuni amici del Zanetto „ serbarono appena certe sue brevi composizioni, tra le quali sono i seguenti So„ netti, uno de quali fu fatto, quando egli se ne andò a Roma la prima volta, & „ nell' altro va chiedendo la solutione d' un dubbio à gl' Accademici *Occulti*, che „ presentato poscia anche al Tasso, dal quale, dicono, che nō se ne potesse havere „ la conveniente risposta, & l' uno, & l' altro di questi Sonetti per essere singola„ ri, ho voluto riferirli, acciò si conosca quanto il Zanetti sii degno di perpe„ tuità memoranda.

Salve d' invitti, e gloriosi Eroi
Famosa Altrice, à cui mille Reine
Con man serva, e tremante ornare il crine
Dolenti vidder tutti i Regni Eoi.
Al' alto tuo Sepolcro i vengo, poi
Che tu Donna possente havuto hai fine,
Per ammirar l' eccelse tue rovine
E i gravi incendii de i gran Reghi tuoi;
Roma terror del Mondo! ò quale, e quanta
Esser dovevi tù viva, & intera
S' hoggi morta, è sepolta ancor sei tanta?
Qual cinta d' armi, e nel' tuo trono altera,
Se le ignude Ossa Sol, che l' Cielo ammanta;
Dan' vista così chiara, è così fiera?

Sel' divin fonte, ove ogni Ben riluce
Non hà d' intorno à se sponda, ne lito,
Forza è che l' Ben s' allarghi non finito
Perche il Ben, se non Bene ancor produce.
Che se l' lume del Sol, che in terra luce,
O del fuoco il calor fusse infinito
(Spenta l' ombra, e l' rigor per ogni lito)
Tutto il Mondo sarebbe ardore, e luce.
Due gran nemici in un medemo loco
Non puon regnar; nemico aspro, e mortale
E' il Mal' del Ben', più che del giaccio il foco
Se mai d' alti pensier vi calse, ò cale
Canori Cigni, deh', cantate un poco
D' onde avvien, che si trovi il Bene, e Male?

SIMEON BASCHIERA Mantuanus Patria in Cœnobio S. Benedicti, quod decimo ab Vrbe *Mantua* lapide percelebre habetur, Monasticam vitam amplexus est an. 1591. die 29. Julii, fuitque vir pietate insignis, & sacrarum literarum studiis magnopere deditus, quamobrem jussu Abbatis sui disposuit, atque edidit

Officium S. Simeonis Monachi, & Eremitæ Armeni, qui obiit in Domino anno 1016.

1016. in eodem Mantuano Monasterio juxta regulas Breviarii nuper authoritate Pauli V. Pont. Max. reformati pro usu Monachorum S. Benedicti de Padolyrone recognitum, Additis nonnullis R. P. D. Wilhelmi eiusdem Cœnobis Abbatis piis Orationibus, & alijs quibusdam devotissimis precibus; Mantuę apud Aurelium, & Ludovicum Osanna fratres, Ducales Typographos 1617. in 8. Post Officium subditur Vita eiusdem S. Simeonis ab Hilarione * Monacho Ord. S. Benedicti conscripta capibus XXVII. constans; deinde narratio miraculorum ab eodem Sancto post obitum patratorum, capitibus XIII. postea adduntur septem Orationes prędicti Wilhelmi Abbatis, dehinc Meditationes numero XVI. super *Salve Regina*, authore ipsomet Simeone Baschiera; denique subnectūtur quinque alię piissimę precationes, nulli Authori attributę. In principio hujus libelli affert Simeon Authores omnes, quos scire potuit, de eodem S. Simeone agentes. in fine vero Epistolę nuncupatorię D. Gregorio de Castilione Abbati S. Benedicti Mantuę sic loquitur Simeon „ Ceterum si hęc laborum meorum perpauca semina libenti animo suscipere non dedignaberis, benignitate tua fretus, ad majora manus apponere non verebor. „

* De eo supra Lit. H.

SIMPLICIVS ex illustri, & antiqua Romana Familia CAFFARELLA, Titi in Lucania natus, Casini adhuc puer Monachus esse voluit anno 1591. die 13. Februarii; In studio literarum Gregorium Sayrum pręceptorem sortitus, brevi tanto Magistro in scholasticis disciplinis adeo profecit, ut admodum juvenis in plerisque nostris Monasteriis easdem docere sit jussus. Abbas postea creatus, Sancti Severini Neapolis primum, mox Casinense Monasterium egregie admodum administravit; nam anno Jubilæo 1625. maximam liberalitatem, & charitatem in hospites, & peregrinos ostendit, quorum toto ejusdem anni decursu non minus septuaginta millia benignissime excepit; cælestem protinus beneficentiam vicissim expertus, quadraginta fere aureorum millibus à Regia Curia mirabili sane ratione recuperatis, qua pecuniæ vi fretus, plura, atque præclara opera perficere potuit; Sancti siquidem Germani Palatium ampliavit, multaque supellectili, ac variis ornamentis ditavit, Casinensem vero Basilicam magnificentissime exornavit marmoribus, picturis, auro; Sacrarium duplici argentea Cruce, senis Candelabris, vasisque insignis operis, ac magnitudinis (omnia hæc solido ex argento conflata) Sericis item vestibus splendidissime locupletavit, longe interim pretiosiori thesauro à Deo ipse donatus, Sacris nempe Sanctorum Costantini, Simplicii, Carolomanni, Guinizzonis, & Januarii pignoribus, quæ dum Sanctuarium effoderet, removeretque Altare, nobilius omnia instauraturus, ibidem inventa sunt, non sine ingenti miraculorum fulgore; Nec minor Templi non manufacti, idest Gregis sui, cura, ac sollicitudo; lustrata enim bina visitatione Casinensi Diœcesi, celebrataque Synodo, quam saluberrimis, ac sapientissimis decretis instruxit, Clerum, populumque ad meliorem vivendi rationem revocavit; quo pariter tempore * Congregationem universam Præsidis authoritate moderatus, singulari prudentia, justitia, zelo, cæterisque virtutibus optimi Præsulis argumenta omnibus præbuit. Demum Neapolim reversus ad S. Severini iteratam administrationem, ibidem adversâ valetudine oborta, diem clausit extremum anno 1635., Casinensis à se habitę Synodi decreta in publicam lucem, dum viveret, emittenda curavit tali titulo decorata.

* Anno scilicet 1630.

Constitutiones Rmi in Christo Patris, & Domini D. Simplicii Caffarelli Sac. Mon. Casinensis Abbatis, & ejusdem Diœcesis, ac Jurisditionis Ordinarii in Synodo Diœcęsana promulgatę anno Dñi 1626. Vrbano VIII. Pontifice Maximo. Romę Typis Ludovici Grignani. Præterea in Casinensi Biblioth. extat ejusdem

 Sim-

Simplicii Caffarelli. 2. *Tractatus de Angelis* manuscriptus.

Agunt de eo Marcus Antonius Scipio in Elogiis Abbatum Casinen. pag. 190. primæ impress. Neapolit. an. 1630. quam eidem pereleganti Epistola nuncupavit, juxta vero 2. impressionem pag. 255. perhonorifice, ac fusissime. Plac. Pacc. in Nomencl. Abb. pag. 39. ubi inter cætera, *Hic nostro tempore fuit splendor omnium Casinensium*, & In Chronol. Præsidum pag. 14. demumq: in Epitome Abbat. Casinen. pag. 53. Gabriel Bucecllinus in Benedicto Redivivo ad annũ 1625. quamvis pro Caffarello, *Cavarellum* nominet, laudatque maximã ejus hospitalitatem, quam Casini restituit, & auxit; Quæ quidem hospitalitas Casini, ut semper olim, nunc etiam plurimum floret, & omnimoda charitate erga quamlibet hominum conditionem exercetur, cujus merito ejusdem Monasterii ad hanc usque diem florentissimus status attribui debet; Sicut etiam totius Congregationis conservatio frequentibus eleemosinis, quæ in nostris Monasteriis diebus singulis fiunt, refferri accepta, cum quotidiano experimento constet, ea Cœnobia, domusque, in quibus erga pauperes eleemosinæ vel cessaverunt, vel diminutæ sunt, illico pessum ire. Cæterum de Simplicio Caffarello mentionem facit etiam Constantinus Cajetanus lib. de Relig. S. Ignat. per Patres Benedictinos Institutione lib. 1. cap. 19. pag. 120. & seq. ubi eum vocat, *Virum pietate, doctrina, ac fide dignissimum &c.* Cæsar Engenius Carzcciolus in *Neapoli sacra* pag. 322. ubi sic eum laudat „ D. Simplicio Caffatelli Prelato di molta virtù, meriti, e valore, vero ornamento di sua Religione, non che di sua famiglia „ Denique Julius Ambrosius Lucenti in Ital. Sacr. restrict. aucta &c. pag. 1034. ubi asserit, eum plurima jura Casinensi Monasterio aquisivisse &c. Qua de re videndus prælaudatus Scipio loco citato.

SIMPLICIUS PARUTA Siculus, Panormitanus, inter Sancti Martini de Scalis sodales recensitus anno 1628. die 1. Octobr. scripsit carmine.

Il Trionfo di S. Rosalia Vergine Palermitana obiit circa annum 1670.

STEPHANUS de AMICO pariter Panormitanus anno 1572. vitalem lucem aspexit; Congregationem vero nostram ingressus est in Monasterio S. *Martini* anno 1590. die 30. Octobris. Celebratur ab Anto. Mongit. Bibli. Siculę parte 2. pag. 238. tamquam *vir pręstantissimus*; utpote qui scholasticas scientias, & humaniores literas, quibus excelluit, insigni morum candore, ac virtutum omnium exemplis mire exornavit. Creatus Abbas, Monasterium S. Martini bina administratione prudenter, ac utiliter rexit, primum scilicet regimen anno 1625. secundum anno 1635. auspicatus; Ecclesiam sacra supellectili, Cęnobium laxioribus ędificiis, Bibliotecam, quam ex integro erexit, plurimis, optimisque omnium scientiarum Codicibus, ingenti sumptu, locupletavit. Novam insuper Abbatiam in Urbe Panormo Sanctis Benedicto,* & Aloysio dicatam instituendam curavit, cui anno 1634. pręfuit, anno vero antecedenti 1633. dum Monasterium Montis Regalis gubernaret, defuncto Archiepiscopo, Vicarius Generalis illius Metropolitanę, simulque Monasticę Ecclesię, Sede vacante, renunciatus fuit. Sed anno 1637. solitudinis, ac religiosę quietis flagrantiori amore irretitus, Præsulatui nuncium remisit, Deo tantum, sibique in posterum liberius vacaturus, & ad felicem ex hac vita exitum tutius se comparaturus. In privato hoc statu viginti quinque propemodum annos vixit, summa ab omnibus veneratione habitus, atque in arduis causis, implexisque controversiis tamquam oraculum undecumque consultus. Anno tandem 1662. in senectute bona, natus annos non minus nonaginta, laborum, ac virtutum præmia percepturus, in cælum, ut sperare fas est, emigravit die 2. Februarii, variis relictis ingenii sui monumentis, inter quæ ista numerantur.

* Alias S. Carlo

1. Sa-

1 *Sacra Lyra variorum Authorum* Cantinnibus contexta in Latina Epigrammata conversis. Panormi apud Cyrillum anno 165n. in 12. sub nomine *Phanesti Musici*. 2. *Epigrammata in Sanctorum laudes* mss. 3. *Anagrammata de Sanctis* l. 4. additis Epigrammatibus, & Elogiis: mss. 4. *Affetti Pii* tom. 4. mss. 5. *Raccolta di Segreti Medicinali* ms. 6. *Varii Componimenti di Giuochi* ms.

Mentionem ejus faciunt Rocchus Pyrrhus inNotis Ecclesiasticis Montis Regalis pag. 437. & l. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 192. & seqq. Petrus Ant. Torn. lib. de Origine, & Progressu Congregationis Casinensis tom. 2. lib. 3. pag. 454. & 554. Vincentius Coronellus in Biblioth. Universali pag. 233. n. 994. Michael de Judice in Hist. Montis Regalis par. 2. pag. 106. Ant. denique Mongit: in Bibliotheca Sicula loco citato.

STEPHANVS de AMORE, ut sese ex materno cognomine libentius indigitari voluit, quam ex paterno, quod erat Mangiapira, *non Ripetta*, ut alicubi scribitur, Patria fuit Plateensis * in Sicilia, primoque Alumnus Monasterii *Messanensis* anno 1663. die 6. Maji, deinde ejus Professionis jure abdicato, in numerum Sodalium S. Flaviæ de Calatanixeta * transferri voluit: evasitque celebris Orator, & insignis Poeta, præsertim in genere Dramatico: Sed cum jam trigesimum tertium ætatis annum attingeret, mortuis parentibus, impetrata à Supremo Siciliæ Ecclesiastico Tribunali sententia, & facultate, Congregationem nostram deservit, paternam hæreditatem initurus. Vixit itaque aliquot annis tamquam Presbyter Sæcularis Mantuæ, & Venetiis sub nomine D. Dominici de Amore. In utraque Vrbe, Mantuæ, præsertim varia Opera Dramatica edens, quæ ob venustatem, & lepores illius ætatis genio congruentes, Ferdinando Carolo Mantuæ Duci haud parum arridebant, tantoque plausu ab omnibus audiebantur, ut ipsi *Pastori Fido* * tunc quidem exæquarentur. Nobili proinde in Ducali Palatio domicilio, redditibusque honorificis ab eodem donatus. At non post multos annos Sæcularis vitæ pænitentia eum cæpit; pristinæque regularis consuetudinis memor, ut in Congregationem nostram iterum reciperetur, enixis precibus postulavit, quibus Patres S. Flaviæ Monasterii olim sui, ad quos id pertinebat, benigne annuentes, iteratæ admissionis placitum Mantuam usque ei transmiserunt. Verum antequam obtenti voti nuncius ad eum perveniret, in gravem morbum elephantiaco persimilem incurrit; statimque ad Monasterium S. Benedicti de Padolyrone prope Mantuam deferri, Monasticaque veste denuo indui postulavit; ibique an. 1691. die 26. Decembris, ætatis quadragesimo septimo, non sine veræ pietatis, & contritionis indiciis, mortem oppetiit. Plura Poemata, aliaque Carmina juvenis adhuc, & in Sicilia degens conscripsit, quæ ibidem apud diversos præcipue apud *D. Dominicum Bologna* Panormitanum ejusdem Monasterii S. Flaviæ Alumnum, atque Abbatem, adhuc existunt. In Italia vero hæc potissimum in lucem emisit

* Vulgo Piazza, vel ut Siculi pronunciant *Chiazza*.

* Caltanisetta.

* Jo: Bapt. Guar.

1 *L' Augusto, Drama*; in quo omnia alia opera à se composita enumerat; quæ tamen ego, sicut & ipsum *Augustum* adhuc non vidi. 2. *Il Sesostri Drama*. 3. *Il Narciso Favola Pastorale* da rappresentarsi in Musica per commando di S. A. Ferdinando Carlo Duca di Mantova &c. & alla medema Altezza consacrata da D. Domenico Ripetta » (fictum cognomen) 10. Maggio 1689. Ita prorsus invenitur scriptum *Mantuæ* in Ducali Tabulario. Hæc fabula impressa fuit Mantuæ apud Osannas Typographos Ducales 1689. aliaque plura scripsit Stephanus in Mantuano, ac Venetiis Theatris musicis notis decantata. Unicum ejus Italicum Epigramma, quia non inelegans visum, hic exhibere non gravabor, quod ego dictante supralaudato *D. Dominico Bologna*, qui illud me-

moria optime retinebat, meâ manu excepi Romæ anno 1715. die 12. Octobris quod est hujusmodi.

Sopra Roma Antica, e Moderna.

Giunsi al Tebro famoso, e le Superbe
Moli ammirai, ch'eran sostegno al Polo
E dagli urti del tempo or scosse al suolo
Spirano maestade anche fra l' erbe.
A sì auguste memorie, e insieme acerbe.
Salì sù gli occhi ad innondarmi il duolo
Piansi, che degli Eroi l' immenso Stuolo
Di se altro che il nome hoggi non serbe.
Quindi per consolar l' egro pensiero
Un gran desio di contemplar mi nacque
Delle pompe moderne il fasto altiero.
Il vidi, il rimirai, ma non mi piacque
Ond' esclamò mia Musa, ah quanto è vero;
Ch' in Terra il tutto è nulla, e qui si tacque.

STEPHANUS CATANEUS Patria Novariensis, Placentiæ apud S. Xistum, Monasticum induit cucullum anno 1534. die 26. Maji; & optimis moribus, ac literis sacris, linguarumque peritia cum emineret, Abbas effectus, plura, eaque insigniora Congregationis Monasteria administravit, Placentinum, Patavinum, Florentinum, Mantuanum, Venetum, Parmense, in quo celebrem excitavit Bibliothecam, non tantum selectioribus libris, sed picturis etiam pulcherrimis ornatissimam, fuit etiam bis totius Congregationis Præsidens. Anno autem 1551. Abbas cum esset S. Mariæ Gratiarum, quod Monasterium est in Ditione Ducis Parmensis Placentinæ Diœcesis, inter nostræ Congregationis Theologos, & conspicuos doctrinâ Viros, missus fuit ad Tridentinum Concilium, in quo plures Orationes habuit, variasque dissertationes edidit. Vixit vero usque ad annum 1580., quo Placentiæ diem clausit extremum ætatis suæ 73. Inter ea, quæ in Concilio Tridentino scripsit hæc numerantur.

1 *Dissertatio de celebratione Paschatis*, seu de corrigendo Cyclo Paschali.

2 *Vota pro formandis Decretis spectantibus ad Fidem, mores, & disciplinam.* Reliqua, sicut etiam titulum, numerumque Orationum, hactenus scire non potui, esto olim significatum mihi fuerit, in Biblioth. S. Mariæ de Cæsena in Capsula sub imagine S. P. Benedicti, ad pluteum *Operum Sanctorum Patrum*, extare mss. ea omnia, quæ in Tridentino Concilio dixit, & discussit; itemque acceperim nuperrime, reperiri scilicet ejus mss. in Bibliotheca S. Jo: Evangelistæ Parmensis; Sed utrobique licet diligentissime perquisita, minime inveniri potuerunt; quod utique est argumento ex utraque Bibliotheca à plagiariis fuisse sublata, Sed etiam insigne ejus opus sunt. 3. *Emblemata Hieroglyphica, & Symbola*, Latina, Italica, Siriaca, Hebraica, & Arabica ab eo composita, quæ in prælaudata Bibliotheca Parmensi adhuc leguntur, in cujus medio fornice duo depicti libri sequentia verba exhibent oculis, primus *Rev. D. Stephanus de Novaria fecit F.* alter *A di 17. Luglio 1574. P. D. Stephanus de Novaria.*

De eo cum laude agunt Petr. Ricor. in Hist. Monastica dial. 4. pag. 465. ubi eum vocat, *divinis, humanisque scientiis doctissimum, & etiam negotiis agendis aptissimum*; qui eodem Ricordato teste anno 1575. quo ejus Historia in lucem edita fuit, prospere vitam ducebat, *continuo scribens, & juventutem in optimis*

studiis

studiis instruens, & exercens. Lazarus August. Cotta de Amæno in Musæo Novar. Cella 2. pag. 269. plures de eo agentes Authores allegans, Plac. nempe Pucc. in Chron. Abb. Florent. pag. 82. Federicum Scottum in Carmin. pag. 347. Hieronymum Faleitum in Poemat. pag. 128. Venturinum Vasollum in Viridario pag. 26. Josephum Costaltam apud Michaelem Justinianum in Hist. Concil. pag. 440., ubi vocatur, *Vir doctus, prudensque Præsul*: Præterea eum memorant Philipph. Labbe tom. 14. Concil. in Concil. Trident. col. 932. In nostris Regest. pag. 54. à tergo in margine. *Obiit Abbas Placentiæ* 1380. *J. V. D. linguarum peritissimus, multa scripsit; fuit ad Concilium Tridentinum*. Arn. Wion Lign. Vit. par. 2. lib. 5. pag. 594. inter Præsidentes Annales. Jac. Cavaccius Hist. S. Justinæ lib. 6. pag. 275. „ Subrogarunt Patres D. Stephanum Novariensem Abba-
„ tem S. Georgii, cujus auspiciis publico ornamento, & Monachorum commodo
„ plura conficiuntur. „ Placidus verò Puccinellus laudatus loco suprà allegato „ Doctorem illius ævi celeberrimum eum vocat, absolutâque bonitate præditum, & ad Julium III. Pont. Max. Oratorem; Sed tam ipse, quam Arnoldus falluntur, dum illum anno 1557. obiisse autumant, quod utique Professionis ejus Monasticæ, ac ætatis, qua decessit, tempora invicem conferenti liquido apparet; Denique Benedictus Luchinus in Chron. Comitissæ Mathildis c.46. & Marcus Antonius Malhempius Trattato di varie materie, in Orvieto 1585. l. 2. cap. 2. pag. 109. Romæ in Archivo Procuratoris Generalis nostræ Congregationis apud S. Callistum extat Epistola ms. Stephani Catanei Sign. n. 111. A. 2. Scripta anno 1561. die 8. Decembris Tridento Romam D. Placido nostræ Congregationis Generali Procuratori, cujus priorem partem quia rem continet haud levis momenti, scituque dignissimam, hic exhibere operæ pretium duxi „ R. P.
„ Sal. Hieri ricevess. la vostra di 29. del passato, hoggi si è fatta qui la processione del
„ Giubileo publicato, & quanto al digiuno, cominciato à 3. di questo *pro felici*
„ *Successu Concilii*. Doppo li Vescovi siamo andati, & seduti un Abbate Polono
„ Cisterciense & Noi. Doppo Noi i Generali &c. Noi habbiamo cortesemente
„ fatto honore, & dato il luogo sopra di Noi al Polono, per essere egli Abbate,
„ & Maggiore, & più antico di Noi, tanto di promotione della Abbatia, quanto
„ di professione Monastica, & non solo Abbate Benedetto, & perpetuo, mà già
„ eletto Vescovo, & fatto patrone, & possessor del Vescovato, del quale d' hora
„ in hora aspetta la confermatione Apostolica, per consecrarsi qui all' Epiphania
„ prossima. Di più essendo egli mandato qua dal Rè di Polonia solo sino hora,
„ questi Signori tutti havevano già deliberato di fargli ogni possibile honore, per
„ lo favore di quel Regno, & per tante cause congiunte, Noi secondo il consi-
„ glio de nostri prudentissimi amici gli habiamo con gratia di tutti, & sua corte-
„ semente, & con riputation nostra donato, ciò che per ragione, per favore,
„ & per forza doveva esser suo, & non nostro „ narrat quidem Cardinalis Sfortià Pallavicinus rem simillimam in Hist. Conc. Tridentini lib. 19. c. 2. n. 6. idque honoris à laudatis nostris Abbatibus, Hieronymo Souchier Gallo Abbati Clarevallensi præstitum autumat, sed ob aliam longe diversam rationem; „ Sedè
„ il Souchier sopra i Cassinesi, perche questi deliberarono d' onorare il Francese,
„ essendo finalmente figlivoli tutti d' un Padre, & havendo il Chiaravalle come ta-
„ le recate lettere di raccommandatione del suo Presidente agli Abbati Cassinesi,
„ i quali assai piu di riputazione aquistarono per si fatta cessione profitevole in quel
„ tempo al ben della Chiesa, che non haverebbero aquistato con una vittoria di fumo „ Ita Emus Sfortia, qui an ipse, vel Author, a quo ipse desumpsit Gallum Abbatem, pro Polono acceperit, tutò affirmare non ausim, quamvis in laudato Archivo, Polono quidem Abbati, non vero Gallo, ob prænarratas

ratio-

rationes id honoris à nostris exhibitum referatur, nisi forte alia vice id etiam Gallo contigerit.

STEPHANUS LENZIUS patriâ Romanus institutum nostrum amplexus est anno 1633. Perusii in Monasterio S. Petri, nomine tamen, ac jure Cœnobii Farfensis, ejus Professis, ut diximus, adnumeratus. Sed postea anno 1650. mutato, de consensu partium, Professionis loco, inter ejusdem S. Petri alumnos admissus fuit. Qui cum morum honestate polleret, & in bonarum literarum studiis haud parum profecisset, brevi per omnes Religionis gradus ad supremas ejusdem dignitates ascendit; eique uni contingit, quod antea nemini, ut scilicet uno, eodemque tempore, & Romæ Abbas, & Generalis Procurator, & totius denique Congregationis Præses, omnia ipse dirigeret. Cum enim Monasterio S. Pauli Abbas præesset, & primus Romanæ, ac Neapolitanæ Provinciæ esset Visitator, defuncto Generali Procuratore, moxque etiam Congregationis Præside, utrique ex vi nostrarum Constitutionum successit: Fuit etiam Abbas aliorum Monasteriorum, inter quæ, Perusino, quod se in filium adoptaverat, innumera commoda, & ornamenta attulit. Obiit demum prope Cæsenam in Prædio S. Vitalis Ravennatis, cujus tunc erat Abbas, vulgo dicto *Campo della Torre*, circa anno 1682. Habuit in nostrâ Congregatione germanum Fratrem Jacobum nomine, sacri Monasterii Casinensis primum, deinde D. Pauli de Urbe Professum, qui ipse quoque Procurator Generalis, & Abbas, postremo Compsanus, * in Calabriâ, Archiepiscopus fuit. At Stephanus composuit Orationem funebrem pro inferiis nobilis viri Antonii Sperelli, cui hunc apposuit titulum.

* De quo in Catal. Episc.

1 *Tributo di Lodi* consegrato alla grand' Anima del Molt' Illustre, & Eccellmo Sig. Antonio Sperello di Assisi; Oratione detta nelle sue publiche Essequie nel sagro Tempio del Serafico Padre S. Francesco di Assisi, da D. Stefano Romano Prior Claustrale Cassinense in S. Pietro di detta Città adi 27. di Aprile del 1661. incipit „ L' Acerbità del dolore, da cui, tra la mesta pompa di questo lugubre apparato, ingombrar mi sento il cuore &c. Finit „ risuona in questa Città, con chiarissime note, l' eterna sua salvezza; est pagg. 22. in fol. item.

2 *Panegirici per alcune solennità principali dell' anno. 3. Prediche diverse. 4. Sermoni, è discorsi familiari Monastici. 5. Una selva d' eruditioni, e pensieri sacri per 46. Prediche*; pag. 216. in fol.; quæ omnia mss. extant apud D. Hippolytum Pugnettum Decanum Congregationis nostræ, à me visa Assisii, ubi tunc degebat, anno 1730. ex quibus aliqua mihi dono dedit.

STEPHANUS PEROZZI Patria........ Professus Monasticum institutum in Cœnobio S.............. anno..... die....., composuit libellum huiusce tituli.

Di publica allegrezza privato testimonio di un servitore divotissimo nell' esaltatione della Santità di N. S. Papa Gregorio XV. In Ravenna appresso Pietro de Paoli, è Gio. Battista Giovannelli. 1621. in 4. pagg. 12. incipit „ Qual freno puo rattenere l' empito di quest' animo? &c. dicavit hoc opusculum D. Paulo Scotti Abbati S. Pauli de Urbe.

STEPHANUS PORRUS Messanæ in Sicilia natus, ibidem in Cœnobio S. Placidi Monachum Professus anno 1589. die 2. Julii, fuit Poeta eruditus, & cultus, scripsit opus, cui titulum dedit,

Solzaniados, sive Solzani laus; de familia Scaramuccia, & lacus Sebinensis descriptione, Poema editum Venetiis apud Jo: Antonium Rampazzettum anno 1606. in 8.

De eo Antoninus Mongitore Biblioth. Siculæ par. 2. pag. 239.

SYL-

SYLVIUS STELLA Nobilis Brixianus Frater Lactantii Stellæ, & Jo: Baptistæ Stellæ Fratris Filius, de quibus 1. par. litt. I. & L. apud S. Euphemiam in Patria Deo arctius sese Monasticis votis mancipavit anno 1584. die 18. Augusti: Ingenio præditus sublimi, humaniorum literarum, ac nobiliorum Scientiarum adyta, præsertim Mathematicarum intimè penetravit. Id ostendit tum Brixiæ in Errantium Academia, cui fuit adscriptus, tum Romæ, ubi Abbas S. Pauli cum esset, vetustissimam illam Basilicam, in superiori præsertim parte, non reparavit modo, sed splendidissimis etiam marmoribus, prænobili Contignatione, Picturis, Statuis, aliisque plasticis deauratis operibus, mirifice exornavit; & Monachorum domicilium in Monte Quirinali extruxit, quod paulo post ob Pontificium Palatium in eodem Monte à Paulo V. erectum, solo æquatum fuit, Monachis ad Transtyberinas D. Callisti ædes pro æstivo hospitio migrantibus. Nec minori Architectonicæ artis peritia Monasterium S. Euphemiæ, ubi regularem vitam auspicatus fuerat, commodius, ac venustius reddidit. præfuit etiam Monasterio S. Justinæ Patavinæ anno 1634. Singularem vero prudentiam, & eximiam sapientiam maxime patefecit, cum Congregationem universam Visitatoris primo, mox Præsidis munere administravit, ardua quæque negotia mira dexteritate conficiens; biennio autem post, id est anno 1646. Abbas S. Euphemiæ mortalem vitam deservit, totius Congregationis luctu, ac mærore; cui funebri oratione, solemnibusque inferiis parentatum est: scripsit vero Sylvius.

Oratione, ò discorso circa la separazione, che tentavano fare dalla Congregatione Casinense alcuni Abbati della Provincia Veneta; Extat ms. passim in nostris Monasteriis, & etiam apud me; estque sermo valde eruditus, & prudentia Christiana plenus in fol. pagg. 13. incipit.

„ Alli molti RR. Prelati della Provincia Veneta, Pace, e Concordia. La gia
„ quasi estinta Congregation' Cluniacense, che per molti secoli, per Santità di Vi-
„ ta, per eccellente dottrina, fu molto illustre nella Chiesa di Dio &c.

De hac autem tentata divisione hoc me legisse memini apud Leonellum Croceccalle in Hist. ms. Abb. S. Just. (si tamen rectè memini, nam librum illum Romæ reliqui, & nunc Assisii degens hanc editionem adorno; certe alicubi id legi;) scilicet, D. Dominicum Coloniensem nobili familia Perozzia ter Abbatem S. Justinæ, & ter Præsidem, virum alioquin egregium, & Oeconomum celeberrimum, eam separationem molitum esse circa annum 1620. aliosque ejusdem Provinciæ Abbates in suam sententiam perducere conatum, eaque de causa in Comitiis generabilis depositum, & Abbatia in perpetuum exauctoratum fuisse.

De Sylvio Stella agunt Octavius ac Rubeis in Elogiis Illustrium Brixiensium pag. 420. & seq. his verbis.

„ Silvio Stella havendo precorsa l' età con gl' onori Monastici, esercitò in
„ Roma il suo talento nella rinovatione della Chiesa di S. Pavolo, & nella fabrica
„ del Palazzo di Monte Cavallo, ch' hora è stato distrutto per l' ampliatione della
„ Reggia del Papa, hora abbellendo il Monasterio di S. Euphemia, & scorrendo Vi-
„ sitatore delle Provincie d' Italia, dispensando una intiera giustitia sopra à i suoi
„ Monaci, si leva dal tenore di quella vita ordinaria, che rende gli huomini sud-
„ diti all' oblivione. * Ambidue insieme meritano per negotii d' opere gravissi-
„ me, & appresso alla Sedia Apostolica, & appresso al nostro Prencipe Serenissi-
„ mo... Tali raggi uscirono dalla educatione di quella Stella, che fu un raggio del
„ Sole della vera Nobiltà; Ne vide egli solamente l' indole gratiosa di questi due
„ suoi cari attinenti, ma hebbe cagione di perfettamente gloriarsi delle grandezze
„ della sua Casa Stella, considerandole nel Conte Giulio Cesare, & in Monsignor
„ Gio. Battista suo Fratello ambidue nati in Roma, ambidue celebri nel mondo.

* Ipse scilicet, & Jo: Baptista Stella ejus patruus.

Leo-

„ Leonellus Croccalle in Hist. Abbatum S. Justinæ lib. 9. pag. 282. & seqq. à
„ tergo „ La più preggiata memoria del suo governo fù l'esemplarità della sua
„ vita il cui odore diffusosi, quasi messe Sabea, per tutta la Città, gli conciliò l'
„ amore, e la venerazione universale „ Plac. Pucc. in Nomencl. Abb. Congreg.
Casinensis impress. Mediolani apud Ramellatum 1647. pag. 39. „ Sylvius Stella,
„ Brixianus Patritius, Professus, & Abbas S. Euphemiæ, obiit an. 1646 Hic fuit
„ omnium Scientiarum peritissimus, & reliquit post mortem singularem, & utilem Bibliothecam. „ & in Chronolog. Abbatum Generalium pag. 15. In ejus laudem Elogium scripsit Leo *Matina*, quod vide in nostris Analectis.

Sylvius Stella in Epistola ad Fratrem suum Lactantium (de quo prima parte lit. L.) quæ ms. una cum pluribus ejusdem Lactantii, & aliorum ad eundem extat Brixiæ in Biblioth. S. Euphemiæ, hæc scribit, 1591. ex quibus ejus religiosi animi egregii sensus cognoscuntur. „ del resto Noi attenderemo à Noi stessi,
„ ricordevoli del nostro debito religioso, e di corrispondere all' onorevolezze de
„ nostri Antenati, e massime del Rmo P. Abbate D. Gio: Battista Stella il Vecchio,
„ che ridusse il Monastero di S. Faustino alla bellezza di Fabriche, che di presente
„ si godono, e di cui tiene il nome il Rmo P. Abbate nostro (eorum scilicet pa-
„ truus Jo: Baptista, de quo nos prima parte l. I. qui tunc S. Pauli de Urbe erat
„ Abbas) che veramente ci ama da Figli, e dal quale potremo trarre esempi di
„ vera virtù, e di desterità, e prudenza in lui singolare.

T

THEOPHILUS BONA nobili familia Brixiæ ortus, ibidem in Monasterio S. Euphemiæ D. Benedicti institutum amplexus est anno 1492. die 8. Septembr. celebratur ab honestate, & suavitate morum, & ingenii præstantia, qua fretus quædam scripsit Carmine elegiaco, quæ tum ob argumenti gravitatem, tum ob styli dulcedinem plurimum fuerunt probata; Sed quominus alia ederet, infelix ejus mors intercessit; nam eum Cœnobii sui Oeconomum ageret, à Gallis, Brixiam, quam sub Ludovico XII. vi cæperant, depopulantibus, diris tormentis cruciatus, ut Monasterii thesaurum illis proderet, rotæque ob id impositus, eo in supplicio expiravit an. 1512. ejus autem lucubrationes istæ referuntur.

1 *La ritiratezza del viver Solitario*; carmine elegiaco. 2. *Del valor de Bresciani*. eodem carminis genere. 3. *Discorso del vagare, e della certa sede delle anime de morti*; Sermo est valde eruditus, & curiosus.

De eo Leon: Cozzandus Bibl. Brixian. par. I. pag. 196. Secundæ editionis anni 1694. ubi eum nobili ingenio præditum vocat, sacris, humanisque literis quas enixe coluit, apprime imbutum &c. Octavius de Rubeis in Elogiis Hist. Illust. Brixien. pag. 215. sic de Theophilo Bona. „ Tanta fu la virtù nelle lettere di Teofilo Bona *Monaco* Professo di S. Euphemia, che il Valgulio, Gio:
„ Taberio, & gli altri famosi Letterati Bresciani, l'honoravano con straordina-

rio

„ rio affetto di riverenza. Haveva in se stesso una intiera secreta qualità così ris-
„ plendente al di fuori di compitissimi costumi, che sembrava una Magia occulta,
„ dalla quale dolcemente venivano sforzati gli huomini à prender da lui un pieno
„ sentimento di contentezza. Recitava i suoi versi dolcissimamente, e pareva,
„ che la sua voce fusse l' armonia de loro accenti, di cui era istromento la bellezza
„ della sua faccia, che aspersa di gravità Monastica, pareva, che havesse scolpita
„ nella fronte il condimento della prattica, e della vita civile, della quale com-
„ pose molti versi elegiaci, accompagnandoli con altri, ne quali diffusamente
„ descrisse *La ritiratezza del vivere solitario*; Così egli compariva luce di molte
„ luci posto fra due chiarissimi lumi di due suoi nobilissimi consanguinei, Frances-
„ co, & Pietro... che diedero materia illustre à Teofilo di scrivere la nobilissima
„ Elegia. ch' egli compose *del valor de Bresciani*. Morì nell' infelice sacco di Bres-
„ cia, perche essendo Cellerario del suo Monasterio, fù da un Hebreo Borgogno-
„ ne (à cui era stato indiziato per Monaco danaroso) tormentato col fumo, e
„ e col fuoco, & poscia con una spada infame ferito nell' anguinaglia „ quod utique supra à nobis narratis de ejus morte nullatenus repugnat, nam Rotæ alligatus cum esset, a perfido illo Judæo fumo, ac igne aflictus, ense denique peremptus fuit.

THEOPHILVS FOLENGVS loco nobili Mantuæ natus, ab ineunte ætate humanioribus literis impense deditus, Philosophiæ sub Petro Pomponatio celeberrimo ejus ævi Magistro, operam dedit; mox Joannis Baptistæ Fratris exemplo, Sæculo valedicens, Brixiæ in S. Euphemiæ Cœnobio cucullum induit an. 1509. die 24. Junii; quod extra omne dubium, patet tum ex nostris Regestis, tum ex Chartulâ pergamenâ ejus Professionis, in Archivo ejusdem S. Euphemiæ adhuc asservatâ. Quamvis autem esset genio acerrimo, & ad quodlibet scientiarum genus propensissimo (quas mira facultate, & perfectione discebat) naturali tamen instinctu ad Poesim excolendam impetu quodam ferebatur. Plura igitur Poemata Italico sermone composuit, quæ in publicum producta, veluti ejus ætatis gemmæ, summo in pretio sunt habitæ; Sed Latino sermone tunc reflorescente, ad Latinas Musas conversus, excellens, ac ingens Epicum Poema elucubravit, quo vel ipsum Virgilium superare mens illi fuerat; Sed ea spe dejectus, vel invidorum suasione, admirabile illud opus non, ut par erat ei laudantium, vel Episcopi Mantuani sententia, cui utpote Viro docto, ac erudito, Opus suum legendum, ac judicandum cum tradidisset, responsum hoc ab eo tulit *æquasti, sed non superasti*, illico Opus flammis devovit, rurique degens, fæcundissimi ingenii inexhausta vena, Opus aliud novo dicendi genere insigne, animique ingenita festivitate, ac lepore jucundissimum condidit, in quo Latinis, ac Italicis vocibus, præcipue *Lombardis*, ut nunc dicimus, undique permixtis, servata Metri harmonia amænissimo Carmine, jocose, ac facete multorum sui temporis vitia carpit, occulte tamen, & confictis eorum nominibus. Huic Poemati placuit Theophilo nomen imponere *La Maccaronea*, ducto etymo ex buccellis farina, ovis, & caseo trito compositis, quas Itali vernaculo sermone *Maccarones* appellant; Cui tamen operi Theophilus, quod Monasticæ gravitati minime consonum videretur, nomen subtraxit suum, fictumque *Merlini Cocai* * substituit. Opus utique doctissimum, quod communi omnium plausu exceptum, Auctori nominis immortalitatem peperit; Nihil enim eo festivius, nihil celebrius hoc in genere hactenus prodiit, quamvis multi præstantes ingenio, ac doctrina viri in eadem palestra postmodum desudaverint. Jure igitur Theophilus Ingeniorum Phænix, novi Styli, novæque Poeseos Conditor felicissimus etiã nunc audit; Qui & antiquis haud imparẽ glori-

* Pagus est Cocai, agri Brixiani.

am sit adeptus, & posteris palmam, imo etiam victoriæ spem, eo in argumento eripuerit. Missus autem in Siciliam, toto decennio ibidem commoratus, Principi Ferranti Gonzagę in paucis charus, ejus rogatu opus aliud egregium, *La Palermita* dictum, composuit. Demum varias tota vita expertus fortunę vicissitudines, cum Italiam repetivisset, in amenissimum S. Crucis Campesij Cœnobium prope Bassanum * ad Medoaci Ripam, se recipiens, magis magisque Musis, omnino tamen sacris, unaque pietati vacans, aliquot annis quiete, ac dulci otio gavisus est ad obitum usque, qui ei prospere contigit sub Carolo V. Cęsare anno 1544. die x. Decembris, * ętatis suæ non amplius * quinqagesimo; quæ sane mors pro tanti Vatis ingenio, immatura videri potest, nam si ejus vita diuturnior, nobiliores etiam Ingenii fętus indies edidisset, præsertim, cum post *Maccaronicorum* editionem, quorũ eum postea magnopere pęnituit, ad graviora, eaque sacra opera animum, & calamum adjecisset; eorum vero quæ reliquit hic est Elenchus.

La Brenta.

* Aliis 9. Oct.

* Aliis 52.

I *Maccaronicorum opus sub nomine Merlini Cocai Poetę Mantuani*, in quatuor partes divisum, quarum prima est *Zanitonella*, tredicim *Sonnolegiis*, septem Eclogis, & una *Strambottolegia* constans, ubi de Amore Tonelli erga Zaninam. secunda, *Baldus*, seu *Phantasię* Maccaronicorũ, in 25. Maccaronicos seu libros divisa, in qua de Gestis magnanimi, & prudentissimi Baldi. Tertia *Moscheidos*, facetus liber in tres partes divisus, cruentum Muscarum, & Formicarum certamen describens. Quarta, Libellus Epistolarum, & Epigrammaton ad diversos. Impressum hoc opus primum fuit, quod hactenus videtim, Tusculani ad Lacum * Benacum anno 1522. & postea Venetiis anno 1561. apud Joannem Variscum, & Socios in 12. opera, & labore Vigasi Cocai; quisquis hic demum fuit, estque editio cęteris auctior, & correctior; in cujus fronte hæc inter cætera habentur.

* Lago di Garda.

„ L' Author del Merlino Teofilo Monaco Casin. accortosi non haver possuto
„ giungere al vanto datosi di superar' Virgilio, trasmutò il suo Poema di Eroico in
„ Maccaronico; di qui è che spesso egli si duole.

Namque vetusta nocet laus nobis sępe modernis & in fine Moscheidos
Illius heu frustra doctas captare sorores
Speravi, ac multa laude tenere polos,
Nil fuit evigiles studio concludere noctes
Postquam tot noctes abrogat una dies.

At Merlini *Maccaronicon* impres. tertio fuit Venetiis an. 1564. in 12. apud Bevilacquam, studio, & industria Magistri Aquarii Lodolæ, (nomen ut arbitror etiam istud suppostitium) qui à quodam Scardasso Plagiario, surreptũ illud, ac labefactatum, ac penitus a prima sui facie mutatum, mutilum, & mancum editum asserit, vel potius fingit, à se autem expurgatum, correctum, pristinæque formæ, ac nitori restitutum. Quarto pariter Venetiis an. 1573. apud supramemoratum Jo: Variscum, & Socios in 12. Quinto ibidem anno 1583. in 16. Sexto ibidem anno 1585. in 12. apud Dominicum de Imbertis, & pluries etiam ibidem: & novissime Amstelodami an. 1692. apud Abrahamum à Semeren in 8. cum venustis figuris unicuique libro pręfixis. Occasionem vero, seu causam Poematis hujus scribendi pandit Vigasus Cocajus pag. 27. ante idem Poe-
„ ma, „ La cagione, che indusse il nostro Poeta à poetare in questa si degna Ope-
„ ra, fù la prodezza, il valore, la generosità d' un Scolaro Mantoano della Fa-
„ miglia *Donesmonda*, chiamato *Francesco*, come il gran Cavalier Francesco Gon-
„ zaga, ultimo Marchese di Mantoa, ordinò fosse nominato del nome suo, te-
„ nendolo proprio desso al fonte del Battesimo: Essendo egli pur in Studio di Bo-

longa

T

„ logna era un stupore della sua valorosità, gagliardezza, liberalità, bellezza,
„ leggiadria, animosità, con un ingegno prontissimo, ad ogni quantunque diffi-
„ coltosa impresa. Pertanto tirandosi come fina calamita tutti è buoni Compagni
„ dietro, diede con molti fatti materia, e sogetto al nostro Merlino di fingere
„ questo volume, sicome una scorza, sotto la quale sta occulta la verità di molte
„ e molte cose. E così per la sua baldanza chiamollo Baldo, e li Compagni, se-
„ condo il vario costume loro, nominolli chi Cingaro, chi Falchetto, & il resto.

In calce autem unius exemplaris laudatæ editionis Venetæ anno 1561. per Vigasum adornatę, visi à me Ferrariæ in nostra Biblioth. anno 1718. plura manu exarata de Merlini Macaronico Opere leguntur, desumpta partim (imo potissimum) ex Dictionarii Moreriani supplemento tom. 3. pag. 399. editionis Amstelodam: anni 1702. partim ex aliis Auctoribus, interquæ hæc

„ On dit, que Theophile Folengi, qui florissoit vers' an. 1520 à ete l' Aute-
„ ur de cette sorte de Poesie. Dans le Dialogue entre S. Ange, & Mascurat,
„ composee par Naudee sur le jugement de Pieces publiees contre le Cardinal Ma-
„ zarin, Mascurat pretend, que si notre Theophile n' à point la gloire d' havoir in-
„ ventè cette espece de Poesie, il à dù moins, ete le primier, qui' a cultivè, etque
„ la Macoronee du Rimini qui fut publiee en six Liures l' an. 1526. par Guarino Ca-
„ pella contre Gabri Roi de Gogue e Magogue, n' a point dù passer pour la pri-
„ mier Piece en ce genre; puisque la Macaronee de Folengi avoiet parù des
„ l' anno 1520. sus le nom de Merlin Cocaje. Quoiqù il en soit., il est
„ certain, que cette Macaronee de Folengi à ete la plus estime, & qu' elle
„ à efface toutes les autres Macaronees de son tems; soit pour le stile, soit
„ pour l' invention, soit pour les riches Episodes, qui se rencontren dans l'
„ Histoire de Baldus, qui est l' Heros du Poeme, è pour le melange artifi-
„ cieux du Plaisent * avec l' Utile; En effet le Sieur Tomasini estime, que c' est *Utile dulci.
„ una Piece de fort bon gout, remplie d' agremens, qui chache des sentimens,
„ & de maximes fort serieuses, sousdes termes facesieu. Il y tourna en ridicule les
„ titres vains des Grandes avec beaucoup d' adresse. Il y depeint les moeurs des
„ hommes sours diverses figures. Il attaque les vices, & particulierement la pa-
„ resse, la curiositè frivole, l' una, & l' autre debauche, l' envie; Il y fait pa-
„ roitre une grande conoissance des choses naturelles, des antiquitez, des arts,
„ des sciences, des usages, rits, & coutumes. En fin son ouurage est une Saty-
„ re de nouvelle espece, mais qui est sans fiel, & sans venin. On dit, que Rabe-
„ lais à voulu imiter en partie cet ovurage. & qu' il en à tirè les plus beaux mor-
„ ceaux de son Pantagruel. Mais ceux, qui l' ont voulù traduire en nostre langue
„ ont travaillè fort inutilment, & ils sont a plaindre s' il sont cru' pouvoir fair pa-
„ sser dans notre langue les graces d' un ouurage de cette nature. Les applaudi-
„ ssimens, que Folengi reçut de ces Pieces purement macaroniques, lui enflerent
„ le coeur, & le porterent à tenter un autre genre d' ecrire &c. Ita ibi... At Joannes Marius Crescimbenius Comment. Vulgaris Poeseos vol. 5. pag. 7. Merlinum Macaronici Carminis Authorem diserte affirmat „ Avendo noi favellato
„ nel 1. volume di questi Commentarii anche della Poesia Macheronica, e si con-
„ viene, che non lasciamo di notar' qui, che sopra i primi due versi del poema di
„ Merlino *Auttore di questa specie di Poesia*, fà una bella lezzione Jacopo Mancini
„ Poliziano, la quale fù impressa fra le altre sue lezzioni in Genova 1591. pag.
„ Sed ad alia Theophili Opera pergamus.

2 *Dell' Humanità di Cristo* in ottava rima lib. x. In Venetia presso Aurelio Pincio l' anno 1533. & iterum ibidem apud Matthæum Bosellum anno 1567. in 8. & tertio pariter Venetiis apud Dominicum, & Joannem Baptistam Guerram

 fra-

fratres anno 1578. in 8. cum hoc titulo *Della Vita di Cristo* Lib. x. nei quali discorrendosi intorno le Profetie dell' avvenimento di lui, si arriva alla salute dell' umana Generazione, la quale egli ricuperò dalla morte con la sua morte propria, Ornati di molte, & vaghe figure per abbellimento dell' Opera, e sodisfazione di coloro, che si dilettano di così utile, e fruttuosa fatica. di Teofilo Folengo. Incipit

Dell' alma Sempiterna Trinitate
L' alto profondo, incomprensibil senso, Explicit
Uccide morte, e uscendo con gran voce
Lasciò vittorioso il Corpo in Croce,

* Promotorii Minervę ex Carolo Stephano est juxta Surrentum, ubi extat Cenobiolum unitum Monasterio S. Severini Neapolis.

3 *Varium Poema, id est Miscellaneum*, impressum an. 1533. In Promotorio * Minervę ardente Syrio in 8. una cum Dialogis Joannis Baptistæ Folengii ejus fratris ad Viros celeberrimos sui temporis, quos Pomiliones vocavit. In quibus etiam sunt variæ Epistolę nostri Theophili ad eundem suum fratrem.

4 *Janus sive de tempore*; impressus in eodem Promotorio eodem anno in 8.

5 *Chaos sive Dialogus* de tribus ætatibus hominis, vulgo *Triperuno*, ubi prosa, ac metro Latine, & Italice, tribus sylvis, id est libris agitur, de humana Vita; impress. Venetiis Per Gio: Antonio, & Fratelli da Sabbio. ad instanza de Nicolò Garanta, adi 1. Zenero 1527. & iterum ibidem anno 1546. in 8. per Antonium, & Petrum Nicolini, & Sabbio; Opus ingeniosissimum, sed valde obscurum, ut asserit Petrus Ricordatus Hist. Monast. diar. 4. pag. 459. Incipit

Unus adest triplici mihi nomine vultus in orbe
Tres dixere, Chaos, numero Deus impare gaudet

Totius Operis argumentum sic exprimit ipse Merlinus pag. 4.

Tres sumus unius tum animę, tum corporis iste
Nascitur, ille cadit, tertius erigitur
Is legi paret naturæ, Schismatis ille
Rebus, evangelico posterus imperio.
Nomine sub ficto Triperuni cogimur iidem
Infans, & juvenis, Virque, sed unus inest.

De hoc opere ita narratur in prædicta pagina manuexarata exemplaris Ferrariensis ad calcem Macaronices Vigasianæ 1561. „ Les applaudissemens, qui Folengi reçut de ses Pieces purement Macaroniques, lui enflerent le coeur, & le „ porterent à tenter un outre genre d'ecrire, qui fut celui de prendre un milieu en- „ tre le serieux, & le *Macaronique*; Il fit dansce genre *Le Chaos des trois Ages* in „ Italien; mais il y echoua; & le chagrin, qu' il eut du mauvais succez decet ovu- „ rage, luis fit renoncer au stile Macaronique pour prendre le Berniesque, qù il „ emploja dans son Orlandin,

* Anagram. Merlini.

6 *L' Orlandino* sive de gestis Orlandi parvuli; impress. Venetiis an. 1550. apud Augustinum Bindonum in 8. sub nomine * *Limerni Pitocchi Mantuani*, Opusculum ludicrum, & curiosissimum, partim Latino, partim Italico sermone compositum; quod tamen est caute legendum, nam multis erroribus Lutheranas hęreses sapientibus, scatet, qui (ut ipse Merlinus ad calcē libri in Apologia eiusdem dicit) non quidem suo, sed aliorum sensu ibi referuntur, ut patet inter alia ex his duobus versiculis, *Tali parole piene d' heresia*,

Diceva * *Berta, perche era Todesca*. Item scripsit,

* Filia Caroli Magni Matęr Orlandini.

7 *La Palermita*, overo *La Pinta* lib. 2. divisa in Canti 55. ad imitazione di Dante, in terza Rima; Nel 1. lib. si narra la rapresentazione della Creazione del Mondo, e caduta di Lucifero, colla prevaricatione d' Adamo. nel 2. libro si narra dal Presepio di nostro Signore fino al Cantico di Simeone Giusto: Composta nel Monastero di S. Martino di Palermo ad' istanza di Ferrante Gonzaga Vi-

ce Re-

ce Re di Sicilia ; Opera non men dotta , che bella , e ripiena di Spirituale dolcezza . Primus liber constat Cantibus 30. incipit

Hor ch' io son posto à fren di quell' etade
Ch' altrui distempra per molt' anni , e indura
Nel gia preso costume , & qualitade &c.

Secundus liber habet cantus 18. incipit

Stanca la nave mia solcar tant' onde
Per la profonda mar' de fagri inchiostri
Hor fiede à ristorar le fiacche sponde &c.

Hujus Operis quædam exemplaria mss. extabant olim Panormi apud D. Constantinum Cajetanum , ut affirmat Arnoldus Wion loco mox citando . extat etiam Mediolani pariter ms; in Biblioth.S. Simpliciani , ibidem à me visum an.1687. & aliud exemplar optimo charactere scriptum extat Florentiæ in Biblioth. nostri Monasterii in 12. à me ibi visum anno 1709. Aliud in S. Benedicto de Mantua ; & alia apud alios .

Anton. Mongitore Biblioth. Siculæ par. 2. pag. 63. col. 1. agens de Mauro * Chiaula , hæc de Folengi Palermita narrat „ circa annum 1581. * Theophilus „ Folengus concinnavit scenicam actionem Creationis mundi , Italico , & Latino „ Carmine in Monasterio S. Martini de Scalis , ut obsequeretur Ferranti Conzagæ „ Proregi Siciliæ , cui erat permaxime charus , cujus etiam nutu alias tragicas „ actiones Italicè exaravit , nempe *S. Cecilie , S. Christine , S. Chatarine &c.* „ quas D. Maurus Chiaula Musices peritissimus armonicis notis jussu Marci Antonii Columnæ Proregis , Gonzagæ Successoris , consignavit suavissimè , ac mirabiliter , quæ actiones decantatæ fuerunt opera , & expensis Senatus Panormitani in Ecclesia S. Mariæ vulgo *della Pinta* , ab imagine B. M. V. ibidem depicta , à qua Opus etiam Folengii sortitum est nomen *La Pinta* , quas sacras actiones „ apud se custodit P. D. Michael de Judice Abbas Montis Regalis , publici juris „ aliquando easdem facturus. „ hæc Mongitore, quod ipsum mihi quoque testatus est idem Abbas Michael de Judice Romæ an. 1714. à Comitiis Generalibus Patavio in Siciliā rediens; ex qua Mongitorii narratione intelligitur, cur hoc Panormitæ opus , quod Canticis 55. constare dicitur , nonnisi cantus 48. numeret , videlicet 30. primi & 18.posterioris libri; nam addi his debent tragicæ illæ actiones Sanctorum paulo ante recensitæ , quæ prænarratum numerum 55. conficient . Item

* De eo supra Lit. M.

* 1541. nam Theophilus obiit 1544.

8 *Agiomachia , sive de certamine Sanctorum* ; ubi Martiria 1855. Carmine heroico describuntur , inter quæ maximè excellit Martyrium S. Andreæ Apostoli , cum Hymnis aliquot pulcherrimis in laudem eorundem . extat ms. in Monasterio S. Benedicti de Mantua . 9. *De Passione Domini* , Carmine heroico .

10 *De Partu Virginis* , Poema insigne , quod , ut refert Iacobus Philippus Thomasinus in Theophili Elogio , cum ipse Theophilus legendum Sannazario obtulisset , arbitrati sunt quidam , Sincerum , Theophilo hoc argumentum eripuisse . quod tamen falsum esse Theophilus ostendit hisce Carminibus , quæ in fine Operis Macaronici leguntur .

Exiet Arcadicus per Sdruzzola metra libellus
Nazari , quo Prata , Greges , Armenta , Capellas ,
Pastoresque canet , Sylvas , Magalia , Hymphas ;
Christeidam post hæc cantabit , dignus Homeri
Laudibus , at cedet Vati , quem protulit Andes .

In Biblioth. S. Georgii ms. Ven. extant Theophil. Folengii .

De

* Anagramma Theophili. 11 *De Christi Domini Resurrectione*, sub nomine * Philothei, & 12. *De vita solitaria, & civili*; carmen ad Guidobaldum Urbini Ducem mss. sig. n. 330. Item scripsit aliud opusculum versibus Macaronicis, cui titulus.

13. *Il Libro della Gatta*; item. 14. *Canzone*; qua Monachorum sui temporis mores describuntur, cuius finis talis est.

Chi vuol provar dell' Inferno il supplicio
Vada sotto il Villan' posto in Officio.

Hęc duo opuscula referuntur à laudato Thomasini qui affirmat nonnulla Folengii mss. extitisse in Bibliotheca Gabrielis Naudęi sibi amicissimi; & alia Ticiui Regii apud D. Joannem Ebutium Protophisicum, inter quæ erant.

15. *Satyrę carmine Macaronico*, quibus nomen dedit *Le Gratiecie*; quod idem Thomasinus ex literis, & alloquiis Constantini Cajetani se accepisse testatur; ex quo etiam Thomasino habemus Theophilum scripsisse.

* Arnoldi. 16 *Metaphisicam adversus Platonem*; item ex Arnoldo Wione constat eum scripsisse. 17. *Epistolarum librum ad diversos*; qui suo * tempore *extare dicebatur*. Item reformavit, & in elegantiorem faciem redegit.

18 *L' Orlando Innamorato del Bojardo*, e la Riforma del medesimo fatta dal Berni. De hac Theophili lucubratione, hæc tradit prælaudatus Vigasus Cocajus in præfatione ad Lectorem „ Accadè, che Merlino vedendo le Rime del *Furioso* essere in quell' altezza, che ponno salire, così di arte, come di elegantia „ castigatissima, gli venne desio di riformare etiandio quelle del Bojardo, * es- „ sendone pur molte non respondenti alle norme limatissime d' hoggi; Ma venu- „ togli detto, che un Gran * Poeta havea tolto tanto incarico, anzi di riducerle, „ come si presumea, in quella leggiadria di quelle dell' Ariosto, non volse più ol- „ tre seguire per sua modestia, e per non parere, che volesse concorrere, abbas- „ sandosi molto più forse di quello dovea fare. Ma poi vedendo tal' opera tutta „ tramutata, volteggiata, e fatta lontana dalla prima, è che il titolo primo in „ fronte del libro totalmente levato era dal Bojardo, & imposto ad altro Auttore, „ non puote non sdegnarsi amaramente à tanto ardire; e quando il bel principio „ vidde tramutato, hebbe compassione dell' Auttor di quello, che più tosto ha „ reso biasmo à se stesso, che laude, non sapendo fors' egli che 'l Conte compo- „ nendo la Opera sua in quelli tempi, che erano smarrite le regole della Gramma- „ tica Toscana, ogni giorno ne recitava un canto al Duca di Ferrara, alla Du- „ chessa, è tutta la Corte dell' uno, & altro sesso; Però cominciò il suo bel Poe- „ ma *Signori, e Cavalier che v' adunate*. Per questo dunque se mise il nostro „ Merlino à seguir' l' impresa lasciata, è dove gli parea, ch' il detto Poeta limato, „ è racconciato havesse assai bene le cose non così leggiadramente scritte, ha vo- „ lato dar questo honore à lui, molto più grande, che lo scorno contratto in vo- „ lersi far Auttore di quello, che giamai fatto non havea. Hor dunque habbiamo „ trovato quest' altra fatica, e presto col suo honorato titolo verrà in luce, non „ senza laude di quel Poeta, huomo in vero di molto ingegno.

* Conte Mattheo Maria Bojardo da Scandiano.

* Il Berni.

Jo: item Marius Crescimbenius Comment. Hist. Vulg. Poes. vol. 5. pag. 31. de hac ipsa Bojardi reformatione à Merlino adornata ita loquitur „ ;Tra i Riformatori dell' Orlando innamorato del Bojardo annoverati nell' Istoria V. P. pag. „ 319. debbe mettersi Merlino Cocajo, cioè Teofilo Folengo, il quale havendo „ veduta la Riforma fatta dal Berni, come si fece nella prima impressione seguita „ in Venezia l' an. 1541. colle stampe di Luc' Antonio Giunta, riformò egli non „ più la fatica del Bojardo, che quella del Berni; ma quantunque Vigaso Coca- „ jo nella Prefazione della Maccaronica di Merlino scriva, che in breve haverebbe „ data alla luce questa Riforma, non dimeno nol' fece, ed' ella si rimane tuttavia inedita „

Jam

Jam vero de Theophilo Folengo, præsertim sub nomine Merlini, innumeri cum laude agunt, Nos præcipuos seligemus. Arn. Wion Lign. Vitæ tom. 1. lib. 2. cap. 78. pag. 463. & segg. ubi Poetam sui temporis celebrem eũ vocat. Petrus Ricord. Hist. Monast. dial. 4. pag. 459. juxta editionem Rom. an. 1575. *Virum valde doctum, & facetum* optimo ingenio, humanis, benignisque moribus præditum appellans Ant. Poss. in app. sacr. tom. 3. pag. 293. edit. Venet. an. 1606. edit. vero Colon. anno 1608. tom. 2. pag. 474. varia ejus opera, sed tamen seria commemorat. Alexander Tassonus *secchia rapita* cant. 8. ubi de ejus sepulchro sic, *Sino al Catai*

Splende il Sepolcro di Merlin Cocai.

Et iterũ in explicationibus Salviani pag. 236. Plac. Pucc. in App. Histor. de Illustribus Abbatiæ Florentinæ viris cap. 10. pag. 18. Hip. Mar. Biblioth. Marian. par. 2. pag. 395. ubi mutuatis ex ejus Epitaphio verbis, eum vocat, *Spectatæ pietatis, & incorporabilis doctrinæ Virum*; & pro sua Biblioth. Mariana refert ejus *De partu Virginis poema insigne*. Georgius Matthias Conigius Biblioth. Vet. & Nov. impress. Alstorfii 1678. pag. 199. col. 1. ejus Macaronicum opus impressum dicit Venetiis an. 1513. quæ editio multo anterior esset superius allatis nisi mendum sit Typographi. Gaspar Scioppins in . . . . „ Ex eodem patriæ „ linguæ fonte haud pauca Possevinus in Historiam suam derivavit, ut suspicionem „ moveat, se popularis sui Theophili Folengii exemplo Macaronizare, & Merli„ num Cocajum soluta oratione reddere voluisse. „ Jac. Phil. Thomasinus Episcopus * Æmoniensis in Histria, in Elogiis, ubi exemplo fratris (Jo: Baptistæ) divino spiritum afflatum è liberiori vitæ genere ad Monasticam vitam repente transisse affirmat, ejusque exhibet effigiem cucullo Monastico indutam, procera statura, fronte spatiosa, vivacibus oculis, ore blando, vultu decoro, naso paululum adunco, quam effigiem expresserunt etiam, qui ejus Macaronicum opus nuper Amstelodami * typis tradiderunt; Thomasinus ergo de eodem Macaronico opere sic differit, „ Nimirum omnia hic salse, opipare „ condita omnia, quibus nemo satis exsatiabitur, cognoscet, qui vel semel ea„ degustaverit, Amæniora literarum studia si quis desiderat, nihil hic desiderabit. „ Si severa, sub jocosis nominibus ea sic latent, ut nihil calamo exciderit, unde „ non aliquid utile, jucundis facetiis insinuetur. Quanto artificio superbos tu„ los Heroum taxat? Quos non mores hominum sub diversis tegumentis depingit? „ Quam severe alienæ virtuti invidentes impetit? Virtutis oblectamenta quam di„ vine prosequitur? Quam docte sua cuique Regioni, quæ mirantur naturæ im„ periti; reddit? Nulla certé artium documenta prætermisit, quin omnium lu„ dorum, argutiarum, & certaminum apparatus, ritus, cæremonias, athletas, „ arma, currus, balnea, popinas, tabernas, miro ordine proposuit. Sed quid „ exactius, quam vitia in medium proferre, & sine offensione? „

* Città Nuova

* Ficte, sed veve Venetiis, vel Patavii.

Jac. Gaddius, de Scriptoribus non Ecclesiasticis tom. 1. pag. 184. „ ostendit Folengus, nominis celebritatem, ac vitam longe majorem parari ludicro, „ ac jocoso volumine, quam multis seriis, ac doctrinæ pondere gravissimis mo„ numentis. Siquidem Theophilus non vivit per ora volitans eruditorum, vel ele„ gantium hominum, quod nomini * consona tractavit carmine diu Mysteria Christi „ Servatoris, *De Passione, deque Humanitate, & de Partu Deiparæ Virginis*, nec „ quod condiderit *Metaphisicam adversus divinum Philosophum*, & alia Opera, sed „ quod ediderit Macaronicum opus Poeticum sub nomine Merlini Cocai; id vi„ vit fati nescium, & minime timens mortalitatem, eamque peperit existimatio„ nem Authori, ut hic in suo genere summus numeretur ab æquiore judice, vel „ præcone cum Principibus Epici Poematis. „

* Theophilus amans Deum.

Ho-

Honorius Dominicus Caramella in Musæo illustrium Poetarum Latinorum cum Notis Michaelis Foscareni Nobilis Veneti 2. edit. Venet. 1652. typis Omnibenii Feretti pag. 276

Theophilus Merlinus.

Quæ vates gignunt jam longo tempore Musæ
Hasce novas potis est gignere Cocajus.

Theophilus à Mantua ex Ordine D. Benedicti ingenio lepidissimo Vir fuit, &
„ eximius Latinus Poeta, qui videns primum in Epico Carmine locum à Virgilio
„ jam occupatum esse, Carmine Macheronico suum composuit Poema, ubi Baldum
„ Heroem celebrat, & se Merlinum Cocajum appellat; in quo Carminis genere primum sibi locum comparavit. „ Brixiæ in ædibus Abbatis Cœnobii S. Euphemiæ extat antiqua tabula effigiem Folengii exprimens, hac Epigraphe adornata.

„ Theophilum hùc graphicè a Prototypo relatum è Patricia stirpe Folengia
„ Mantuæ prodiisse, Brixiæ in S. Euphemiæ cucullum induisse, jocoso schesma-
„ te Macaronica Merlinum Coçajum proferentia, serioque alia multa poemata
„ edidisse compertum esto.

* Galler. Poet. Eques Io: Baptista Marinus in Musæo * Poetico prosopeja usus lepide, simulque eximie eum commendat; Ludovicus Moreri præter ea, quæ paulo ante ex ejus supplemento retulimus, plura alia de eo habet, quæ prætermittimus, his tantum, paucis quidem, sed majoris momenti adductis verbis. „ Folengo fut
„ l' *Antonius Arena* des Italiens... *Le* * *Pignoria* dit, qù il reussissoit egalemment
* Laurentius. „ dans le stile serieux, è dans le burlesque, que l' un, & l' autre genre le rendait
„ comparable aux Anciens pour l' air naturel, etque pas un des Modernes ne de-
„ voit pretendre d' arriver aupòint de sa perfection, non pas meme de le sujure
„ d' espresse. „

Sed nemo melius ipso Merlino Macharonicum suum Poema descripserit, in ipso ejusdem Proemio edit. Venet. anni 1564.

In te militiæ furor, astus, tela, modusque
In te ventorum nomina, visque maris,
In te cognitio diversa arcana metalli.
In te totius spherica forma poli,
In te Cosmographis, Magisque scientia normæ;
In te quam placeat Musica diva Jovi.
In te sub terræ Plutonis Regia centro
Non brevis hoc tantum pagina ferret onus &c.

In principio vero Moscheidos causam indicat Macharonicæ scriptionis, eandem prorsus, quam nos supra indicavimus, quam nihilominus ex ejus ore audire longe gratius erit.

* Apollinis *Illius, heu frustra doctas captare sorores*
Speravi, ac multâ laude tenere polos
Nil fuit evigiles studio concludere noctes,
Post quam tot menses abrogat una dies. Et in fine
Protinus intumuit nostro sub pectore virus
Nec Phœbo, dixi, nec tibi subiicior
Inde furens plectrum rupi, stipulamque resumpsi
Nos comenzavit piva sonare modos.

Sed tandem ludicræ hujus scriptionis magna cum cæpit pænitentia, tempusque seriis, ac sacris deinceps lucubrationibus redimere conatus est; qua de re in principio poematis, *De Humanitate Christi* sic plorans loquitur.

De

De Humanitate Christi, sic plorans loquitur

Ver' è ch' un dolor grave ogn' or m' elice
Vento dal petto, e pioggia fuor degli occhi
D' haver seguita in van l' adulatrice
Mia voglia, è quella più d' alcuni sciocchi.
Scrissi già sotto nome, onde l' ultrice.
Fiamma del Ciel par ch' ora in me trabocchi
Nome di leggerezza, or me ne spoglio,
*E quelche sana Amor di * Dio ritoglio*. &c. * Theophilus.

Et in quodam Epigrammate; nam

19 *Libellum etiam Epigrammatum composuit*, teste Vigaso Cocai, iterum levitatem suam detestatur.

Quæ prius ingenio docili mihi floruit ætas
Magnificæ poterat laudis adire jubar
Decipitur juvenum sed mens impavida, quæ quo
Sæpe decus poscit, dedecus inde refert.
Cum mihi preteritę subeunt insomnia Vitę
Tam pudet, ut pudeat non puduisse satis &c.

Denique in lib. *de tribus etatibus*, sylva tertia in fine sic inter cætera Deum alloquitur

Quid faciam, tanto qui absumpto tempore noctes
Produxi vigiles ea per figmenta volumen.
Nugarum ędificans? en culpę cognitor omnis,
En quibus ingenium, quo nos decora alta subimus.
Turpiter implevi fabellis, quo per ineptos
Consenuit lusus viridis squallere juventa.
Pars melior consumpta mei, redituraque nunquam
Rapta est, unde animi ratio me conscia torquet.
Eheu quid volui misero mibi? sordibus aurum
Perditus, & gemmas immisi sęcibus Indas.

Cæterum Theophilus post detestata ludrica omnia poemata, & reliquum tempus piis operibus, sacrisque lucubrationibus insumptum, cum religiose admodum obiisset, in Ecclesia S. Crucis Campesii tumulatus fuit ad lævam Altaris cum hoc simplici Epitaphio.

„ Hic Cineres Theophili Monachi, tantisper dum reviviscat, asservantur, &
20 in Domino quievit felicissime die 9. Decembris 1544. „

Sed hoc Epitaphio temporis diuturnitate fere deleto, duo Monachi nostræ Congregationis, S. Benedicti de Mantua sodales, Nicolaus nempe * Salodianus, & Columbanus Brixiensis, Poetæ illorum temporum haud postremi, alia diversis linguis, Græcâ, videlicet, Hebraicâ, Latinâ, Italicâ, Hispanicâ substituere, quæ omnia propter eorum elegantiam, & venustatē (Hebraicis exceptis) diligenter excripsit, & in suum opus transtulit Arnoldus Wion tom. 1. l. 2. pag. 464. & seqq. ibi si cui placet videnda; nos distichon tantum, & unicam inscriptionem inde excerptam hic afferimus. * Salò.

In introitu Sepulchri.

Mantua me genuit, Veneti rapuere, tenet nunc
Campesium, cecini Ludicra, Sacra, sales.

Ante faciem ingressus.

„ Spectatæ pietatis, & incomparabilis doctrinæ Viro Theophilo Folengo cogn.
„ Merl. Mon. Cas. qui ut erat festivissimus, cum ab ineunte ætate lepidiss. Mach.
„ opus novo dicendi genere, animi gratia edidisset, multa item seria, atque

" adeo sacra cum Hetrusco, tum Latino sermone elucubravit, quo exiguo atque
" humili diu neglectus jacuit, id Monachi aliquatenus, ut cernis, monumentum
" instaurari Viro doctissimo procurarunt decessit studiis, senioque confectus 1544.
" v. Idus Decembris.

Verum his quoque, aliisque temporis injuria fere consumptis, denuo an. 1609. Abbas Angelus Gryllus amœnissimus Poeta, ea instauranda curavit, addito Laurentii Pignorii Patavini Philosophi nobili hoc Elogio.

" Theophilus Folengus Patricius Mantuanus Monachus Benedictinus hic situs
" est, qui non modo in seriis, sed & in ludicris pangendis carminibus ea eminuit,
" tum meditandi, tum dicendi vi, ut in limine adolescentiæ constitutus, veteri-
" bus quibuscumque in utroque genere par, ademerit recentioribus omnibus spē
" omnem sive assequendi, sive prosequendi. Obiit anno 1544. plane quinquage-
" narius, cum in hoc amœnissimo secessu, juste ac religiose de migratione in ve-
" ram Patriam cogitaret, * Angelus Abbas S. Benedicti, inter Padum, & Lario-
" nem, Musarum, & artium ingenuarum acerrimus ...... Ne ignobilis pauco-
" rum incuria præstantem clarissimi Vatis memoriam penitus aboleret, tumulum
" excultum, & celebrem olim, sed negligentiâ superiorum temporum collapsum,
" & minus frequentem, ad virtutem etiam posterorum augendam, in præsentem
" faciem, splendoremque restituit an. 1609.

Græcia quid Latio vix unum obtendis Homerum?
*Una * duos numerat Mantua Mæonidas.*

Ita Theophilus etiam post fata sapientum omnium ætatum encomia promeritus, immortali fama super æthera volat; nam in hodiernam usque diem quotquot eruditi viri ejus sepulcrum, tantæ virtutis recolendæ gratia invisunt, non nisi inscripto in ejus laudem aliquo carmine, veluti lilia spargentes, discedunt. Vide nostra Analecta, ubi plurima alia de eodem, & quidem scitu dignissima, & per quam curiosa, si placet, legere poteris.

THEOPHILUS MARTIUS Senis in Tuscia nobili familia prodiit, & in Casinensi Asceterio sub Angelo Sangrino Abbate in Monachum attonsus anno 1569. die 24. Junii, Patriæ, sibique, ac susceptæ religioni non parum attulit splendoris, & gloriæ. Nam cum perspicaci polleret ingenio, adeo in optimis scientiis, Philosophiâ præsertim, Theologiâ, ac Mathesi profecit, *ut suis temporibus in nostra Congregatione mirabilis haberetur*, inquit Placidus * Petrucciuș: Juvenis admodum Theologiam plures annos Romæ publicè docuit, teste Petro Ricordato; Ubi etiam anno Jubilæi 1575. à Gregorio XIII. Pontifice Maximo in Basilica S. Pauli Pœnitentiarius, ut dicimus, ampliori cum facultate constitutus fuit. Pervulgata deinde fama singularis, profundæque ejus doctrinæ in Mathematicis disciplinis, idem Pontifex iterum eum accersivit, ut Reformationi Kalendarii, una cum aliis eruditissimis ex toto Orbe accitis Viris insudaret, qui acerrimo judicio rem tractandam cum suscepisset, non solum novam Kalendarii reformationem adsolutissime confecit, verum etiam omnia incommoda, quę ex reformatione ab aliis pariter proposita tractu temporis oriri poterant, indicavit, & validissimis rationibus ostendit. Demum Casinum reversus, cū ibidem Cellerarii, sive Oeconomi officium diligenter, & laudabiliter exerceret, inter mortales esse desiit anno 1586. ejus supersunt

1 *Tractatus de nova reformatione Kalendarii*. Extat ms. Casini, & Romæ in Biblioth. Romanæ Sapientię in tomo ms. *Variorum Constantini Cajetani*; sed pessime dispositus, & colligatus, ordine scilicet inverso, cum postrema medietas posita sit ante primam, & inter utramque plures tractatus aliorum Authorum de rebus minime ad eam rem pertinentibus sint assuti, magnâ Librarii incuria, &

* Grillus.

* Virgilium, & Theophilum.

* De eo supra Lit. P.

& oscitantiâ ; extabat pariter ms. apud Jo: Baptistam Marum, qui Annotationes scripsit ad librum Petri Diaconi, & Placidi Romani, de Viris Illustribus Casinensibus : incipit, *Magna quidem aggredi laudabile est &c.*

2 *Consultationes super eadem reformatione*, ac ejus difficultatibus : extant mss. in Bibliotheca Vaticana.

In Bibliotheca vero Ambrosiana Mediolanensi extat Bomb. lit. S. n. 577. in 4. cum hoc titulo; *Theophili Monachi Casinensis de Controversiis super Kalendario narratio*. In qua impugnatis quorundam hypothesibus, suam pluribus rationibus firmat, asserens non esse recedendum ab antiquo usu aurei numeri, cum errores, qui emerserunt, non sint tribuendi aureo numero, vel ejus Authoribus, sed originem duxerint ex omissione debitæ æquationis circa aureum numerum; proponitque Ordines principales aureorum numerorum, & totidem secundarios, qui pro temporum diversitate, sibi invicem succedentes, vera Novilunia perpetuo demonstrare poterunt.

3 *Censuræ in libros quosdam Suspectos de Hæresi*; in quibus inquit Ugurgerius, profundæ suæ doctrinæ pignus posteris reliquit.

De eo insigni cum laude agunt Ant. Poss. in App. Sacr. tom. 3. pag. 292. edit. Ven. an. 1606. editionis vero Colon. ann. 1608. pag. 474. affirmans (ex Arnoldo nempe mox citando,) eum scripsisse, & *edidisse de nova restitutione Kalendarii*; sed ubi nam gentium hunc tractatum ediderit, minime indicat; quamvis autem Vir eruditissimus Jo: Baptista * de Miro olim mihi asseruerit, se tractatum hunc Theophili Martii vidisse impressum, ni fallor, Senis; Ego tamen hactenus eum nullibi videre potui. Sed nec Vir doctissimus, mihique amicissimus Franciscus Valesius, præcipuas quamvis Bibliothecas lustraverit, impressum illum invenire alicubi valuit, ut ex humanissima ejus Epistola nuperrime ad me data, cuilibet perspicuum erit. * De eo supra Lit. I.

„ Per quante diligenze ebbia fatte non hò avuta la sorte di ritrovare l' Opera *de* „ *Reformatione Calendarii* di Teofilo Marzio; altre queste publiche Librerie „ hò voluto vedere i Cataloghi delle librerie Imperiali, Barberina, Bodlejana, e „ Telleriana, ma ne pure ve le hò ritrovato, onde dubito che l' Opera non sia „ stampata, ma che aveudola egli in realtà composta, ed essendo ciò noto al Pos„ sevino Autore contemporaneo, usci a questo dalla penna inavertentemenre l' „ *edidit*. ò pure vedesse che la stampa ne fosse imminente, tralasciata poi per „ qualche accidente, come ogni dì veggiamo accadere. ma à V. Paternità Reve„ rendissima basterà in ogni caso di citare il Possevino e aggiungervi le diligenze „ fatte per rinvenirla. Che è quanto occorre in risposta alla sua stimatissima, e „ pregando V. Paternità Rma à continuarmi l' onore de suoi commandi resto con „ farle umilissima reverenza.

Di V. P. Rma

Roma 11. Novembre 1724.
Umiliss. Serv. Obligatiss.
Francesco Vallesio.

Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 78. pag. 467. vbi dicit, eum & alia multa scripsisse, sibi tamen incognita, vocatque illum Virum ingenio perspicacem, & in scientiis, Philosophiâ, Theologia, & Mathematica valde disertum, bis à Romano Pontifice vocatum, ut ejus Opera in quibusdã Ecclesiasticis negotiis uteretur &c. -- Petrus Ricord. Hist. Monast. dial. 4. pag. 466. à tergo Arcam, & Fontem scientiarum, magnum Theologum, rarum Mathematicum, & in omnibus septem liberalibus artibus exercitatissimum, qui adhuc juvenis publicè in

 Ro-

Romano studio docuerit, verè Catholicum, & S. Fidei eximium, non semel factis ipsis ostendit &c. -- Isid. Ugurg. *Pompe Senes.* par. 1. tit. 25. pag. 667. Scientia, ac eruditione immortalem nominis famam assequutum asserit, additque eum semel, iterumque à Gregorio XIII. Romam accesitum ad Kalendarium reformandum, pluries coram eodem Pontifice, ea de re cum eruditissimis Viris disputationem habuisse, ac sententiam suam validissimis rationibus, constanter confirmasse .... magna sui laude, nec minori Pontificis approbatione. In alio Regesto Cœnobii S. Euphem. Brixien: asservato sic de eo dicitur „ Bis à „ Rom. Pont. vocatus est, ut ejus operâ in quibusdam Ecclesiasticis negotiis uteretur, Plac. Petruccius in Supplemento ad Petrum Diaconum de Viris Illustribus Casinensibus cap. 24. & in Annalibus Casin: l. 9. cap. 66. ejusque Continuator Honoratus Medicæus Neapolitanus parte 3. pag. 3. Jo: Baptista Marus in annotionibus ad eundem Plac. Petruccium de Vir Illustribus Casin: Plac. Pucc. in App. Hist. de Illustribus Abb. Florent. Viris cap. 18. pag. 79. in qua Theophilus, Vir vitæ integerrimæ, & in sacris literis, maxime vero in Mathematicis, peritissimus appellatur, composuisse autem dicitur Kalendarii reformationem Florentiæ in villa * Camporearum ejusdem Abbatiæ Florentinæ. Julius Ambr. Luc. in Italia sacra restr, aucta &c. pag. 1000. ubi asserit Theophilum scripsisse eandem reformationem ad nutum Angeli Sangrini Magistri olim sui. In nostris Regest. mss. pag. 244. à tergo in margine, vocatur Theophilus *Vir in omnibus scientiis insignis præsertim* in Mathematicis celeberrimus. Senis in Tabulario magni Xenodochii Sanctæ Mariæ de Scala *Libr. Macchi Sign.* n. 565. composito à Hieronymo Macchi ejusdem hospitalis Domus Rationatore, Antiquitatis studiosissimo, & optimo sene, qui vivebat an. 1727. ubi de familiis Senensibus, adverbum *Marzi* 1575. de Theophilo Martio superius à nobis dicta repetuntur, citanturque de eo agentes, præter Ugurgierium, *Pompe Senesi*, etiam *Raccolte mss. degli Autori Senesi, e dell' opere trovate che hanno dato in luce fatta l' anno 1690. esistenti appresso il Sig. Dottore Pirro Gabrielli*. (nunc vero in Biblioth. nobilis Viri Antonii Amerighi Canonici S. Mariæ de Provenzano nuncupatæ in eadem Vrbe Senensi) ubi L. T. Theophili *Censuræ in libros de Hæresi suspectos, & de Reformatione Kalendarii*, aliaq. opera, (ut ibi dicitur) indicantur: Denique Carolus Chartari Vrbevetanus, Advocatus Romæ Concistorialis celeberrimus, in opere egregio ms. in fol. quod extat Romæ apud nobilem, & eruditum Virum Julium Mandosium, Equitis Prosperi Mandosii filium, mihi, sicut olim ejus Pater, amicitia cōjunctum; cui operi Carolus titulum præfixit *Professorum* * *Romani Athenæi Series literis elementaribus exarata pag.* 682., ubi Ricordati, & Vgurgerii verba ipsa de Theophilo, ut illi in aliis omnibus Authoribus solemne est, in medium affert.

* Alle Campore.

* Le Sapienza.

THEOPHILUS VENETUS ex per illustri familia Michaelia ortus est; institutum vero nostrum amplexus Patavii sub Ludovico Barbo, an. 1414. die 27. Jan; cujus discipulus obsequentissimus fuit, ejusque virtutum, ac eximiæ probitatis strenuus imitator, celebratus proinde, ut peculiaris, ac magnus Dei servus; Primus Prior Sancti Benedicti in agro Mantuano constitutus, mox ob singularem prudentiam, vitæque Sanctimoniam, secundus Præsidens totius Congregationis eligitur an. 1425. statim post laudatum Lodovicum Barbo, iterumque an. 1427. in eadem dignitate eidem Ludovico successit, cum adhuc Prioris tantum nomine insigniretur, tertio demum cum jam Abbas creatus esset Monasterii Mantuani an. 1430. supremum Magistratū tenuit; Crediderim igitur Priorem tantummodo antea vocatū fuisse Cœnobis Benedicti Padolyronensis, non autem, Abbatem, quia adhuc in vivis ageret Pater Abbas Commendatarius Guido

* Ita prorsus fuit, ut nostra antiqua Regesta indicant.

Guido ex familia Gonzaga, qui odore Sanctitatis Ludovici, Sociorumque allectus, sponte eos è Divę Justinæ Cœnobio in suum Monasterium accivit, & regularem observantiam ibidem per eosdem restituendam curavit, retento Abbatis nomine, & parte redituum: Scripsit autem Theophilus satis prolixam Epistolam septem nempe paginarum, cui hunc titulum apposuit.

Epistola super obitu, & mirandis Virtutibus Patris, & Domini Bartholomæi Presbyteri, in multis Italiæ Civitatibus, maxime Venetiis, & Paduæ de singulari Sanctitate præcogniti. Extat ms. Romæ in Biblioth. Sapientiæ in tertio tomo Miscell. Sacr. Const. Cajet. pag. 81. Ille autem Bartholomæus fuit Canonicus Romanus ex familia Columna; quod liquet non tantum ex Epistola ejusdem Constantini, quæ prædictæ Epistolæ Theophili subnectitur pag. 83. ad Cardinalem Hieronymum Columnam, cui illam vitam, quam in publicum emittere animo destinaverat, nuncupabat, sed multo etiam magis ex Epitaphio insculto ejusdem Bartholomæi Sepulchro ex candido marmore in Ecclesia S. Benedicti Mantuani, ubi ejus corpus requiescit, a me ibidem lecto an. 1718. mense Sept.

Stirpe Columnensem Romanum Bartholomæum
Marmoris hæc nivei continet arca Patrem
Qui sacras quondam Benedicti has venit ad ædes,
Vir pius, & verus pacis amator erat
Presbyter hic laicus signis, dum vita manebat,
Claruit, & senio denique sanctus obit,
Mille quadringentis Domini currentibus annis
Atque tribus decies regna beata subit.

THEOPHILUS PATAVINUS Patria, Monachi vitam professus est in Cœnobio S. Justinæ anno 1500. die 16. Aprilis; floruit pietate, religione, ac doctrina, nam toto vitæ decursu sacrarum literarum studiis, sanctorumque Patrum Lectioni assidue deditus, ex iisdem varia opuscula in sui, aliorumque usum, ac utilitatem composuit, quæ eximium virtutum amorem, veramque Sanctorum Sapientiam redolent; videlicet

De arte bene moriendi: incipit, *Cum de præsentis exilii miseria &c.* 2. *Extracta quędam ex collationibus Patrum*, Jo: Cassiani. Incipiunt; *Omnes artes, & disciplinæ &c.* 3. *De instructione Confessarii Monachi*. incipit *Declaraturus breviter &c.* 4. *De Formatione absolutionis plenariæ*, incipit *Per aspersionem Sacratissimi Sanguinis &c.* item Italice 5. *De lo modo di confessare li seculari*. De modo excipiendi Secularium personarum confessiones, eosque interrogandi 6 *De Indulgentiis concessis Congregationi S. Justinę ab Innocentio* VIII. *Semel in vita*, & in mortis articulo. incipit, *Inprimis sciendum est quod Eugenius* IV. &c. Hęc sex opuscula unico volumine comprehensa in 16. & in pergam: optimo charactere ab ipso auctore exarata extant in Bibliotheca ejusdem S. Justinę. In Bibli. vero S. Giorgii M. Venet. extat ms. Theophili Monachi *Summa de variis Casibus* tom. 1. in 8. n. 329.

De eo Arnol. Wion. Lign. Vit. tom. lib. 2. cap. 78. pag. 461. his prorsus verbis. „ Theophilus Monachus nostræ Congregationis scripsit *Tractatum de Casibus*, qui sic incipit *Conclusio* 1. extat ms. apud me „ & Ant. Poss. ex eodem Arnoldo appar. Sacr. tom. 2. pag. 474. Cęterum in eadem D. Giorgii Bibliotheca ex tant etiam mss.

THEOPHILI MONACHI Casinensis Summa moralis tom. 1. in fol. Sign. num. 318. &

THEOPHILI BRIXIANI Monachi Casinensis Opuscola, & Epistolę ad Wilhelmum Priorem Lugel. tom. 1. in fol. sed de his duobus postremis

The-

Theophilis omni prorsus alia cognitione destituor, & fortasse primus idem est cum Theophilo Patavino.

THOMAS CÆSARANUS Neapoli in lucē editus, ibidem apud S.Severinū tutiorem viam æternæ salutis ingressus est an. 1624. die 7. Jan. Eluxitque in eo Sacræ doctrinæ peritia, ac perfectioris vitæ studium tum in se ipso, tum in aliis jugiter promovendæ. Scholasticam Theologiam annis non minus viginti mira perspicuitate, ac facilitate docuit, juventutem, scientiis æque, ac Dei timore diligentissime imbuens, pluresque discipulos eruditione, ac pietate conspicuos instituens. Abbas deinde S. Severini creatus insigni prudentia, & egregia virtute Monasterium administravit, divini honoris zelator, proximi charitate fervens, paupertatis eximius cultor, sibi admodum parcus, Monachis, quæcunque necessaria erant, abunde suppeditabat, illisque in regulari observantia, verbo & exemplo præibat: eo expleto regimine, Cœnobium Castrovillarum in Calabria gubernandum suscepit, ubi Evangelii prædicatione, aliisque spiritualibus exercitationibus rudem populum assiduè instruere satagebat; quo in pietatis officio post menses aliquot, optimi Præsulis relictâ famâ, premia laborum in cœlo percepturus,à sęculo migravit anno 1667. scripsit Opus, cui titulum dedit,

Benedictinus Orbis, sive de S. Patriarcha Benedicto militante, & triunphante libri 4.; qui mss. asservantur Neapoli in Bibl. S. Severini in 4. teste * Benedicto Laudati in Brevi Chronico ms. eiusdem S. Severini pagina 350., ubi de eo agit.

* De quo prima par. lit. B.

THOMAS ab * EBULO in Casinesi Monasterio sub Angelo Sangrino Abbate D. Benedicto nomen dedit anno 1566. die 15. Augusti; Philosophiæ vero, divinisque literis haud levem navavit operam. *Vicarius* itaque *Generalis* totius Casinensis Diæcesis constitutus, Clerum, ac Populum, lucubrationibus valde utilibus pro virili parte juvandum curavit. illarum tituli ii sunt

* Evoli

1 *Synodalium actionum* l. 1. 2. *Examinis Confessariorum, & Promovendorum* ad Sacros Ordines, & eorum, qui mittendi sunt ad Parochiales Ecclesias l. 1. item Italice, 3. *Prediche cinquanta al popolo*. Obiit Casini post annum 1574. teste Arn. Wione Lign. Vit. par. 1. l. 2. pag. 467. Præterea de eo agunt Plac. Rom. *in Supplem.* ad Petrum Diac. de Viris Illustribus Casinensibus cap. 27. ubi vocatur, *Vir prudentia, ac ingenio insignis, in Philosophia autem, ac divinis scripturis doctissimus*, Jul. Ambr. Lucenti in Ital. sacr. restric. auct. pag. 1000. In Regest. ms. pag. 234. à tergo, in margine sic. *Vir doctus aliqua scripsit*.

THOMAS MANNARINUS Siculus, Patria Panormitanus ab ineunte ætate Scholasticas Scientias constanter sectatus, admodum juvenis J. V. Lauream obtinuit; In S. Petri Sacello, quod est Regii Palatii, *Conrrandati*, ut vocant, beneficio donatus, cum fortuna ei maxime arrideret, ac majora promitteret, spretis omnibus, in Cœnobio Sancti Martini institutum nostrum delegit anno 1609. die 14. Sept. in quo pietati, ac sacris literis ferventius incumbens, egregii Monachi famam circumquaque diffudit. In Italiam deinde veniens à Friderico Cardinali Borromeo Archiepiscopo Mediolanensi S. Officii Consultor, ac Censor electus fuit, & in Gebennesium Provinciam missus, strenuo labore Hæreticos ibi degentes partim profligavit, partim ad Catholicam fidem reduxit, ut Author est Mongitorius loco infra citando. Postea Bononiæ, & Patavii Scholasticas disciplinas publicè docuit, ea nominis celebritate, ut à Ferdinando II. Imperatore novam Salisburgi Academiam instituente, Prælector, & publicus, ibidem S. Theologiæ Professor sit in Germaniam accitus, ubi cum diu docuisset, & Catholicam fidem invicte propugnasset, Fundi in Latio, Episcopus ejusdem

Imperatoris operâ declaratur; Sed quominus eam dignitatem iniret, graviores insequuti morbi intercessere; quamobrem in Siciliam, suumque Monasterium remeavit, ibique cum se ad æternitatis iter, quo supervixit tempore, comparasset, anno 1636. naturæ debitum solvit, plura egregia volumina typis parata posteris relinquens, quorum hi sunt tituli.

1 *Commentari in summã D. Thomæ*. 2. *Commentaria in duodecim Prophetas minores*. 3. *In Regulam S. P. Benedicti Commentarium*. 4. *De Privilegiis Cong. Casinen. liber*. 5. *De Religionis nobilitate liber*. 6. *Concordia Juris Canonici, & Civilis* in tres tomos digesta. 7. *Sermonum, Orationum funebrium, & discursuum Historicorum* libri plures. Quorum Operum nonnulla in Biblioth. S. Martini asservantur mss. alia quæ Salisburgi edenda ipse Thomas reliquerat, Imperatoris jussu in Biblioth. Salisburgensi reposita sunt, teste Ant. Mong. in Biblioth. Sicula p. 2. pag. 261. ubi de eo agit, ac inter cætera ista narrat. „ Cum Ferdinandus Imperator novam Salisburgensem Academiam „ fundare meditaretur, ut eandem Hæreticorum insaniis obiiceret, in Germaniam ab Imperatore accitus est, ac in novo Gymnasio annos sexdecim omnes „ scientias docuit summa cum doctrinæ laude. Publica disputatione instituta, Imperatoris jussu coram eodem Imperatore, ejusque supremo Consilio, ac Sapientioribus Imperii Viris, postquam noster Thomas oppugnationes omnium religiosorum, ac doctissimorum hominum ad magisterii dignitatem anhelantium rejecisset, Magnus Cancellarius, & Comes Palatinus electus est, ipseque solus è Benedictinis, Lectoris titulo insignitus fuit. Postquam diu Imperii Academiis præfuisset, ac easdem doctrinæ splendore illustrasset, Fundi Episcopus in Latio constituitur. At honores, quos non immeritò obtinuit, odium, invidiam, rabiemque succendere hæreticorum, quos nefarios sui, & fidei hostes semper habuit; Ideoque cum in ejus perniciem conspirassent, ad magicas artes confugere, quibus virum undique egregium, stupidum, paralyticum, ac manibus, pedibusque trementem effecere. Hinc onoribus omnibus, quibus in Germania mirifice effulserat, in Monachorum suorum, Salisburgensium videlicet, beneficium renunciatis, Panormum remeavit, & in Cœnobium S. Martini secessit, ubi aliquandiù vixit, ac demum magno Literatorum, & Amicorum dolore an. 1636. „ extrema clausit „ Ita Mangitore ex Roccho Pyrrho Sicil. Sacr. l. 4. pag. 200. & ex relationibus Patrum ejusdem Monasterii.

THOMAS à NEAPOLI Monachus nostræ Congregationis in Monasterio S. Angeli de Cajeta, scripsit

1 *Manuale Prælatorum*, item Italice 2. *Manuale di Monache*, ut patet ex epistola ejusdem Thomæ scripta ex eodem Cajetano Cænobio an. 16. die 27. Sept. D. Francisco ab Vrbe Casinensis Tabularii Præfecto, qui vixit circa ann. 1650. in qua sic loquitur „ La tanta commodità di studiare che godo in questo „ mio Monastero mi ha mosso à pulizzare due operette, che molto tempo fa hò „ composte, cioè *Manuale Prælatorum*, e l' altro l' hò intitolata *Manuale di* „ *Monache*; e perche mi fondo principalmente ne nostri Privilegi, li quali non „ vengono tutti riferiti dagli Auttori, ma ogn' uno procura porre in campo li „ privileggi dello loro religioni, per tanto hò intenzione di far conoscere al mon- „ do, come ne habbiamo tanti particolari, che non reniamo bisogno di haverli „ *per communicationem* degli altri, come anco per fargli palesi à nostri Prelati, „ acciò li pongano in uso &c. Però ne hò scritto à diversi nostri Monasterii per l' „ infinita diligenza, come ne priego più degl' altri V. P. M. R. che sarà piacere an- „ co particolare al mio Reverendissimo &c. „ Quæ Epistola extat in Tabulario Casinensi.

* Vdicftonus. THOMAS PRÆSTONUS familia inter Anglos in primis nobili, ex toto divisoOrbe Britannia, Casinum veluti Religionis portum bonis avibus appulit, sub Monachi habitu Deo militaturus an. 1592. die 16. Junii. Postquam verò virtutibus, ac scientiis animum abunde ditasset, zelo animarum accensus, Catholicæ fidei prædicandæ gratia in Angliam regressus est, ubi ab impiis obturantibus sicut aspides aures suas tentus, atque in carcerem detrusus, mortique adjudicatus fuit; sed capitis sententia in perpetuam carceris custodiam commutata, ibidem invicta constantia diutissimum, adeoque illustrius martyrium sustinens, gloriosam mortem oppetiit. Viri hujus ex Christi Confessione percelebris, in Theologica etiam facultate celebre fuit nomen; ejus enim asservantur Casini mss.

Tractatus in universam Theologiam.

De eo Gabr. Bucc. in Bened. Rediv. ad annum .... ubi afferit ascriptum cum etiam fuisse Anglicanę Monachorum nostrorum Congregationi cujus *insignem Heroem* illum appellat * Angelus de Nuce in Notis Chronici Casinensis libro 4. capitulo 108. §. cc. numero marg. 2013., ubi Thomam * Præstonum doctissimum imprimis Theologum nuncupat, & pro tuenda fide in patrio solo per annos quinquaginta constantissimum athletam; cujus Theologicos Commentarios manu exaratos se vidisse (Casini) affirmat. Jul. Ambr. Lucenti in Ital. sacra restricta, aucta &c. pag. 1041. narrat, Thomam missum cum socio pariter Anglo, Viro docto ab Urbano VIII. eorum virtutibus permoto, in Angliam ad prædicandam veram Christi fidem, carcerique mancipatum per annos 30. longum martyrium duxisse, ejusque in universam Thologiam subtilissima Commentaria Casini asservari. In nostris Regestis, pag. 255. in margine „ Obiit *Londini* 1647. *carceratus pro Fide Catholica* per 40. annos „ & in alio Reg. p. 200. *obiit Londini* 1647. *pro Fide Catholica multa perpessus*; sed cùm Lucenti dicat in Angliam eum missum ab Urbano VIII., qui regnare cæpit anno 1623., obitque anno 1644. * Prestonus vero in laudatis Regestis dicatur mortuus anno 1647., vel error est Cronologicus in prædictis Regestis, vel * Præstonus non amplius an. 24. carceris pœnam ad obitum usque sustinuit.

* De eo t. par.

* Vdicftonus

Cæterum ego olim accepi Thomam Præstonum suscepisse defendendum tamquam licitum juramentum, quod Jacobus primus Magnæ Britanniæ Rex suis subditis Catholicis proposuerat; Ita enim ille existimabat. Sane in Indice Librorum prohibitorum Lit. A. sic habetur.

„ Appellatio Thomę Præstoni, & Thomæ Greenęi Anglorum ab Illustriss. „ Cardinalibus ad Indicem deputatis, ad Papam „ Forte illa defensio interdicta fuerat; & isti appellarunt ab ea sententia ad Pontificem Maximum.

TIMOTHEUS JOANNINI Filius Familia de Riccis Florentinus Patria, in qua apud Cœnobium S. Mariæ D. Benedicti affecla fieri voluit anno 1433. die 6. Decembris, cum Monasticæ disciplinæ zelo, ac Regularium virtutum fama apprime floreret, a Summo Pontifice, procurante Dominico Cardinali Capranica, Abbas S. Salvatoris in loco, qui dicitur *Septimus*, quinto à Florentia lapide, ordinis Cisterciensis eligitur, ut idem Monasterium, totamque Cisterciensium per Hetruriam Congregationem reformaret, qui assumptis secum octo aliis ejusdem Abbatiæ Florentinæ Monachis, singulari prudentia, in primisque optimis vitæ exemplis, pristinum institutum feliciter redintegravit; Qua provincia confecta, cum jam ad extremum Senium vergeret regimen illud dimisit, privatusque aliquot annis sibi tantum, Deoque vivens, eidem piissime Spiritum reddidit anno 1450. juxta Petrum Ri-

Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 451. ubi plurimum eum laudat, & etiam juxta Necrologium Abbatiæ Florentinæ pag. 3. juxta vero Plac. Puccin. in Chron. ejusdē Abbat. Floren. pag. 124. ubi de eo agit, anno 1484. quod vero similius videtur, cum senio confectus obiisse dicatur. ejus leguntur.

Plures latinæ Epistolæ ad Gomentium Abbatiæ Florentinæ venerabilem, ac celeberrimum Præsulem, in tomis mss. Tabularii ejusdem Abbatiæ Florentinæ. Verba autem prædicti Necrologii, hæc sunt „De eo prima par. lit. G.

„ Dominus Timotheus Joannini, Monachus undequaque perfectus. Hic vi-
„ tæ merito, morumque Sanctimonia à Summo Pontifice, *Septimi* Cisterciensis Ordinis Monasterio Abbas præficitur; Quod & summa prudentia diutissimè rexit, & Sanctis exemplis magnifice decoravit, Demum senio confectus Prælatura se abdicat ibidemque annis nonnullis Monachus vivens, Deo, & hominibus gratus obiit VIII. Idus Aprilis.

Ad L. V. pag. 34. lin. 39.

VRBANVS CARRARA Patria Sulmonensis, Cavæ in Cœnobio Sanctissimæ Trinitatis Monasticum institutum professus an. 1624. die 6. Octob. Prior deinde, & Abbas titul. nostræ Congr. floruit humanioribus literis circa an. 1674. Ei Prioris munus Genuæ exercenti, Joi Canale nuncupavit Oden in laudem Academiæ *Occultorum* à Josepho Lomellino Abbate in Monasterio Cavensi institutæ, ut constat ex libro Poematum ejusdem Jo. Canale impresso Neapoli an. 1694. pag. 309. & pag. 413. ei nuncupavit aliam Odem in laudem Antonii de Gatta, & Vrbis Genuensis; Pag. autem 705. legitur Vrbani Italicum Epigramma in laudem ipsius Io. Canale, quod est hujusmodi.

Luminosa dal Ciel credo discesa
Del tuo Canal l'insegne borche fra Cigni
Tu nuovo Apollo ad avviver t' accigni
De Sagri fasti la sepolta impresa.
Quindi all' oblio recando ingiuria, è offesa
Vinci, è opprimi la morte, onde dipigni
Con la penna immortal gl' Eroi benigni
Ch' han vinto il Ciel, l' eternità contesa
Fià pur' non grave al tuo valor gentile
Ch' el stesso in Campo azurro in ogni lido
Beva co' Gigli d' or perpetuo Aprile.
Or di raccorre al tuo cortese nido
Informi parti del mio dire humile
Bear gli accenti, ed eternare il grido.

Cui idem Canale inter cætera hæc respondit

Urbano, il dolce Umor, che dal tuo stile
Sgorga del mio Canal nel basso nido
Reca à suoi Gigli un sempiterno Aprile Etc.
Alzar di nuovo al Ciel per te mi affido
Con la tua penna, alla mia penna humile
E' aquistar col' tuo nome, e nome, e grido.

Nec plura hactenus de eo comperi.

Addenda Lit. *T.* pag. 191. In principio.

Vigasus Coccai in præfatione laudatæ editionis Venet. 1561. præter superius allegata, hæc insuper habet scitu dignissima, si tamen omnia vera essent & non potius aliqua de ejus vitæ casibus poetico more conficta, non eum cum rebus superius à me, verisque allatis hæc omnia concordant.

" Girolamo Folengo Mantoano, & à me discepolo nella Professione Gramma-
" ticale, fu dà suo Padre mandato a Bologna in istudio per udire il grande Aristo-
" telico Pereto Pompquazio, ma volse, ch' io parimente andassi con esso lui, so-
" lamente per guardarlo, che non perdesse il tempo, & i denari: Ma essendo
" già cresciuto, e fatto tale, che più non mi havesse a temere, come vivace,
" molto, faceto, e compagnone, si diede in preda alla suiata giovanezza, e pos-
" ponendo li termini logicali; tutto si congiunse alle Muse Latine, Volgari, e
" Macaroniche, Io assai feci per ogni modo ridurcelo alla volontà del Padre, ma
" sempre in darno m' affaticai. Compose egli dunque sotto il nome d' un forfante
" detto *Limerno* in ottava rima *La fancielezza di Orlando Paladino*, opera inge-
" gnosa, & assai mordace. Poi sotto nome di Merlino Cocajo diede principio
" à i gran fatti di Baldo in verso Heroico, e Macaronesco, e fecene un volume
" di venticinque libri; Quattro libri poscia della Moschea, pur sotto il medesimo
" nome gli uscirono dalle mani in verso Pentametro, e Macaronico. Successe a
" lei la Zanitonella con altre cosette facete. Al fine come bizzarro, è fantastico
" che era, mandò fuori sotto nome di Triperuno il Chaos in stile hora Latino,
" hora volgare, hora de Macaroni, fatto tutto questo per un gran disordine, e
" pericolo della vita fummo costretti tornarsene alla patria con la Zucca piena più
" di lasagne, che di philosophia; Laonde hebbe egli dal Padre tal rimbrotto, e ri-
" prensione, che in guisa di disperato andò errando per lo mondo, fatto in pri-
" ma Cortiggiano, poi Soldato, poi Romito, al fine con suo fratello più di lui
" dotto si chiuse in una solitudine à darsi totalmente a i Sacri libri, ove sotto
" nome di Teophilo Folengo compose in ottava rima la Humanità di Cristo fi-
" gliuol di Dio, ove nel principio si duole assai aver perduto gl' anni sotto il Ti-
" tolo di Merlino, quando dice

*Ver è ch' un * pensier grave &c.* Ipse Merlinus Baldi lib. 22. pag. 247. à tergo

* Pietro

* Dolore

Traditur in de Viro savio, doctoque Pedanti,
Merlinus Puer, & versu, prosaque peritus
Cum sociis multis ivit studiare Bolognam
Et Philosophastri bujas sentire Peretti
Unde comenzavit super illos torcere nasum
Inque Petri Hispani chartis Salzizia coxit
Ad Macaroneas potius se tradidit artes,
In quibus à teneris unguis fuit ille Cocajo
Præceptore datus, pinguisque Poeta dicatus
Dum Pomponazzus legit ergo Perettus, & omnes
Voltat Aristotelis magnos sotosora Librazzos
Carmina Merlinus secum Macaronica pensat,
Et giurat nihil hoc festivius arte trovari

VALERIANUS ex nobili, ac perantiqua familia Castilionęa, natus est Mediolani anno 1543. die 3. Jan., Patre Francisco viro doctissimo, ac Protophisico Exercituum Regis Catholici, ex stirpe celeberrimi Balthassaris Castilionęi, qui Clementis VII. Pont. Max. ad Carolum V. Cæsarem in Hispaniam Nuntius extitit; noster autem Valerianus ingenuè admodum educatus, Religionem deinde nostram apud S. Simplicianum in Patria professus anno 1610. die prima Novembris, divinis, humanisque literis se penitus devovit, in eisque haud mediocritèr profecit; nam elegans Orator, ingeniosus Poëta, excellens Politicus, insignis Historicus, profundus Philosophus, & eminens Theologus evasit, his enim titulis decoratur ab Authore Libri, *Le glorie degl' Incogniti*, idest Virorum Illustrium Academiæ Venetæ *Incognitorum* [cui Valerianus adscriptus fuerat] impress. Venetiis anno 1647. apud Valvasensem, pag. 221. Imò celebriores per Italiam Academiæ certatim eum in socium cooptarunt; eas inter Brixiensium *Errantium* Academia, cū primùm aperiretur, literariam palestram omnium primum erudita Oratione decurrentem eum suspexit; in eaque ab Angelo Gryllo, de Literis, ac Literatis optimè semper merito, qui eum, quocum Bergomi aliquandiù vixerat, unicè diligebat, impulsus, plures panegiricas Orationes valdè elegantes in laudem quorundam Nobilium Venetorum, qui publico defungebantur officio, affluenti eloquentia recitavit; Ingentem itaque doctrinæ, ac prudentiæ famam apud Principes, & Viros doctos adeptus, a plerisque quà humanissimis Epistolis, quà Elogiis præclarissimis honestatus fuit; Nam Urbanus VIII. Pontifex, sicut dignitate, sic etiam sapientia summus, Valerianum nobili encomio dignatus est: Innocentius verò X. Abbatem *Titularem* eum creavit; Et Ludovicus XIII. Galliarum Rex opera Cardinalium Armandi Richelii, ac Theodori Trivultii, qui Valerianum in Galliam vocaverat, ubi ejusdem Cardinalis vitam scripsit, suum Historiographum eum elegit; quod etiam munus a Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce, notæ virtutis, ac acerrimi judicii Principe sibi demandatum, tàm sub ipso, & Victore Amadeo, quàm sub Christina Ducissa ad obitum usque egregiè adimplevit; Sed rogatus a Cardinali Burghesio, & a Petro Toletano Neapolis Prorege, ut Pauli V. Pontificatum, & bella a Rege Catholico in Italia gesta describeret, utramque provinciam justis de causis recusavit. In Monastica interim Historia concinnanda strenuè desudans, illam primarium suum Opus esse voluit, erat enim utraq; literatura Sæculari scilicet, & Ecclesiastica instructissimus. Postremò Taurino, ubi plures annos in Cœnobio Fratrum Augustinensium, optimi Religiosi fama vixerat, haud equidem mendaci, in Patriam reversus, non adeò multò post oborta valetudine, terras relinquere coactus fuit septuagenarius, plurimis relictis fęcundissimi ingenii monumentis, ex quibus per typos publicæ luci tradita sunt sequentia.

1. Celestino IV. Papa. Castiglione, Milanese, Nipote di Papa Urbano III., Crivello, Milanese, conservato alla Famiglia, & alla Patria; Apologia composta l'anno 1661. impressa tomis duobus, sed locus, & annus impressionis a me hactenus ignoratur. Vidi equidem Mediolani in Bibliotheca S. Simpliciani Autographum hujus Operis, & ferè omnes alias ejus lucubrationes, quà impressas, quà mss. anno 1687. sine tamen loco, & anno prodictis.

2. Clio; Poemata in laudem Federici Cardinalis Borromæi. Mediolani anno 1616. apud Marcum Tullium Paganellum.

3. Panegyrys, Illmo, ac Rmo D. S.R.E. Cardinali, D. Ludovico Ludovisio, Gregorii XV. Pont. Opt. Max. ex Fratre Nepoti Augustiis. Ravennæ ex Typographia Petri de Paulis, & Joannis Baptistæ Joannelli 1621. Excellentissimo Principi Paulo Jordano Ursino dicata. Est pagg. 16. In Epistola ad Lectorem Author asserit, *se a decimo sexto ætatis anno typis concedere*, (*quæcumque sint*) *scripta cepisse*.

4. Panegirico agl' Illmi, ed Eccmi Signori D. Gio. Giorgio Aldobrandino Principe di Meldola, e D. Ippolita Ludovisia Sposi felicissimi. In Ravenna appresso Pietro de Paoli, e Gio. Battista Giovannelli 1621. in 4.

5. La Rosa, Panegirico in congratulazione all' Illmo, e Rmo Signore, il Sig. Cardinale Alessandro Orsino Legato della Romagna. Ibidem apud eosdem, eodem anno 1621. in 4.

6. Il Vino, Discorso agli Signori Academici Filarmonici di Verona. Mediolani anno 1624. in 4. Opusculum dicatum D. Pio * Mutio, cujus *Considerationes in Tacitum* laudat, & allegat pag. 18.

* De eo supra L. P.

7. Elogium de Gestis heroicis Caroli Emanuelis I. Ducis Sabaudiæ. Veronæ anno 1626.

8. Panegirico per la festeggiata sua natività. Taurini anno 1627.

9. Relazione dell' Origine del Fiume Pò a compiacimento della medesima Altezza. Cunei 1627.

10. Statista Regnante, applicato al governo della medesima Altezza. Cunei an. 1628. apud Hæredes Tarini. Accresciuto in questa terza * impressione di una lettera discorsiva a' Politici. Hoc est Opus illud egregium veræ politiæ documentis undique refertum, quod tamen Fr. Angelicus Aprosius in libello, cui titulum dedit, *La Visiera Alzata Hecatoste*, sub nomine tamen Jo. Petri Jacobi Villani Senensis, Parmæ impress. an. 1689. apud Hæred. del Vigna, imò etiam in Pentecoste, seu in additione Hecatoste, pag. 134., quæ est ultima, dicit ex relatione Andreæ * Rossotti Cistercien. Reform., omnia esse Axiomata ipsiusmet Caroli Emanuelis. Sed utrumque egregiè falli ex eo liquet, quod ipse Valerianus jam senex, cum triginta septem annos Historiographum Sabaudicæ Domus, magna cum laude egisset, idem Opus *Statista Regnante* inter sua Opera recensuit in Elencho omnium Operum, quæ pro illa Serenissima Domo, vel impressa, vel mss. composuit; quem Elenchum typis consignavit Taurini apud Bartholomæum Zavattam anno 1662. in fol., imò in præfatione ejusdem Libri, tertio Taurini impressi, ità de eo Valerianus loquitur. „ Il mio Statista Regnante, benche „ mancante di dottrina, e povero di bellezza, ha tuttavia penetrate con lode „ le Corti Regie, le Cesaree, le Papali, e dalle politiche Academie ha riporta„ to l'onore di non mediocre applauso &c. questa è fortuna del Cielo &c. „ Neque verò Vir ingenuus in illa Aula, non solùm ob eruditionem, & eloquentiam, verùm etiam ob morum candorem percelebris, ausus esset per typos id tàm liquidè affirmare, si Opus illud sui ipsius partus non esset.

* Locus, & annus primæ, & secundæ impressionis a me desideratur.

* Auctor in est Biblioth. Pedemont., seù Sillabi Scriptorum Pedemontii.

11. *Annotazioni al Regno d' Italia di Emanuel Tesauro*; impress. in eod. *Regno Italiæ*. Taurini apud Zappatam 1653. cum æneis figuris. Iterumque Venetiis 1672. apud Jac. Hertzium in 12. Has etiam Annotationes laudatus Aprosius loco paulò ante citato, & etiam supradicta pag. 103. ejusdem Rossotti testimonio, oretenus tamen habito, ut ipse asserit, Valeriano nostro abjudicat, & ejusdem Emanuelis Thesauri fœtum esse autumat. *Regnum verò Italiæ* non *Thesauri*, ut apud omnes hactenus inconfesso fuit, sed Comitis Philippi Sammartini d' Agliè,

idque

atque non Rossotti tantum; sed & Francisci Amadei Ormen Congregationis Oratorii * Presbyteri, auctoritate; in quam Aprosii sententiam pedibus ie etiam Clar. Eques Michael Angelus Georgii * Vicentinus in Vita Comitis Galeatii Gualdi edita Venetiis apud Christophorum Zane 1718. inter *Opuscula Scientifica, & Philologica Variorum* tom. 1. pag. 348. & etiam in suis Epistolis erudi-tis impress. Patavii apud Conzattum 1726. pag. 298. Epistola ad Nicolaum Coleti. Sed quidquid sit de *Regno Italiæ* (neque enim mea interest, pro *Thesauro* Apologiam texere) id vere affirmare possum, ipsum *Thesaurum*, ut a Viro docto, & fido dignissimo accepi, ingenuè fateri solitum, multa in illis Annotationibus a Valeriano dici, quæ numquam sibi succurrerint, plurimam proinde lucem Valerianum suo *Italiæ Regno* attulisse; nec verò credibile est *Thesaurum* id umquam dissimulaturum fuisse, si neque ipse Author Libri, neque Valerianus Annotationum esset: Ceterum extra dubium est Aprosium in expungendis fictis Auctoribus, verisque vindicandis interdum toto Cœlo aberrare, ut sunt omnes homines errori obnoxii, celeberrimum enim Opus *Astrum inextinctum*, Romano Hay Monacho Oksenhausano vero Authori surripit, & *Incfero* nescio cui attribuit; At ego admodum juvenis hiscemet oculis vidi Romæ, concedente Rmo P. D. Alphonso Myer Congregationis Vallisoletanæ Ordinis S. Benedicti Generali Procuratore, Viro doctissimo, idem *Astrum inextinctum*, perperam sub nomine Gasparis Scioppii, a quodam, qui illud furatus fuerat, typis evulgatum; multisque scatens mendis, ab eodem Romano Hay correctum, ac pluribus pagellis sua manu scriptis hinc inde auctum, & emendatum, qui Liber a fronte muniebatur sigillo in cera rubra Hispanica Rmi D. Abbatis Oksenhausi, qui fidem faciebat a se concessam prædicto P. Romano Hay, Monacho suo facultatem illum imprimendi: Sed ad alia Valeriani Opera pergamus.

* Orat. funebr. In eunde Comitem Sanmartinum.

* Zorzi.

* Vagliadolid.

12. Lettera Elogiale all' Altezza Reale di Carlo Emanuele per la Pace di Susa. In Torino l'anno 1629.

13. Lettera Elogiale all' Altezza Reale di Vittorio Amadeo per la pace di Cherasco. In Moncanglieri l'anno 1631.

14. Il Principe Bambino per la nascita di Francesco Giacinto: Opera virtuosa ad istruzzione di un buon Principe felice, fortunato dal Cielo. In Torino per Gio. Zavatta. e Domenico Gagliardi l'anno 1633.

15. Discorso della Caccia alla sudetta Altezza Reale. In Torino 1634.

16. Elogio funebre nella morte della medesima Reale Altezza. In Torino l'anno 1637.

17. Lettere sù l' Opere dell'Illmo Sig. Francesco Loredano Nobil Veneto. In Torino l'anno 1642. presso Gio. Ambrosio Niella in 12., e di nuovo in Venezia l' anno 1643. ad istanza dell' Academia; qui quidem Lauredanus non dubitavit appellare Valerianum, *Principem Literatorum sui Sæculi*.

18. Lettere di ringraziamento, e di lode. In Torino l'anno 1642. presso gli Eredi del Tarini in 12.

19. Panegirico a Luigi XIII. Rè di Francia; sed deest locus, & annus impressionis.

20. Istoria delle rivoluzioni del Piemonte; stampata in piu libri in fol. sed pariter locus, & annus impressionis in prænarrato Elencho ejus Operum desideratur.

21. Lettera Panegirica a Madama Reale Duchessa di Savoja per la pace di Piemonte. In Torino 1643.

22. Altra alla medesima per l' Ingresso festivo del Duca Figlio in Torino. Ibidem anno 1645.

23. Parte dell' Istoria della Reggenza di Madama Reale. In Torino presso il Gianelli l' anno 1656. Cum pars multò amplior extet ms. duobus tomis Mediolani in Bibliotheca S. Simpliciani, ut infra dicetur in ejus Mss.

24. Applausi Natalizi per la medesima; cioè 1. L' Eternità al Tempo. 2. La Primavera al Verno. 3. L' Egizia Saggia. 4. La Fortuna. 5. L' Orologio. 6. Lo Specchio. 7. Giunone Lucina. 8. Il Tempo. 9. Il Genio. 10. Le Giuocatrici. 11. L' Urania. 12. La Parca. 13. Discorso intorno al nascere. 14. Il Pò festoso a' Genetliaci. 15. *L' Uomo armato*. 16. Cartello per la Giostra; omnia hæc in unum librum collecta, impressa sunt Taurini apud Hæredes Caroli Gianelli 1662.

25. Pompe funebri di Madama Reale Cristina di Francia &c.; Orazione; impressa, sed ubi, non exprimitur. Incipit: *Quanto è breve il trapasso dalla Vita alla Morte &c.*

26. Le Pompe Torinesi nel ricevimento di Carlo Emanuele II. ritornato da Savoja a Torino. In Torino 1645.

27. Li Reali Imenei nelle feste nuzziali per la Principessa Sorella Duchessa Elettrice di Baviera. In Torino presso Alessandro Federici anno 1651.

28. Ricevimenti fatti alla Reina Svezia. In Torino l' anno 1656.

29. Lettera panegirica all' Altezza Reale di Carlo Emanuele II. per Trino ricuperato. In Torino anno 1659.

30. Feste per la nascita del Delfino di Francia. In Torino anno 1661.

31. Alla Maestà del Rè Cristianissimo Luigi XIII. per la pace generale dell' anno 1659. In Milano per Gio. Pietro Cardi in fol.

32. Alla Maestà del Rè Cattolico Filippo IV. per le nozze dell' Infanta D. Maria Teresa, celebrate l' anno 1661. In Milano presso Gio. Pietro Cardi.

33. Feste per lo natale dell' Infanta Reale di Spagna. In Torino per il Gianelli l' anno 1661. in 4.

34. Applauso natalizio all' Altezza Reale. In Torino 1662.

35. Orazione fatta alla Città di Savigliano quando fu creato Cittadino della medesima l' anno 1627. Cunei apud Christophorum Strubellam in 4.

36. Sacre Pompe Savigliianesi nella traslazione de' Santi Martiri, Benedetto, Giusto, e Tadea Vergine in 4.

37. Scritture giustificative dell' Abbate Castiglione, impressæ quidem, sed locus impressionis in prænarrato Elencho deest.

Manu exarata.

1. Annali Casinensi tomi due in fol., in quorum primo agit de Vita S. P. Benedicti amplissimè, & eruditissimè, allatis ad singula loca infinitis propemodum historicis monumentis, & omnigenis eruditionibus ad rem pertinentibus, itaut quidquid vel obiter, vel ex professo reliqui Auctores, ut Antonius Vepes, Arnoldus Wion, Benedictus Haphtenus, Angelus de Nuce, aliique tùm antiqui, tùm recentiores, ad sua usque tempora de D. Patre Benedicto scripsere, in hoc Valeriani Opere pulcherrimè congestum reperiatur. Stylus admodum elegans est, elocutio perspicua, & blanda, methodus optime ordinata, Baronianam methodum referens. Titulus hujus primi tomi jam impressus (licet Opus ineditum adhuc remaneat) talis est: *Vita del Sñre Patriarca de' Monaci Occidentali Benedetto Anicio di Norcia*, scritta, e distinta per anni 73. Opera mista di antica erudizione, di Riti Monastici, di Commentarj su la Regola, di curiosi quesiti, di Elogj sagri, utile, dilettevole &c.; composta l' anno 1630.

Præ-

Præmittis Apparatum, de *Gloria Ordinis Monastici*, per quam eruditum, ad calcem addit quasi epithomem primi tomi, compendiariam Vitam ejusdem S. P. Benedicti Latina lingua; & supplementum ipsius primi tomi Italica lingua. In secundo tomo agit de rebus Monasticis usque ad annum Domini 680. Disserit postea de Monasteriis nostræ hujus Casinensis Congregationis, aliisque de rebus ad Monachos Benedictinos Casinenses, & Justinianos attinentibus. Sed hunc secundum tomum minimè absolvit. Pro Sabaudica autem Domo, præter impressas, quas nuper memoravimus, has etiam mss. lucubrationes composuit. 2. Istoria della Vita del Duca Carlo Emanuele I. tom. 2. 3. Istoria della Vita del Duca Vittorio Amadeo, tom. 1. 4. Istoria della Regenza di Madama Reale Duchessa Cristina di Francia, tom. 2. 5. Istoria della Vita della medesima tom. 1. 6. Ritorno trionfale della medesima dalla Savoja a Torino del 1642. 7. Ingresso trionfale della medesima in Cuneo del 1645. 8. La Lega sollennizzata in Torino del 1651. con li Signori Cantoni Svizzeri. 9. Relazione del viaggio della Principessa Sorella Duchessa Elettrice di Baviera, a Baviera. 10. Relazione della Guerra fatta da Sua Altezza Reale agli Eretici Ribelli Valdesi nell'anno 1655. 11. Per la riconsegnata Cittadella di Torino all' Altezza Reale nel 1657. 12. Ingresso della medema in Vercelli restituito per la pace del 1659. 13. Viaggio della medesima all' Alpe altissima di Roccamelone nel 1659. 14. Ricevimento fatto dal Rè di Francia alla medesima, & a Madama Reale in Lione. 15. Feste Nuzziali per la Principessa Sorella Duchessa di Parma nel 1660. 16. Descrizione del Palagio Reale di Torino, & altra della Venaria Reale. 17. Apologia per la Real Casa di Savoja contro il Mercurio dell' Abbate Siri. 18. Relazione della rinunzia fatta del Capello a Papa Urbano VIII. dal Serenissimo Principe Maurizio per mano del Conte Righino Roero. 19. Lettera Panegirica a Guido Reni Pittor famoso per li ritratti delle due Reine Sorelle Cristina, & Enrichetta. Præter hæc omnia mss. hæc alia insuper extant in eadem Bibliotheca S. Simpliciani pariter mss. 20. La Prattica del Mondo; Opera Morale, Politica, & Economica, cavata, e discorsa su le favole di Esopo Frigio in fol. Præfatio incipit: *Saprai, che anche la natura, non che l' arte &c.* Opus incipit: *Così oro arsi per avventura dal calore del meriggio estivo &c.* 21. Carmina, Elogia, Epitaphia &c. lib. in fol. Italicè. 22. Elogia composita anno 1641. Latinè, lib. in 4. incipit: *Divis Martyribus &c.* 23. Breves Notæ ad Comicorum libros, Apollonii, & Commentariorum Eutocii Ascalonitæ. Latinè, in fol. 24. Delle Virtù de' Principi, in fol. Opusculum compositum anno 1637. quinque mensium spatio. 25. Istoria de Castiglioni in fol., e 26. Scritture per la Casa Castiglioni, & interessi dell' Abbate D. Valeriano, in fol.

In supra allegato libro, *Le Glorie degl' Incogniti*, dicitur Valerianus paravisse imprimendas, *Historias suorum temporum*; quas tamen non memini me vidisse Mediolani in prænarrato Elencho suorum Operum existente in Bibliotheca S. Simpliciani, in qua nihilominus extant varii libri mss. in fol. Epistolarum, quas ad Valerianum scripserunt, Episcopi, Prælati, Principes, Nobiles, Viri docti, ac celeberrimi, Abbates, aliique; ex quibus Epistolis licet arguere, quanta cum veneratione, & existimatione omnes prosequerentur. Pag.

De eo magna cum laude agunt Philipp. Piccinell. in Athen. Literator. Mediolanens. pag. 508., ubi eum vocat, *solertem Politicum, egregium Poetam, Historicum [illegible] ornatum, profundum Philosophum, & doctissimum Theologum*; & de Annotationibus ad Regnum Italiæ ab eo elucubratis testimonium profert, sicut etiam Author præfati libri *Le Glorie degl' Incogniti*, Hier. Borserius in supplemento cap. 12. Angelicus Apros. in *Grillaja* pag. 283., ubi ei nuncupat *Gryllum* 43.

Bene-

Benedictus Sanbenedetti in Annal. Capuccin. in Italicum sermonem traductis to. 2 p. 2. pag. 741., ubi Valerianus laudatur tamquam unus e celebrioribus ejus aevi Scriptoribus. Franciscus Lauredanus in libris Epistolarum prim. p. pag. 51. & 107, & p. 2. pag. 41., ubi leguntur aliquot ejus Epistolae ad Valerianum datae amoris plenissimae. Placid. Puccinell. in Chronico Glassiaten. pag. 259. Marchio Julius a Puteo de Gestis Comitissae Mathildis, & de ejusdem Genealogia pluribus in locis, in quibus eum allegat, praesertim narratione 4. Bernard. Pez Monachus Mellicensis Epistola x. Apologetica pag. 247., & seq; ubi plura ejus Opera, tum impressa, tum mss. refert. Felix Egger, Idea Ord. Hjerarchico-Benedictini lib. 2. p. 3. differt. 8. pag. 575. inter Viros scientia illustriores eum enumerat, & varia ejus Opera impressa recenset. In Regest. ms. pag. 209. a tergo in margine; *Vir doctus, in politicis versatus, Abbas Titularis; obiit Sabaudiae Historicus Regalis Domus*. Legitur etiam Epistola Julii Cardinalis Mazzarini ad Valerianum Castillionaeum in Volumine Epistolarum ejusdem Cardinalis anni 1649. die 25. Maii; quod asservabatur Romae cum aliis Epistolis laudati Cardinalis apud Equitum Prosperum Mandosium amicum meum eruditissimum, editis libris satis notum, qui magno meo, aliorumque maerore nuper obiit, anno scilicet 1724. mense Sept. aetatis suae anno 81., nunc autem omnia ejus mss., maximi pretii ab eo undique collecta, asservantur apud ejus Filium, paternae humanitatis, & eruditionis haeredem, Julium Mandosium aeque mihi amicissimum.

Caeterum Valerianum praeter Savilianensem, ipsa etiam Taurinorum Civitas honoris ergo Civibus suis adscripsit; Et Carolus Emanuel Dux, qui Valeriano tria millia librar. argenti annuatim assignavit, in diplomate ad eum dato, tali inter caetera encomio eum prosequitur. „ In espressione della molta stima, che „ facciamo di Sogetto, che ha coll'eccellenza del suo stile, e con la moltiplici„ cità de' perfettissimi suoi componimenti publicati a gloria di questa Real Casa, occupati i primi luoghi tra gli Scrittori del nostro Secolo &c. „ Victorius Amadeus in suo diplomate. „ L' Abbate Castiglione &c. Colla felicità del suo ingegno tra gli Scrittori di questa età, e dal giudizio de' più intendenti avendo riportate le prime lodi &c. „ Christina Ducissa Soror Ludovici XIII. Mater Caroli Emanuelis in suo diplomate. „ La certezza avuta della fama, ch' egli ottiene in Ita„ lia di primo Scrittore de' nostri tempi, oltre la notizia della sua bontà, inte„ grità, & esemplarità de' costumi in ogni tempo dimostrata, & anche del suo „ nobile nascimento &c. „

1000. Lire monete.

Aloysius Juglaris e Soc. Jesu in 2. parte Elogiorum Genuae edita anno 1653. pag. 220. nobile Valeriano Elogium scribit ad illius temporis genium, quod ibi legi potest, vel etiam in nostris Analectis.

Legitur in fronte primi tomi Annal. Casin.

Joannis Botta Abbatis, & Cardinalis ad Valerianum D. Benedicti Vitam scribentem Epigramma.

Grandia dum referas Venerandi gesta Parentis,
Vincis, & Ausonii verba diserta Senii;
Exprimis eloquio Benedictum, & moribus aequis,
Et tua Sermoni cedere vita negat.
Degener haud Patri sic es; tua Scripta legenti
Obvia perpetuae norma salutis erit.

In supra memorato libro, *Le Glorie degl' Incogniti*, visitur ejus effigies cum subiecto Disticho.

Ut Populos quicumque regit, sit Jupiter alter
*Artibus * incumbat Castilione tuis.*

VA-

VALERIANUS DEGANUS patria Mediolanensis apud S. Simplicianum in eadem sua Patria Monastica vota emisit ann. 1579. die 25. Martii. Juvenis adhuc scholasticas disciplinas Cæsenæ docuit anno 1594. sed præcipuam, strenuamque operam Mathematicis, & Arithmeticis demonstrationibus impendit, ut testantur ingentia volumina, quæ his de rebus conscripsit, a me visa Mediolani in Bibliotheca ejusdem S. Simpliciani anno 1688. Fuit Abbas, ut diximus, Regiminis, a quo demum se ipsum abdicans, soloque Abbatis titulo retento, reliquum vitæ quieti, ac literis impensius vacavit. Ejus Opera his titulis distinguuntur.

1. *Centum mille Tariffæ* difficilioribus numerorum supputationibus per quam accomodatæ; Est maximum volumen ms. in fol. compositum anno 1625. ætatis suæ 63. 2. *Tariffarum pars altera*: ingens volumen in fol. ms. eodem anno 1625. conscriptum. 3. *Tabula Pythagorica* in amplissimum Canonem propagata, qua quorumcumque licet ingentium numerorum Supputationes mira facilitate, & celeritate expediuntur. Maximum volumen ms. in fol. eodem anno 1625. exaratum. 4. *Tabulæ Pythagoricæ* pars altera ms in fol. 5. Praxes, Annotationesque nonnullæ in loca quædam subobscura Epitomes Joannis a Monteregio in Almagestum ms. in fol. 6. *Logica* tradita Cæsenæ in Monasterio Sanctæ Mariæ de Monte anno 1594. ms. in fol. Extat etiam aliud ejusdem Logicæ exemplar in eodem Cœnobio S. Mariæ Cæsenatis. 7. *Commentaria in Aristotelis Prædicamenta*, in fol. ms. Ejus meminit Bernard. Pez in Epistola sua Apologetica pag. 154. Regestum ms. pag. 190. (quamvis *Aganus*, pro *Deganus* ibi scribatur) ubi in margine, sic: *Abbas titularis ex regimine, Mathematicus, & Arithmeticus celeberrimus*.

VALERIANUS de FRANCHIS natione Siculus, patria Catanensis, S. Nicolai de Arenis Alumnis adnumeratus est anno 1565. die 18. Aprilis; Floruitque sacrâ, profanâque eruditione, in primisque Mathematicæ facultatis excellenti peritia, quod satis ostendebat structura ejusdem Catanensis Cœnobii, & Ecclesiæ, per totam nedum Siciliam, sed Italiam quoque celeberrima, & ab omnibus plurimum commendata, & non sine admiratione conspecta, quam Valerianus ad exactissimæ, ac pulcherrimæ Architectonices leges disposuit, & ordinavit; quæ tamen anno 1693. die 11. Jan. maximo, ac tremendo per totam Insulam terræmotu penitus corruit, una cum aliis ferè omnibus ejusdem Civitatis ædificiis, miserando utique casu, nam præter Opus adeò insigne solo æquatum, etiam 39. Monachi, dum divinas laudes canerent, illis in ruinis mortem, ac sepulchrum eodem temporis momento invenere; Sed quid hoc cum Civium strage, quæ in Urbis excidio contigit? Nunc autem, tàm Cœnobium, quàm Civitas maxima ex parte est restituta, in pristinum illum splendorem, ac magnificentiam si fieri poterit aliquando surrectura. At Valerianus, cum præter doctrinam, morum etiam integritate, ac vitæ innocentia præstaret, Prior S. Salvatoris Gerami constitutus fuit, & anno 1600. Ecclesiam S. Agathæ de Carcere, ubi hæc Sancta Virgo spiritum Deo reddidit, variis ornamentis piissimè illustravit. Demum anno 1635. in senectute bona obdormivit, his relictis lucubrationibus.

I. *Istoria delle cose insigni, e famosi successi di Catania* chiarissima Città di Sicilia, e del Monte Etna, e degl' Incendj suoi, di Ottavio Arcangelo Gentiluomo Catanese, e doppo la sua morte riconosciuta, & ordinata per lo Rev. P. D. Valeriano Franchi Catanese Monaco di S. Nicolò d' Arena dell' Ordine di S. Benedetto nella Congregazione Casinense, e Priore del Smo Salvatore di Gerami, divisa in due tomi, il primo della *Cataneide* l' antica; e il secondo della moderna; Opera utilissima dedicata al Senato di Catania da detto Padre l' anno 1633. Extat ms. in Monasterio Catanensi, ex quo libro Petrus Carrera nobilis Scriptor,

Romano studio docuerit, verè Catholicum, & S. Fidei eximium, non semel factis ipsis ostendit &c. -- Isid. Ugurg. *Pompe Senes.* par. 1. tit. 21. pag. 667. Scientia, ac eruditione immortalem nominis famam assequutum asserit, additque eum semel, iterumque à Gregorio XIII. Romam accessitum ad Kalendarium reformandum, pluries coram eodem Pontifice, ea de re cum eruditissimis Viris disputationem habuisse, ac sententiam suam validissimis rationibus, constanter confirmasse .... magna sui laude, nec minori Pontificis approbatione. In alio Regesto Cœnobii S. Euphem. Brixien: asservato sic de eo dicitur „ Bis a „ Rom. Pont. vocatus est, ut ejus operâ in quibusdam Ecclesiasticis negotiis uteretur, Plac. Petruccius in Supplemento ad Petrum Diaconum de Viris Illustribus Casinensibus cap. 24. & in Annalibus Casin: l. 9. cap. 66. ejusque Continuator Honoratus Medicæus Neapolitanus parte 3. pag. 3. Jo: Baptista Marus in annotionibus ad eundem Plac. Petruccium de Vir Illustribus Casin: Plac. Pucc. in App. Hist. de Illustribus Abb. Florent. Viris cap. 18. pag. 79. in qua Theophilus, Vir vitæ integerrimæ, & in sacris literis, maxime vero in Mathematicis, peritissimus appellatur, composuisse autem dicitur Kalendarii reformationem Florentiæ in villa * Camporearum ejusdem Abbatiæ Florentinæ. Julius Ambr. Luc. in Italia sacra restr. aucta &c. pag. 1000. ubi asserit Theophilum scripsisse eandem reformationem ad nutum Angeli Sangrini Magistri olim sui. In nostris Regest. mss. pag. 244. à tergo in margine, vocatur Theophilus *Vir in omnibus scientiis insignis presertim* in Mathematicis celeberrimus. Senis in Tabulario magni Xenodochii Sanctæ Mariæ de Scala *Libr. Macchi Sign.* n. 565. composito à Hieronymo Macchi ejusdem hospitalis Domus Rationatore, Antiquitatis studiosissimo, & optimo sene, qui vivebat an. 1727. ubi de familiis Senensibus, adverbum *Marzi* 1575. de Theophilo Martio superius à nobis dicta repetuntur, citanturque de eo agentes, præter Ugurgierium, *Pompe Senesi*, etiam *Raccolte mss. degli Autori Senesi, e dell' opere trovate che hanno dato in luce fatta l' anno 1690. esistenti appresso il Sig. Dottore Pirro Gabrielli*. (nunc vero in Biblioth. nobilis Viri Antonii Amerighi Canonici S. Mariæ de Provenzano nuncupatæ in eadem Vrbe Senensi) ubi L. T. Theophili *Censuræ in libros de Heresi suspectos, & de Reformatione Kalendarii*, aliaq. opera, (ut ibi dicitur) indicantur: Denique Carolus Chartari Vrbevetanus, Advocatus Romæ Concistorialis celeberrimus, in opere egregio ms. in fol. quod extat Romæ apud nobilem, & eruditum Virum Julium Mandosium, Equitis Prosperi Mandosii filium, mihi, sicut olim ejus Pater, amicitia cōjunctum; cui operi Carolus titulum præfixit *Professorum * Romani Athenæi Series literis elementaribus exarata pag.* 682., ubi Ricordati, & Vgurgerii verba ipsa de Theophilo, ut illi in aliis omnibus Authoribus solemne est, in medium affert.

* Alle Campore.

* Le Sapienza.

THEOPHILUS VENETIIS ex per illustri familia Michaelia ortus est; institutum vero nostrum amplexus Patavii sub Ludovico Barbo, an. 1414. die 27. Jan; cujus discipulus obsequentissimus fuit, ejusque virtutum, ac eximiæ probitatis strenuus imitator, celebratus proinde, ut peculiaris, ac magnus Dei servus; Primus Prior Sancti Benedicti in agro Mantuano constitutus, mox ob singularem prudentiam, vitæque Sanctimoniam, secundus Præsidens totius Congregationis eligitur an. 1425. statim post laudatum Lodovicum Barbo, iterumque an. 1427. in eadem dignitate eidem Ludovico successit, cum adhuc Prioris tantum nomine insigniretur, tertio demum cum jam Abbas creatus esset Monasterii Mantuani an. 1430. supremum Magistratū tenuit; Crediderim igitur Priorem tantummodo antea vocatū fuisse Cœnobis Benedicti Padolyronensis, non autem, Abbatem, quia adhuc in vivis ageret Paret Abbas Commendatarius Guido

* Ita prorsus fuit, ut nostra antiqua Regesta indicant.

Guido ex familia Gonzaga, qui odore Sanctitatis Ludovici, Sociorumque allectus, sponte eos è Divę Justinæ Cœnobio in suum Monasterium accivit, & regularem observantiam ibidem per eosdem restituendam curavit, retentc Abbatis nomine, & parte redditaum: Scripsit autem Theophilus satis prolixam Epistolam septem nempe paginarum, cui hunc titulum apposuit.

Epistola super obitu, & mirandis Virtutibus Patris, & Domini Bartholomæi Presbyteri, in multis Italiæ Civitatibus, maxime Venetiis, & Paduæ de singulari Sanctitate præcogniti. Extat ms. Romæ in Biblioth. Sapientiæ in tertio tomo Miscell. Sacr. Const. Cajet. pag. 81. Ille autem Bartholomæus fuit Canonicus Romanus ex familia Columna; quod liquet non tantum ex Epistola ejusdem Constantini, quæ prædictæ Epistolæ Theophili subnectitur pag. 83. ad Cardinalem Hieronymum Columnam, cui illam vitam, quam in publicum emittere animo destinaverat, nuncupabat, sed multo etiam magis ex Epitaphio insculto ejusdem Bartholomæi Sepulchro ex candido marmore in Ecclesia S. Benedicti Mantuani, ubi ejus corpus requiescit, a me ibidem lecto an. 1718. mense Sept.

Stirpe Columnensem Romanum Bartholomęum
Marmoris hęc nivei continet arca Patrem
Qui fuerat quondam Benedicti hac venit ad ędes,
Vir pius, & verus pacis amator erat
Presbyter hic laicus signis, dum vita manebat,
Claruit, & senio denique sanctus obit,
Mille quadringentis Domini currentibus annis
Atque tribus decies regna beata subit.

THEOPHILVS PATAVINVS Patria, Monachi vitam professus est in Cœnobio S. Justinæ anno 1500. die 16. Aprilis; floruit pietate, religione, ac doctrina, nam toto vitæ decursu sacrarum literarum studiis, sanctorumque Patrum Lectioni assidue deditus, ex iisdem varia opuscula in sui, aliorumque usum, ac utilitatem composuit, quæ eximium virtutum amorem, veramque Sanctorum Sapientiam redolent; videlicet

1. *De arte bene morendi*: incipit, *Cum de præsentis exilii miseria &c.* 2. *Extracta quędam ex collationibus Patrum*, Jo: Cassiani, Incipiunt; *Omnes artes, & disciplinæ &c.* 3. *De instructione Confessarii Monachi*. incipit *Declaraturus breviter &c.* 4. *De Formatione absolutionis plenariæ*, Incipit *Per aspersionem Sacratissimi Sanguinis &c.* item Italice 5. *De lo modo di confessare li seculari*. De modo excipiendi Sęcularium personarum confessiones, eosque interrogandi
6. *De Indulgentiis concessis Congregationi S. Justinę ab Innocentio* VIII. *Semel in vita*, & in mortis articulo. incipit, *Inprimis sciendum est quod Eugenius* IV. &c. Hęc sex opuscula unico volumine comprehensa in 16. & in pergam: optimo charactere ab ipso auctore exarata extant in Bibliotheca ejusdem S. Iustinę. In Bibli. vero S. Giorgii M. Venet. extat ms. Theophili Monachi *Summa de variis Casibus* tom. 1. in 8. n. 329.

De eo Arnol. Wion. Lign. Vit. tom. lib. 2. cap. 78. pag. 461. his prorsus verbis. „ Theophilus Monachus nostræ Congregationis scripsit *Tractatum de Casibus*, qui sic incipit *Conclusio* 1. extat ms. apud me „ & Ant. Poss. ex eodem Arnoldo appar. Sacr. tom. 2. pag. 474. Cęterum in eadem D. Giorgii Bibliotheca ex tant etiam mss.

THEOPHILI MONACHI Casinensis Summa moralis tom. 1. in fol. Sign. num. 318. &

THEOPHILI BRIXIANI Monachi Casinensis Opuscola, & Epistolę ad Wilhelmum Priorem Lugel. tom. 1. in fol. sed de his duobus postremis The-

Theophilis omni prorsus alia cognitione destituor, & fortasse primus idem est cum Theophilo Patavino.

THOMAS CÆSARANUS Neapoli in lucē editus, ibidem apud S.Severinū tutiorem viam æternæ salutis ingressus est an. 1624. die 7. Jan. Eluxitque in eo Sacræ doctrinæ peritia, ac perfectioris vitæ studium tum in se ipso, tum in aliis jugiter promovendæ. Scholasticam Theologiam annis non minus viginti mira perspicuitate, ac facilitate docuit, juventutem, scientiis æque, ac Dei timore diligentissime imbuens, pluresque discipulos eruditione, ac pietate conspicuos instituens. Abbas deinde S. Severini creatus insigni prudentia, & egregia virtute Monasterium administravit, divini honoris zelator, proximi charitate fervens, paupertatis eximius cultor, sibi admodum parcus, Monachis, quæcunque necessaria erant, abunde suppeditabat, illisque in regulari observantia, verbo & exemplo præibat: eo expleto regimine, Cœnobium Castrovillarum in Calabria gubernandum suscepit, ubi Evangelii prædicatione, aliisque spiritualibus exercitationibus rudem populum assiduè instruere satagebat; quo in pietatis officio post menses aliquot, optimi Præsulis relictâ famâ, premia laborum in cœlo percepturus, à seculo migravit anno 1667. scripsit Opus, cui titulum dedit,

Benedictinus Orbis, sive de S. Patriarcha Benedicto militante, & triunphante libri 4.; qui mss. asservantur Neapoli in Bibl. S. Severini in 4. teste * Benedicto Laudati in Brevi Chronico ms. eiusdem S. Severini pagina 350., ubi de eo agit.

* De quo prima par. lit. B.

THOMAS ab * EBULO in Casinesi Monasterio sub Angelo Sangrino Abbate D. Benedicto nomen dedit anno 1566. die 15. Augusti; Philosophiæ vero, divinisque literis haud levem navavit operam. *Vicarius* itaque *Generalis* totius Casinensis Diœcesis constitutus, Clerum, ac Populum, lucubrationibus valde utilibus pro virili parte juvandum curavit. illarum tituli ii sunt

* Evoli

1 *Synodalium actionum* l. 1. 2. *Examinis Confessariorum, & Promovendorum* ad Sacros Ordines, & eorum, qui mittendi sunt ad Parochiales Ecclesias l. 1. item Italice. 3. *Prediche cinquanta al popolo*. Obiit Casini post annum 1574. teste Arn. Wione Lign. Vit. par. 1. l. 2. pag. 467. Præterea de eo agunt Plac. Rom. *in Supplem.* ad Petrum Diac. de Viris Illustribus Casinensibus cap. 27. ubi vocatur, *Vir prudentia, ac ingenio insignis, in Philosophia autem, ac divinis scripturis doctissimus*. Jul. Ambr. Lucenti in Ital. sacr. restric. auct. pag. 1000. In Regest. ms. pag. 234. à tergo, in margine sic. *Vir doctus aliqua scripsit*.

THOMAS MANNARINUS Siculus, Patria Panormitanus ab ineunte ætate Scholasticas Scientias constanter sectatus, admodum juvenis J. V. Lauream obtinuit: In S. Petri Sacello, quod est Regii Palatii, *Conrrandati*, ut vocant, beneficio donatus, cum fortuna ei maxime arrideret, ac majora promitteret, spretis omnibus, in Cœnobio Sancti Martini institutum nostrum delegit anno 1609. die 14. Sept. in quo pietati, ac sacris literis ferventius incumbens, egregii Monachi famam circumquaque diffudit. In Italiam deinde veniens à Friderico Cardinali Borromeo Archiepiscopo Mediolanensi S. Officii Consultor, ac Censor electus fuit, & in Gebennesium Provinciam missus, strenuo labore Hæreticos ibi degentes partim profligavit, partim ad Catholicam fidem reduxit, ut Author est Mongitorius loco infra citando. Postea Bononiæ, & Patavii Scholasticas disciplinas publicè docuit, ea nominis celebritate, ut à Ferdinando II. Imperatore novam Salisburgi Academiam instituente, Prælector, & publicus, ibidem S. Theologiæ Professor sit in Germaniam accitus, ubi cum diu docuisset, & Catholicam fidem invicte propugnasset, Fundi in Latio, Episcopus ejusdem

Lma

Imperatoris operâ declaratur; Sed quominus eam dignitatem iniret, graviores insequuti morbi intercessere; quamobrem in Siciliam, suumque Monasterium remeavit, ibique cum se ad æternitatis iter, quo supervixit tempore, comparasset, anno 1636. naturæ debitum solvit, plura egregia volumina typis parata posteris relinquens, quorum hi sunt tituli.

1 *Commentari in summã D. Thomæ*. 2. *Commentaria in duodecim Prophetas minores*. 3. *In Regulam S. P. Benedicti Commentarium*. 4. *De Privilegiis Cong. Casinen. liber*. 5. *De Religionis nobilitate liber*. 6. *Concordia Juris Canonici, & Civilis* in tres tomos digesta. 7. *Sermonum, Orationum funebrium, & discursuum Historicorum* libri plures. Quorum Operum nonnulla in Biblioth. S. Martini asservantur mss, alia quæ Salisburgi edenda ipse Thomas reliquerat, Imperatoris jussu in Biblioth. Salisburgensi reposita sunt, teste Ant. Mong. in Biblioth. Sicula p. 2. pag. 261. ubi de eo agit, ac inter cætera ista narrat. „ Cum Ferdinandus Imperator novam Salisburgensem Academiam fundare meditaretur, ut eandem Hæreticorum insaniis obiiceret, in Germaniam ab Imperatore accitus est, ac in novo Gymnasio annos sexdecim omnes scientias docuit summa cum doctrinæ laude. Publica disputatione instituta, Imperatoris jussu coram eodem Imperatore, ejusque supremo Consilio, ac Sapientioribus Imperii Viris, postquam noster Thomas oppugnationes omnium religiosorum, ac doctissimorum hominum ad magisterii dignitatem anhelantium rejecisset, Magnus Cancellarius, & Comes Palatinus electus est, ipseque solus è Benedictinis, Lectoris titulo insignitus fuit. Postquam diu Imperii Academiis præfuisset, ac easdem doctrinæ splendore illustrasset, Fundi Episcopus in Latio constituitur. At honores, quos non immeritò obtinuit, odium, invidiam, rabiemque succendere hæreticorum, quos nefarios sui, & fidei hostes semper habuit; Ideoque cum in ejus perniciem conspirassent, ad magicas artes confugere, quibus virum undique egregium, stupidum, paralyticum, ac manibus, pedibusque trementem effecere. Hinc onoribus omnibus, quibus in Germania mirifice effulserat, in Monachorum suorum, Salisburgensium videlicet, beneficium renunciatis, Panormum remeavit, & in Coenobium S. Martini secessit, ubi aliquandiù vixit, ac demum magno Literatorum, & Amicorum dolore an. 1636. extrema clausit „ Ita Mangitore ex Roccho Pyrrho Sicil. Sacr. l. 4. pag. 200. & ex relationibus Patrum ejusdem Monasterii.

THOMAS à NEAPOLI Monachus nostræ Congregationis in Monasterio S. Angeli de Cajeta, scripsit

1 *Manuale Prælatorum*, item Italice 2. *Manuale di Monache*, ut patet ex epistola ejusdem Thomæ scripta ex eodem Cajetano Cænobio an. 16. die 27. Sept. D. Francisco ab Vrbe Casinensis Tabularii Præfecto, qui vixit circa ann. 1650. in qua sic loquitur „ La tanta commodità di studiare che godo in questo mio Monastero mi ha mosso à pulizzare due operette, che molto tempo fa hò composte, cioè *Manuale Prælatorum*, e l'altro l'hò intitolata *Manuale di Monache*; e perche mi fondo principalmente ne nostri *Privilegi*, li quali non vengono tutti riferiti dagli Auttori, ma ogn'uno procura porre in campo li privileggi dello loro religioni, per tanto hò intenzione di far conoscere al mondo, come ne habbiamo tanti particolari, che non teniamo bisogno di haverli *per communicationem* degli altri, come anco per fargli palesi à nostri Prelati, acciò li pongano in uso &c. Però ne hò scritto à diversi nostri *Monasterii* per l'infinita diligenza, come ne priego più degl'altri V. P. M. R. che fara piacere anco particolare al mio Reverendissimo &c. „ Quæ Epistola extat in Tabulario Casinensi.

THO-

* Vdlestonus. THOMAS PRÆSTONUS familia inter Anglos in primis nobili, ex toto divisi Orbe Britannia, Casinum veluti Religionis portum bonis avibus appulit, sub Monachi habitu Deo militaturus an. 1592. die 16. Junii. Postquam verò virtutibus, ac scientiis animum abunde ditasset, zelo animarum accensus, Catholicæ fidei prædicandæ gratia in Angliam regressus est, ubi ab impiis obturantibus sicut aspides aures suas sentus, atque in carcerem detrusus, mortique adjudicatus fuit; sed capitis sententia in perpetuam carceris custodiam commutata, ibidem invicta constantia diutissimum, adeoque illustrius martyrium sustinens, gloriosam mortem oppetiit, Viri hujus ex Christi Confessione percelebris, in Theologica etiam facultate celebre fuit nomen; eius enim asservantur Casini mss.

Tractatus in universam Theologiam.

De eo Gabr. Bucc. in Bened. Rediv. ad annum .... ubi afferit ascriptum eum etiam fuisse Anglicanę Monachorum nostrorum Congregationi cujus *insignem Heroem* illum appellat * Angelus de Nuce in Notis Chronici Casinensis libro 4. capitulo 108. §. cc. numero marg. 2013., ubi Thomam * Præstonum doctissimum imprimis Theologum nuncupat, & pro tuenda fide in patrio solo per annos quinquaginta constantissimum athletam; cujus Theologicos Commentarios manu exaratos se vidisse (Casini) affirmat, Jul. Ambr. Lucenti in Ital. sacra restricta, aucta &c. pag. 1041. narrat, Thomam missum cum socio pariter Anglo, Viro docto ab Urbano VIII. eorum virtutibus permoto, in Angliam ad prædicandam veram Christi fidem, carcerique mancipatum per annos 30. longum martyrium duxisse, eiusque in universam Thologiam subtilissima Commentaria Casini asservari. In nostris Regestis, pag. 255. in margine „ Obiit *Londini* 1647. *carceratus pro Fide Catholica* per 40. annos „ & in alio Reg. p. 200. *obiit Londini* 1647. *pro Fide Catholica multa perpessus*; sed cùm Lucenti dicat in Angliam eum missum ab Urbano VIII., qui regnare cœpit anno 1623., obitque anno 1644. * Præstonus vero in laudatis Regestis dicatur mortuus anno 1647., vel error est Cronologicus in prædictis Regestis, vel * Præstonus non amplius an. 24. carceris pœnam ad obitum usque sustinuit.

* De eo 1. par.

* Vdlestonus

Cæterum ego olim accepi Thomam Præstonum suscepisse defendendum tamquam licitum juramentum, quod Jacobus primus Magnæ Britanniç Rex suis subditis Catholicis proposuerat; Ita enim ille existimabat. Sane in Indice Librorum prohibitorum Lit. A. sic habetur.

„ Appellatio Thomę Præstoni, & Thomæ Greenęi Anglorum ab Illustriss. „ Cardinalibus ad Indicem deputatis, ad Papam „ Forte illa defensio interdicta fuerat; & isti appellarunt ab ea sententia ad Pontificem Maximum.

TIMOTHEVS JOANNINI Filius Familia de Riccis Florentinus Patria, in qua apud Cœnobium S. Mariæ D. Benedicti adscla fieri voluit anno 1433. die 6. Decembris, cum Monasticæ disciplinæ zelo, ac Regularium virtutum fama apprime floreret, a Summo Pontifice, procurante Dominico Cardinali Capranica, Abbas S. Salvatoris in loco, qui dicitur *Septimus*, quinto à Florentia lapide, ordinis Cisterciensis eligitur, ut idem Monasterium, totamque Cisterciensium per Hetruriam Congregationem reformaret, qui assumptis secum octo aliis ejusdem Abbatiæ Florentinæ Monachis, singulari prudentia, in primisque optimis vitæ exemplis, pristinum institutum feliciter redintegravit; Qua provincia confecta, cum jam ad extremum Senium vergeret regimen illud dimisit, privatusque aliquot annis sibi tantum, Deoque vivens, eidem piissime Spiritum reddidit anno 1450. juxta Petrum Ri-

Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 451. ubi plurimum eum laudat, & etiam juxta Necrologium Abbatiæ Florentinæ pag. 3. juxta vero Plat. Puccin. in Chron. ejusdē Abbat. Floren. pag. 124. ubi de eo agit, anno 1484. quod vero similius videtur, cum senio confectus obiisse dicatur. ejus leguntur.

Plures latinæ Epistolæ ad Gomentium Abbatiæ Florentinæ venerabilem, ac celeberrimum Præsulem, in tomis mss. Tabularii ejusdem Abbatiæ Florentinæ. Verba autem prædicti Necrologii, hæc sunt — De eo prima par. lit. G.

„ Dominus Timotheus Joannini, Monachus undequaque perfectus. Hic vi-
„ tæ merito, morumque Sanctimonia à Summo Pontifice, *Septimi* Cistercien-
„ sis Ordinis Monasterio Abbas præficitur; Quod & summa prudentia diutissi-
„ mè rexit, & Sanctis exemplis magnifice decoravit, Demum senio confectus
„ Prælatura se abdicat ibidemque annis nonnullis Monachus vivens, Deo, &
„ hominibus gratus obiit VIII. Idus Aprilis.

Ad L. V. pag. 34. lin. 39.

VRBANVS CARRARA Patria Sulmonensis, Cavæ in Cœnobio Sanctissimæ Trinitatis Monasticum institutum professus an. 1624. die 6. Octob. Prior deinde, & Abbas titul. nostræ Congr. floruit humanioribus literis circa an. 1674. Ei Prioris munus Genuæ exercenti, Jo. Canale nuncupavit Oden in laudem Academiæ *Occultorum* à Josepho Lomellino Abbate in Monasterio Cavensi institutæ, ut constat ex libro Poematum ejusdem Jo. Canale impresso Neapoli an. 1694. pag. 309. & pag. 413. ei nuncupavit aliam Odem in laudem Antonij de Gatta, & Vrbis Genuensis; Pag. autem 705. legitur Vrbani Italicum Epigramma in laudem ipsius Jo. Canale, quod est hujusmodi.

Luminosa dal Ciel credo discesa
Del tuo Canal l'insegna borche fra Cigni
Tu nuovo Apollo ad avvivar t'accigni
De Sagri fasti la sepolta impresa.
Quindi all'oblio retando ingiuria, è offesa
Vinci, è opprimi la morte, onde dipigni
Con la penna immortal gl' Eroi benigni
Ch' hav' vinto il Ciel, l' eternità contesa
Fià par' nem' grave al tuo valor gentile
Ch' et stesso in Campo azurro in ogni lido
Beva co' Gigli d' vn perpetuo Aprile.
Or di raccorre al tuo cortese nido
Informi parti del mio dire humile
Bear gli accenti, ed eternare il grido.

Cui idem Canale inter cætera hæc respondit

Vrbano, il dolce Vmor, che dal tuo stile
Sgorga del mio Canal nel basso nido
Reca à suoi Gigli un sempiterno Aprile &c.
Alzar di nuovo al Ciel per te mi affido
Con la tua penna, alla mia penna humile
E' aquistar col' tuo nome, e nome, e grido.

Nec plura hactenus de eo comperi.

Addenda Lit. *T.* pag. 191. in princicio.

Uigasus Coccai in præfatione laudatæ editionis Venet. 1561. præter superius allegata, hæc insuper habet lectu dignissima, si tamen omnia vera essent & non potius aliqua de ejus vitæ casibus poetico more conficta. non enim cum rebus superius à me, verisque allatis hæc omnia concordant.

„ Girolamo Folengo Mantoano, & a me discepolo nella Professione Gramma-
„ ticale, fu dà suo Padre mandato a Bologna in istudio per udire il grande Aristo-
* Pietro „ telico Peretto Pomponazio, ma volse, ch' io parimente andassi con esso lui, so-
„ lamente per guardarlo, che non perdesse il tempo, & i denari: Ma essendo
„ già cresciuto, e fatto tale, che più non mi havesse a temere, come vivace
„ molto, faceto, e compagnone, si diede in preda alla sviata giovanezza, e pos-
„ ponendo li termini logicali; tutto si congiunse alle Muse Latine, Volgari, e
„ Macaroniche. Io assai feci per ogni modo ridurcelo alla volontà del Padre, ma
„ sempre indarno m' affaticai. Compose egli dunque sotto il nome d' un forfante
„ detto *Limerno* in ottava rima *La fanciulezza di Orlando Paladino*, opera inge-
„ gnosa, & assai mordace, Poi sotto nome di Merlino Cocajo diede principio
„ à i gran fatti di Baldo in verso Heroico, e Macaronesco, e fecene un volume
„ di venticinque libri; Quattro libri poscia della Moschea, pur sotto il medesimo
„ nome gli uscirono dalle mani in verso Pentametro, e Macaronico. Successe a
„ lei la Zanitonella con altre cosette facete. Al fine come bizzarro, è fantastico
„ che èra, mandò fuori sotto nome di Triperuno il Chaos in stile hora Latino,
„ hora volgare, hora de Macaroni, fatto tutto questo per un gran disordine, e
„ pericolo della vita summo costretti tornarsene alla patria con la Zucca piena più
„ di lasagne, che di philosophia; Laonde hebbe egli dal Padre tal rimbrotto, e ri-
„ prensione, che in guisa di disperato andò errando per lo mondo, fatto in pri-
„ ma Cortiggiano, poi Soldato, poi Romito, al fine con suo fratello più di lui
„ dotto si chiuse in una solitudine à darsi totalmente a i Sacri libri, ove sotto
„ nome di Teophilo Folengo compose in ottava rima la Humanità di Cristo fi-
„ glivol di Dio, ove nel principio si duole assai aver perduto gl' anni sotto il Ti-
„ tolo di Merlino, quando dice.

*Ver è ch' un * pensier grave &c.* Ipse Merlinus Baldi lib. 22. pag. 247.
* Dolore à tergo

Traditur in de Viro favio, doctoque Pedanti,
Merlinus Puer, & versu, prosaque peritus
Cum sociis multis ivit studiare Bolognam
Et Philosophastri bajas sentire Peretti
Unde comenzavit super illas torcere nasum
Inque Petri Hispani chartis Salzizia coxit
Ad Macaroneas potius se tradidit artes,
In quibus à teneris unguis fuit ille Cocajo
Præceptore datus, pinguisque Poeta dicatus
Dum Pomponazzus legit ergo Perettus, & omnes
Voltat Aristotelis magnos sotosora Librazzos
Carmina Merlinus secum Macaronica pensat,
Et giurat nihil hac festivius arte trovari

VALERIANUS ex nobili, ac perantiqua familia Castilionea, natus est Mediolani anno 1543. die 3. Jan., Patre Francisco viro doctissimo, ac Protophisico Exercituum Regis Catholici, ex stirpe celeberrimi Balthassaris Castilionei, qui Clementis VII. Pont. Max. ad Carolum V. Cæsarem in Hispaniam Nuntius extitit; noster autem Valerianus ingenuè admodum educatus, Religionem deinde nostram apud S. Simplicianum in Patria professus anno 1610. die prima Novembris, divinis, humanisque literis se penitus devovit, in eisque haud mediocritèr profecit; nam elegans Orator, ingeniosus Poeta, excellens Politicus, insignis Historicus, profundus Philosophus, & eminens Theologus evasit, his enim titulis decoratur ab Authore Libri, *Le glorie degl' Incogniti*, idest Virorum Illustrium Academiæ Venetæ *Incognitorum* [cui Valerianus adscriptus fuerat] impress. Venetiis anno 1647. apud Valvasensem, pag. 221. Imò celebriores per Italiam Academiæ certatim eum in sociū cooptarunt; eas inter Brixiensium *Errantium* Academia, cū primùm aperiretur, literariam palestram omnium primum erudita Oratione decurrentem eum suspexit; in eaque ab Angelo Gryllo, de Literis, ac Literatis optimè semper merito, qui eum, quocum Bergomi aliquandiù vixerat, unicè diligebat, impulsus, plures panegiricas Orationes valdè elegantes in laudem quorundam Nobilium Venetorum, qui publico defungebantur officio, affluenti eloquentia recitavit; Ingentem itaque doctrinæ, ac prudentiæ famam apud Principes, & Viros doctos adeptus, a plerisque quà humanissimis Epistolis, quà Elogiis præclarissimis honestatus fuit; Nam Urbanus VIII. Pontifex, sicut dignitate, sic etiam sapientia summus, Valerianum nobili encomio dignatus est: Innocentius verò X. Abbatem *Titularem* eum creavit; Et Ludovicus XIII. Galliarum Rex opera Cardinalium Armandi Richelii, ac Theodori Trivultii, qui Valerianum in Galliam vocaverat, ubi ejusdem Cardinalis vitam scripsit, suum Historiographum eum elegit; quod etiam munus a Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce, notæ virtutis, ac acerrimi judicii Principe sibi demandatum, tàm sub ipso, & Victore Amadeo, quàm sub Christina Ducissa ad obitum usque egregiè adimplevit; Sed rogatus a Cardinali Burghesio, & a Petro Toletano Neapolis Prorege, ut Pauli V. Pontificatum, & bella a Rege Catholico in Italia gesta describeret, utramque provinciam justis de causis recusavit. In Monastica interim Historia concinnanda strenuè desudans, illam primarium suum Opus esse voluit, erat enim utraq; literatura Sæculari scilicet, & Ecclesiastica instructissimus. Postremò Taurino, ubi plures annos in Cœnobio Fratrum Augustinensium, optimi Religiosi fama vixerat, haud equidem mendaci, in Patriam reversus, non adeò multò post oborta valetudine, terras relinquere coactus fuit septuagenarius, plurimis relictis fecundissimi ingenii monumentis, ex quibus per typos publicæ luci tradita sunt sequentia.

1. Celestino IV. Papa. Castiglione, Milanese, Nipote di Papa Urbano III., Crivello, Milanese, conservato alla Famiglia, & alla Patria; Apologia composta l'anno 1661. impressa tomis duobus, sed locus, & annus impressionis a me hactenus ignoratur. Vidi equidem Mediolani in Bibliotheca S. Simpliciani Authographum hujus Operis, & ferè omnes alias ejus lucubrationes, quà impressas, quà mss. anno 1687. sine tamen loco, & anno prodictis.

2. Clio; Poemata in laudem Federici Cardinalis Borromæi. Mediolani anno 1616. apud Marcum Tullium Paganellum.

3. Panegyrys, Illmo, ac Rmo D. S.R.E. Cardinali, D. Ludovico Ludovisio, Gregorii XV. Pont. Opt. Max. ex Fratre Nepoti Augustiss. Ravennæ ex Typographia Petri de Paulis, & Joannis Baptistæ Joannelli 1621. Excellentissimo Principi Paulo Jordano Ursino dicata. Est pagg. 16. In Epistola ad Lectorem Author asserit, *se a decimo sexto ætatis anno typis concedere*, (*quæcumque sint*) *scripta cæpisse*.

4. Panegirico agl' Illmi, ed Eccmi Signori D. Gio. Giorgio Aldobrandino Principe di Meldola, e D. Ippolita Ludovisia Sposi feliciffimi. In Ravenna appresso Pietro de Paoli, e Gio. Battista Giovannelli 1621. in 4.

5. La Rosa, Panegirico in congratulazione all' Illmo, e Rmo Signore, il Sig. Cardinale Alessandro Orsino Legato della Romagna. Ibidem apud eosdem, eodem anno 1621. in 4.

6. Il Vino, Discorso agli Signori Academici Filarmonici di Verona. Mediolani anno 1624. in 4. Opusculum dicatum D. Pio * Mutio, cujus *Considerationes in Tacitum* laudat, & allegat pag. 18.

* De eo supra L. P.

7. Elogium de Gestis heroicis Caroli Emanuelis I. Ducis Sabaudiæ. Veronæ anno 1626.

8. Panegirico per la festeggiata sua natività. Taurini anno 1627.

9. Relazione dell' Origine del Fiume Pò a compiacimento della medesima Altezza. Cunei 1627.

10. Statista Regnante, applicato al governo della medesima Altezza. Cunei an. 1628. apud Hæredes Tarini. Accresciuto in questa terza * impressione di una lettera discorsiva a' Politici. Hoc est Opus illud egregium veræ politiæ documentis undique refertum, quod tamen Fr. Angelicus Aprosius in libello, cui titulum dedit, *La Visiera Alzata Hecatoste*, sub nomine tamen Jo. Petri Jacobi Villani Senensis, Parmæ impress. an. 1689. apud Hæred. del Vigna, imò etiam in Pentecoste, seu in additione Hecatoste, pag. 134., quæ est ultima, dicit ex relatione Andreæ * Rossotti Gistercien. Reform., omnia esse Axiomata ipsiusmet Caroli Emanuelis. Sed utrumque egregiè falli ex eo liquet, quod ipse Valerianus jam senex, cum triginta septem annos Historiographorum Sabaudicæ Domus, magna cum laude egisset, idem Opus *Statistæ Regnante* inter sua Opera recensuit in Elencho omnium Operum, quæ pro illa Serenissima Domo, vel impressa, vel mss. composuit; quem Elenchum typis consignavit Taurini apud Bartholomæum Zavattam anno 1662. in fol., imò in præfatione ejusdem Libri, tertio Taurini impressi, ità de eo Valerianus loquitur. „ Il mio Statista Regnante, benche „ mancante di dottrina, e povero di bellezza, ha tuttavia penetrate con lode „ le Corti Regie, le Cesaree, le Papali, e dalle politiche Academie ha riportato l'onore di non mediocre app lauso &c. questa è Fortuna del Cielo &c. „ Neque verò Vir ingenuus in illa Aula, non solùm oberuditionem, & eloquentiam, verùm etiam ob morum candorem percelebris, ausus esset per typos id tàm liquidè affirmare, si Opus illud sui ipsius partus non esset.

* Locus, & annus primæ, & secundæ impressionis a me desideratur.

* Auctor is est Biblioth. Pedemont., seu Sillabi Scriptorum Pedemontii.

11. *Annotazioni al Regno d' Italia di Emanuel Tesauro*; impress. in eod. *Regno Italiæ* Taurini apud Zappatam 1653. cum æneis figu.is. Iterumque Venetiis 1672. apud Jac. Hertzium in 12. Has etiam Annotationes laudatus Aprosius loco paulò ante citato, & etiam supradicta pag. 103. ejusdem Rossotti testimonio, oretenus tamen habito, ut ipse asserit, Valeriano nostro abjudicat, & ejusdem Emanuelis Thesauri fœtum esse autumat. *Regnum verò Italiæ* non *Thesauri*, ut apud omnes hactenus inconfesso fuit, sed Comitis Philippi Sanmartini d' Agliè,

idque

atque Ros Rossoti tantum; sed & Francisci Amadei Ormen Congregationis * Orat. funebr.
Oratorii * Presbyteri, auctoritate; in quam Aprosii sententiam pedibus it etiam in eunde Co-
Clar. Eques Michael Angelus Georgii * Vicentinus in Vita Comitis Galeatii mitem Sag-
Gualdi edita Venetiis apud Christophorum Zane 1728. inter *Opuscula Scientifi-* martinum.
ca, & Philologica Variorum tom. 1. pag. 348. & etiam in illis Epistolis erudi- * Zorzi.
tis impress. Patavii apud Conzattum 1726. pag. 298. Epistola ad Nicolaum Co-
leti: Sed quidquid sit de *Regno Italiæ* (neque enim mea interest, pro *Thesauro* Apologiam texere) id vere affirmare possum, ipsum *Thesaurum*, ut a Viro docto, & fide dignissimo accepi, ingenuè fateri solitum, multa in illis Annotationibus a Valeriano dici, quæ numquam sibi succurrerint, plurimam proindelucem Valerianum suo *Italiæ Regno* attulisse; nec verò credibile est *Thesaurum* id unquam dissimulaturum fuisse, si neque ipse Author Libri, neque Valerianus Annotationum esset: Ceterum extra dubium est Aprosium in expungendis fictis Auctoribus, verisque vindicandis interdum toto Cœlo aberrare, ut sunt omnes homines errori obnoxii, celeberrimum enim Opus *Astrum inextinctum*, Romano Hay Monachio Oksenhausano vero Authori surripit, & *Inferò* nescio cui attribuit; At ego admodum juvenis hiscemet oculis vidi Romæ, concedente Rmo P. D. Alphonso Myer Congregationis Vallisoletanæ Ordinis S. Benedicti Generali Procuratore, Viro doctissimo *, idem *Astrum inextinctum*, perperam sub nomine Gasparis Scioppii, a quodam, qui illud furatus fuerat, typis evulgatum, multisque scatens mendis, ab eodem Romano Hay correctum, ac pluribus pagellis sua manu scriptis hinc inde auctum, & emendatum, qui Liber a fronte muniebatur sigillo in cera rubra Hispanica Rmi D. Abbatis Oklenhausi, qui fidem faciebat a se concessam prædicto P. Romano Hay, Monacho suo facultatem illum imprimendi: Sed ad alia Valeriani Opera pergamus.

* Vagliadolid

12. Lettera Elogiale all' Altezza Reale di Carlo Emanuele per la Pace di Susa. In Torino l'anno 1629.

13. Lettera Elogiale all' Altezza Reale di Vittorio Amadeo per la pace di Cherasco. In Moncanglieri l'anno 1631.

14. Il Principe Bambino per la nascita di Francesco Giacinto 1 Opera virtuosa ad istruzzione di un buon Principe felice, fortunato dal Cielo. In Torino per Gio. Zavatta, e Domenico Gagliardi l'anno 1633.

15. Discorso della Caccia alla sudetta Altezza Reale. In Torino 1634.

16. Elogio funebre nella morte della medesima Reale Altezza. In Torino l'anno 1637.

17. Lettere sù l' Opere dell' Illmo Sig. Francesco Loredano Nobil Veneto. In Torino l' anno 1642. presso Gio. Ambrosio Niella in 12., e di nuovo in Venezia l' anno 1643. ad istanza dell' Academia; qui quidem Lauredanus non dubitavit appellare Valerianum, *Principem Literatorum sui Sæculi*.

18. Lettere di ringraziamento, e di lode. In Torino l' anno 1642. presso gli Eredi del Tarini in 12.

19. Panegirico a Luigi XIII. Rè di Francia; sed deest locus, & annus impressionis.

20. Istoria delle rivoluzioni del Piemonte; stampata in piu libri in fol. sed pariter locus, & annus impressionis in prænarrato Elencho ejus Operum desideratur.

21. Lettera Panegirica a Madama Reale Duchessa di Savoja per la pace di Piemonte. In Torino 1643.

22. Altra alla medesima per l' Ingresso festivo del Duca Figlio in Torino. Ibidem anno 1645.

23. Parte dell' Istoria della Reggenza di Madama Reale. In Torino presso il Gianelli l'anno 1656. Cum pars multò amplior exstet ms. duobus tomis Mediolani in Bibliotheca S. Simpliciani, ut infra dicetur in ejus MSS.

24. Applausi Natalizj per la medesima; cioè 1. L'Eternità al Tempo. 2. La Primavera al Verno. 3. L'Egizzia Saggia. 4. La Fortuna. 5. L'Orologio. 6. Lo Specchio. 7. Giunone Lucina. 8. Il Tempo. 9. Il Genio. 10. Le Giuocatrici. 11. L'Urania. 12. La Parca. 13. Discorso intorno al nascere. 14. Il Pòsfestoso a' Genetliaci. 15. L'Uomo armato. 16. Cartello per la Giostra; omnia hæc in unum librum collecta, impressa sunt Taurini apud Hæredes Caroli Gianelli 1662.

25. Pompe funebri di Madama Reale Cristina di Francia &c.; Orazione impressa, sed ubi, non exprimitur. Incipit: *Quanto è breve il trapasso dalla Vita alla Morte &c.*

26. Le Pompe Torinesi nel ricevimento di Carlo Emanuele II. ritornato da Savoja a Torino. In Torino 1645.

27. Li Reali Imenei nelle feste nuziali per la Principessa Sorella Duchessa Eletrice di Baviera. In Torino presso Alessandro Federici anno 1651.

28. Ricevimenti fatti alla Reina Sveca. In Torino l'anno 1656.

29. Lettera panegirica all' Altezza Reale di Carlo Emanuele II. per Trino ricuperato. In Torino anno 1659.

30. Feste per la nascita del Delfino di Francia. In Torino anno 1661.

31. Alla Maestà del Rè Cristianissimo Luigi XIII. per la pace generale dell' anno 1659. In Milano per Gio. Pietro Cardi in fol.

32. Alla Maestà del Rè Cattolico Filippo IV. per le nozze dell' Infanta D. Maria Teresa, celebrate l'anno 1661. In Milano presso Gio. Pietro Cardi.

33. Feste per lo natale dell' Infanta Reale di Spagna. In Torino per il Gianelli l'anno 1661. in 4.

34. Applauso natalizio all' Altezza Reale. In Torino 1662.

35. Orazione fatta alla Città di Savigliano, quando fu creato Cittadino della medesima l'anno 1627. Cunei apud Christophorum Strubellam in 4.

36. Sacre Pompe SavIglianesi nella traslazione de' Santi Martiri, Benedetto, Giusto, e Tadea Vergine in 4.

37. Scritture giustificative dell' Abbate Castiglione, impressæ quidem, sed locus impressionis in prænarrato Elencho deest.

Manu exarata.

1. Annali Casinensi tomi duo in fol., in quorum primo agit de Vita S. P. Benedicti amplissimè, & eruditissimè, allatis ad singula loca infinitis propemodum historicis monumentis, & omnigenis eruditionibus ad rem pertinentibus, itaut quidquid vel obiter, vel ex professo reliqui Auctores, ut Antonius Vepes, Arnoldus Wion, Benedictus Hæphtenus, Angelus de Nuce, aliique tùm antiqui, tùm recentiores, ad sua usque tempora de D. Patre Benedicto scripsere, in hoc Valeriani Opere pulcherrimè congestum reperiatur. Stylus admodum elegans est, elocutio perspicua, & blanda, methodus optime ordinata, Baronianam methodum referens. Titulus hujus primi tomi jam impressus (licet Opus ineditum adhuc remaneat) talis est: *Vita del Santo Patriarca de' Monaci Occidentali Benedetto Anicio di Norcia*, scritta, e distinta per anni 73., Opera mista d'antica erudizione, di Riti Monastici, di Commentarj sulla Regola, di curiosi quesiti, di Elogj sagri, utile, dilettevole &c.; composta l'anno 1630.

Præ-

Præmittit Apparatum, de *Gloria Ordinis Monastici*, per quam eruditum, ad calcem, addit quasi epithomem primi tomi, compendiariam Vitam ejusdem S. P. Benedicti Latina lingua; & supplementum istius primi tomi Italica lingua. In secundo tomo agit de rebus Monasticis usque ad annum Domini 680. Differit postea de Monasteriis nostræ hujus Casinensis Congregationis, aliisque de rebus ad Monachos Benedictinos Casinenses, & Justinianos attinentibus. Sed hunc secundum tomum minimè absolvit. Pro Sabaudica autem Domo, præter impressas, quas nuper memoravimus, has etiam mss. lucubrationes composuit. 2. Istoria della Vita del Duca Carlo Emanuele I. tom. 2. 3. Istoria della Vita del Duca Vittorio Amadeo, tom. 1. 4. Istoria della Regenza di Madama Reale Duchessa Cristina di Francia, tom. 2. 5. Istoria della Vita della medesima tom. 1. 6. Ritorno trionfale della medesima dalla Savoja a Torino del 1642. 7. Ingresso trionfale della medesima in Cuneo del 1645. 8. La Lega solennizzata in Torino del 1651. con li Signori Cantoni Svizzeri. 9. Relazione del viaggio della Principessa Sorella Duchessa Eletrice di Baviera, a Baviera. 10. Relazione della Guerra fatta da Sua Altezza Reale agli Eretici Ribelli Valdesi nell' anno 1655. 11. Per la riconsegnata Cittadella di Torino all' Altezza Reale nel 1657. 12. Ingresso della medema in Vercelli restituito per la pace del 1659. 13. Viaggio della medesima all' Alpe altissima di Roccamelone nel 1659. 14. Ricevimento fatto dal Rè di Francia alla medesima, & a Madama Reale in Lione. 15. Feste Nuzziali per la Principessa Sorella Duchessa di Parma nel 1660. 16. Descrizione del Palagio Reale di Torino, & altra della Venaria Reale. 17. Apologia per la Real Casa di Savoja contro il Mercurio dell' Abbate Siri. 18. Relazione della rinunzia fatta del Capello a Papa Urbano VIII. dal Serenissimo Principe Maurizio per mano del Conte Righino Roero. 19. Lettera Panegirica a Guido Reni Pittor famoso per li ritratti delle due Reine Sorelle Cristina, & Enrichetta. Præter hæc omnia mss. hæc alia insuper extant in eadem Bibliotheca S. Simpliciani pariter mss. 20. La Prattica del Mondo; Opera Morale, Politica, & Economica, cavata, e discorsa su le favole di Esopo Frigio in fol. Præfatio incipit: *Suprai, che anche la natura, non che l' arte &c.* Opus incipit: *Così oro arsi per avventura dal calore del meriggio estivo &c.* 21. Carmina, Elogia, Epitaphia &c. lib. in fol. Italicè. 22. Elogia composita anno 1641. Latinè, lib. in 4. incipit: *Divis Martyribus &c.* 23. Breves Notæ ad Comicorum libros, Apollonii, & Commentariorum Eutocii Ascalonitæ. Latinè, in fol. 24. Delle Virtù de' Principi, in fol. Opusculum compositum anno 1637. quinque mensium spatio. 25. Istoria de Castiglioni in fol., e 26. Scritture per la Casa Castiglioni, & interessi dell' Abbate D. Valeriano, in fol.

In supra allegato libro, *Le Glorie degl' Incogniti*, dicitur Valerianus paravisse Pag. 103. imprimendas, *Historias suorum temporum*; quas tamen non memini me vidisse Mediolani in prænarrato Elencho suorum Operum existente in Bibliotheca S. Simpliciani, in qua nihilominus extant varii libri mss. in fol. Epistolarum, quas ad Valerianum scripserunt, Episcopi, Prælati, Principes, Nobiles, Viri docti, ac celeberrimi, Abbates, aliique; ex quibus Epistolis licet arguere, quanta cum veneratione, & existimatione omnes prosequerentur.

De eo magna cum laude agunt Philipp. Piccinell. in Athen. Literator. Mediolanens. pag. 508., ubi eum vocat, *solertem Politicum, egregium Poetam, Historicum accuratum, profundum Philosophum, & doctissimum Theologum*; & de Annotationibus ad Regnum Italiæ ab eo elucubratis testimonium profert, sicut etiam Author præfati libri *Le Glorie degl' Incogniti*, Hier. Borserius in supplemento cap. 12. Angelicus Apros. in *Grillaja* pag. 283., ubi ei nuncupat *Gryllum* 43.

Bene-

Benedictus Sanbenedetti in Annal. Capuccin. in Italicum sermonem traductis to. 2 p. 2. pag. 741., ubi Valerianus laudatur tamquam unus e celebrioribus ejus ævi Scriptoribus. Franciscus Lauredanus in libris Epistolarum prim. p. pag. 51. & 107., & p. 2. pag. 41.; ubi leguntur aliquot ejus Epistolæ ad Valerianum datæ amoris plenissimæ. Placid. Puccinell. in Chronico Glassiaten. pag. 259. Marchio Julius a Puteo de Gestis Comitissæ Mathildis, & de ejusdem Genealogia pluribus in locis, in quibus eum allegat, præsertim narratione 4. Bernard. Pez Monachus Mellicensis Epistola 2. Apologetica pag. 247., & seq; ubi plura ejus Opera; tum impressa, tum mss. refert. Felix Egger, Idea Ord. Hjerarchico-Benedictini lib. 2. p. 3. differt. 8. pag. 575. inter Viros scientia illustriores eum enumerat; & varia ejus Opera impressa recenset. In Regest. ms. pag. 209. a tergo in margine; *Vir doctus, in politicis versatus, Abbas Titularis; obiit Sabaudiæ Historicus Regalis Domus*. Legitur etiam Epistola Julii Cardinalis Mazzarini ad Valerianum Castillionæum in Volumine Epistolarum ejusdem Cardinalis anni 1649. die 25. Maii; quo I asservabatur Romæ cum aliis Epistolis laudati Cardinalis apud Equitem Prosperum Mandosium amicum meum eruditissimum, editis libris satis notum, qui magno meo, aliorumque mærore nuper obiit, anno scilicet 1724. mense Sept. ætatis suæ anno 81.; nunc autem omnia ejus mss., maximi pretii ab eo undique collecta, asservantur apud ejus Filium, paternæ humanitatis, & eruditionis hæredem, Julium Mandosium æque mihi amicissimum.

Cæterum Valerianum præter Savilianensem, ipsa etiam Taurinorum Civitas honoris ergo Civibus suis adscripsit; Et Carolus Emanuel Dux, qui Valeriano tria millia librar. argenti annuatim assignavit, in diplomate ad eum dato, tali inter cætera encomio eum prosequitur. „ In espressione della molta stima, che „ facciamo di Sogetto, che ha coll' eccellenza del suo stile, e con la moltiplicità de' perfettissimi suoi componimenti publicati a gloria di questa Real Casa, occupati i primi luoghi tra gli Scrittori del nostro Secolo &c. „ Victorius Amadeus in suo diplomate. „ L' Abbate Castiglione &c. Colla felicità del suo ingegno tra gli Scrittori di questa età, e dal giudi io de' più intendenti avendo riportate le prime lodi &c. „ Christina Ducissa Soror Ludovici XIII. Mater Caroli Emanuelis in suo diplomate. „ La certezza avuta della fama, ch' egli ottiene in Italia di primo Scrittore de' nostri tempi, oltre la notizia della sua bontà, integrità, & esemplarità de' costumi in ogni tempo dimostrata, & anche dei suo „ nobile nascimento &c. „

(3000. Lire monete.)

Aloysius Juglaris e Soc. Jesu in 2. parte Elogiorum Genuæ edita anno 1653. pag. 220. nobile Valeriano Elogium scribit ad illius temporis genium, quod ibi legi potest, vel etiam in nostris Analectis.

Joannis Bona Abbatis, & Cardinalis ad Valerianum D. Benedicti Vitam scribentem Epigramma.

(Legitur in fronte primi tomi Annal. Casin.)

GRandia dum referas Venerandi gesta Parentis,
Vincis, & Ausonii verba diserta Senii;
Exprimis eloquio Benedictum, & moribus æquis,
Et tua Sermoni cedere vita negat.
Degener haud Patri sic es; tua Scripta legenti
Obvia perpetuæ norma salutis erit.

In supra memorato libro, *Le Glorie degl' Incogniti*, visitur ejus effigies cum subjecto Disticho.

UT Populos quicumque regit, sit Jupiter alter
*Artibus * incumbat Castilione tuis.*

VA-

 V

VALERIANUS DEGANUS patria Mediolanensis apud S. Simplicianum in eadem sua Patria Monastica vota emisit ann. 1579. die 25. Martii. Juvenis adhuc scholasticas disciplinas Cæsenæ docuit anno 1594.; sed præcipuam, strenuamque operam Mathematicis, & Arithmeticis demonstrationibus impendit, ut testantur ingentia volumina, quæ his de rebus conscripsit, a me visa Mediolani in Bibliotheca ejusdem S. Simpliciani anno 1688. Fuit Abbas, ut dicimus, Regiminis, a quo demum se ipsum abdicans, soloque Abbatis titulo retento, reliquum vitæ quieti, ac literis impensius vacavit. Ejus Opera his titulis distinguuntur.

1. *Centum mille Tariffe* difficilioribus numerorum supputationibus per quam accomodatæ; Est maximum volumen ms. in fol. compositum anno 1625. ætatis suæ 63. 2. *Tariffarum pars altera*: ingens volumen in fol. ms. eodem anno 1625. conscriptum. 3. *Tabula Pythagorica* in amplissimum Canonem propagata, qua quorumcumque licet ingentium numerorum Supputationes mira facilitate, & celeritate expediuntur. Maximum volumen ms. in fol. eodem anno 1625. exaratum. 4. *Tabulæ Pythagoricæ* pars altera ms in fol. 5. Praxes, Annotationesque nonnullæ in loca quædam subobscura Epitomes Joannis a Monteregio in Almagestum ms. in fol. 6. *Logica* tradita Cæsenæ in Monasterio Sanctæ Mariæ de Monte anno 1594. ms. in fol. Extat etiam aliud ejusdem Logicæ exemplar in eodem Cœnobio S. Mariæ Cæsenatis. 7. *Commentaria in Aristotelis Prædicamenta*, in fol. ms. Ejus meminit Bernard. Pez in Epistola 2. Apologetica pag. 254. Regestum ms. pag. 290. (quamvis *Aganus*, pro *Deganus* ibi scribatur) ubi in margine, sic: *Abbas titularis ex regimine, Mathematicus, & Arithmeticus celeberrimus.*

VALERIANUS de FRANCHIS natione Siculus, patria Catanensis, S. Nicolai de Arenis Alumnis adnumeratus est anno 1565. die 18. Aprilis; Floruitque sacrâ, profanâque eruditione, in primisque Mathematicæ facultatis excellenti peritia, quod satis ostendebat structura ejusdem Catanensis Cœnobii, & Ecclesiæ, per totam nedum Siciliam, sed Italiam quoque celeberrima, & ab omnibus plurimum commendata, & non sine admiratione conspecta, quam Valerianus ad exactissimæ, ac pulcherrimæ Architectonices leges disposuit, & ordinavit; quæ tamen anno 1693. die 11. Jan. maximo, ac tremendo per totam Insulam terræmotu penitus corruit, una cum aliis ferè omnibus ejusdem Civitatis ædificiis, miserando utique casu, nam præter Opus adeò insigne solo æquatum, etiam 39. Monachi, dum divinas laudes canerent, illis in ruinis mortem, ac sepulchrum eodem temporis momento invenere; Sed quid hoc cum Civium strage, quæ in Urbis excidio contigit? Nunc autem, tàm Cœnobium, quàm Civitas maxima ex parte est restituta, in pristinum illum splendorem, ac magnificentiam si fieri poterit aliquando surrectura. At Valerianus, cum præter doctrinam, morum etiam integritate, ac vitæ innocentia præstaret, Prior S. Salvatoris Gerami constitutus fuit, & anno 1600. Ecclesiam S. Agathæ de Carcere, ubi hæc Sancta Virgo spiritum Deo reddidit, variis ornamentis piissimè illustravit. Demum anno 1635. in senectute bona obdormivit, his relictis lucubrationibus.

I. *Istoria delle cose insigni, e famosi successi di Catania* chiarissima Città di Sicilia, e del Monte Etna, e degl' Incendj suoi, di Ottavio Arcangelo Gentil'huomo Catanese, e doppo la sua morte riconosciuta, & ordinata per lo Rev. P. D. Valeriano Franchi Catanese Monaco di S. Nicolò d' Arena dell' Ordine di S. Benedetto nella Congregazione Casinense, e Priore del Smo Salvatore di Gerami, divisa in due tomi, il primo della *Cataneide* l' antica; e il secondo della moderna; Opera utilissima dedicata al Senato di Catania da detto Padre il anno 1633. Extat ms. in Monasterio Catanensi, ex quo libro Petrus Carrera nobilis

Scriptor,

Scriptor, qui Historiam Urbis Catanæ digessit, plurima, imò fere omnia desumpsit, suæque Historiæ inservit.

2. Corona Benedettina della Sma Trinità, e della Bma Vergine. Est liber asceticus, in quo nova methodo, ac piissima fidelem animam ad conte mplanda Fidei nostræ mysteria, indeque ad Dei amorem erigere, & excitare Valerianus nititur, Sacræ Scripturæ testimoniis, ac Sanctorum Patrum Sententiis omnia communiens, & corroborans. Est ingens volumen jam editioni paratum, pro eaque a Rmo Patre D. Stephano a Panormo jussu Supremi nostri Regiminis, seu *Definitorii* revisum, & approbatum eodem anno 1633. die 7. Maii, & die 8. Novembris, quod tamen ideo impressum postea non fuit, quia haud multo post insequuti morbi, ac deinde mors Authoris, anno scilicet 1635. impedimento fuere.

De eo Jo. Baptista de Grossis in Decacordo Catanensi Corda 2. Modulo 3. fol. 48., ubi eum vocat, *in divinis, humanisque literis, sed mathematicis in primis eruditum, vitæq; puritate conspicuū*; Opus verò ejus *Corona Benedictina* nimis pium, nimisque devotum, & perspicax appellat. Ant. Mongit. Bibliothecæ Siculæ p. 2. pag. 27. idem repetit. Sed Typographi errore anno 1625. pro 35. obiisse, ibidem dicitur. Franciscus Privitera in anno Catanensi pag. 217., ubi affirmat Autographum Historiæ, sive Chronici Catanensis extare apud Innocentium Roccaforte Panormitanum, Canonicum Catanensem.

VENANTIUS GALVAGNI Monachus nostræ Congregationis edidit Italicè carmine heroico

Pianto di Rachele, Poema, 64. octavis, seu octonis versibus constans, impressum Mediolani apud Pandulphum Malatestam anno 1615. in 12., quod laudatur ab Augustino * Lamognano his versibus:

* De eo supra L. A.

COme dall' onde amare
Dolce licor si toglie,
Così dall' aspre pianto
Onde piange Rachele i Figli spenti,
Tu dolce elici il canto,
E'l Mondo, che l' accoglie,
Ammira il nobil vanto;
E chiama al suon de' tuoi soavi accenti,
Soavi anche Rachele i suoi lamenti. Nec de eo plura hactenus.

VICTORINUS AURELLUS, vel AUGELLUS, Patria Messanensis, in Monasterio Sancti Martini de Scalis prope Panormum archiis se Deo mancipavit anno 1590. die 27. Julii, quo in vitæ genere ita se gessit, ut morales virtutes in potissimum scientiis semper excoluit studuerit, quæ regularem Virum in paucis egregium, & conspicuum efficiunt; quod ut facilius assequeretur, Italiam universam lustravit, quid ubique optimū esset diligentissimè observans, & veluti solers Apis prudenter colligens in sui, aliorumque utilitatem. Reversus in Siciliam, Tyronum Magistrum plures, ac deinde Priorem Claustralem in suo Monasterio laudabiliter egit, actuum sanctimonia, & Regulæ observantia cunctis præluceus; Sed cum majoris quietis, ac secretioris solitudinis desiderio teneretur, quo cœlestium rerum contemplationi, sacrisque studiis unicè vacare posset, Prioratui sese abdicavit, reliquum temporis spatium, quod non minus viginti annorum fuit, piis exercitationibus, ad n ortem sanctè obeundam quotidiè impendens, quam tandem felicissimam sortitus est Panormi anno 1642. ætatis 80. Fuisse autem eum Theologum, Poetam, Oratorem, sequentia, quæ reliquit Operæ satis ostendunt; videlicet

De

1. *De educatione Tyronum* lib. 1. 2. Hymni Sacri. 3. Tragedia Sanctæ Flaviæ Virginis, & Martyris. 4. Martyrium S. Placidi, & ejus Fratrum. 5. De Partu-Virginis, seu de Nativitate Domini, Dialogi. 6. De Judicio Universali, Tragedia. 7. Tragedia admodum pia, & delectabilis coram D. Margarita ab Austria diligentissime relata. 8. Tragedia Martyrii Sanctæ Catharinæ. 9. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento libri duo. 10. Sermonum volumina quatuor. Item Italicè 11. Sonetti Sacri. 12. Itinerario d' Italia; in quo memorabilia hujus Regionis, præcipuè verò Monasteria ferè omnia nostræ Congregationis accuratissimè describuntur anno 1616. Opera hæc omnia mss. extant in prælaudato Monasterio S. Martini.

Agunt de eo Rocchus Pyrrhus in Sicil. Sacr. p. 2. lib. 4. pag. 199. ubi eum vocat *Virum vitæ candore, & morum probitate insignem &c.* Petrus Ant. Torn. in *Scriptoribus Marianis* Ord. S. Benedicti pag. 144. & in *Origine, & progressu Congregationis Casinensis*, ejus Itinerarium Italicum sæpissimè allegat, Monasteriorum nostrorum notitias, ac Urbium, in quibus, vel prope quas sita sunt, descriptiones, ipsis Aurelli verbis in medium proferens; testaturque authographum ejusdem Itinerarii extare ms. in eadem Bibliotheca Sancti Martini. Antoninus Mongitor. Bibliothecæ Siculæ p. 2. pag. 272.

VICTORINUS MANSO ab Aversa Campaniæ Civitate, in Cavensi Cœnobio Monasticum Institutum professus est anno 1561. die 5. Octob.; cumque nobili ingenio, & non ad humanas tantum, sed etiam ad sacras literas mirè propenso præditus esset, eo doctrinæ pervenit, ut ab eruditissimo quoque, qui eum, ejusque Opera noverit, *Vir doctissimus, summus Theologus, & Philosophus celeberrimus* passim audiat. Viginti siquidem annos in nostris Cœnobiis, Casinensi nimirum, Cavensi, Mantuano, Perusino, Sacram Theologiam maximo plausu cum docuisset, egregium Opus, *Harmoniam Theologicam Patrum, & Scholasticorum* concinnavit, Literatorum consensu eximiis laudibus dignissimam, præter alia *plenaitem doctrinæ, eruditionis, ac ingenii volumina*, ut inquit Marcus Antonius Scipio in ejus Elogio. Accessit morum integritas, ac Monasticæ disciplinæ zelus singulari cum prudentia conjunctus, quo Monachorum Melitensium * in * Vulgò Meleda.
Mari Adriatico Ordinis D. Benedicti, & Monachorum S. Basilii in Urbe Neapoli reformationem a Summo Pontifice sibi demandatam felicissimè absolvit. Mox Abbas creatus, bis Cavense Cœnobium administravit, deinde Casinense, quo tempore S. Germani Seminarium pro Clericis instituendis a Hieronymo Perusino Ann. 1598.
inchoatum, ad culmen perduxit; Nec multò post Neapolim ad S. Severini Cœnobium regendum migravit, aliisque publicis, supremisque Congreg. muneribus, ut puta Deffinitoris, annos plures integrè, sapienterque est perfunctus. Sed virtutum ejus fama longius diffusa, Clementem VIII. Pontificem Maximum permovit, ut eum Stabiensium primò, idest Castrimaris * & post aliquot annos * Castelamare.
Arianensium ex Regia postulatione Episcopum renunciaret. Paulus verò V. egregiis ejus doribus, multiplici literutura, ac religiosissimis moribus captus, inter Assistentes Episcopos perhonorificè eum cooptavit. Ferturque prælaudatus Clemens, dum Victorinus Episcopatus examen subiret, admiratus ejus sapientissimas responsiones, & reconditam doctrinam, ad circumstantes conversus dixisse; *Iste magis docet, quàm respondet*; tum subjunxisse, *Cathedræ quidem a se fatis consultum. Antistiti verò non item*; Quæ causa fuit eidem Clementi, Victorinum ad Arianensem Episcopatum libentius transferendi. Demum cum Episcopatum annos 17 admodum laudabiliter tenuisset, Neapoli in S. Severino inter Monachorum manus caducam vitam æternâ commutavit anno 1611. natus ipse annos 67. mortalesque exuvias in Ecclesia ejusdem S. Severini custodiendas reliquit.

ibique ad ingressum Chori usque in præsens visitur ejus Sepulchrum hac ornatum inscriptione:

„ Victorino Manso Aversano J. U. D. Abbati Casin. Episcopo, & Regio a Latere „ Consiliario, Doctrina percelebri, moribus incorruptis, ita probato, ut mereretur a Clemente VIII. prius Stabiensis, deinde Arianensium Episcopus renunciari, demum a Paulo V. inter Assistentes Episcopos meritò cooptari, qui obiit „ tertia Aprilis die Resurrectionis Domini anno 1611.

„ D. Antonius Tosonus Neapolitanus Casinensis Monachus, & sui Vicarius, „ grati, ac observantis animi M. P. ann. Dom. 1612.

Opera Victorini Mansi hæc sunt.

1. *De vanitate Mundi, deque solida Hominis felicitate*, explicatio Ecclesiastes Salomonis. Florentiæ ex Bibliotheca Sermartelliana, anno 1580. in 4., & iterum Coloniæ Agrippinæ eodem anno apud Cholinum in 12.; Opus ab eo Florentiæ compositum, dum ibidem apud S. Mariam Prioris officio fungeretur, dicatum Antonio Carafæ S. R. E. Cardinali amplissimo, traditum autem a se in lucem suasione doctissimi Cardinalis Stanislai Osii Episcopi Warmiensis.

2. *Harmonia Theologica Patrum, & Scholasticorum*, in qua singula quæque Theologiæ Sacræ capita tùm eruditè, tùm eleganter tractantur, Doctoresque ad consensionem aptissimè revocantur. Tomus primus scholastica institutus methodo, & exactissimè dispositus, in libros 25. distinctus, Neapoli ex officina Horatii Salviani anno 1594. in 4., & rursus ibidem eodem anno apud Jacobum Carlinum, & Antonium Pacem, Excellentissimo Comiti de Miranda Neapolitano Proregi, ab Authore dicatus, erat enim tunc Victorinus Abbas S. Severini; An autem alios tomos publici juris fecerit, mihi quidem est incompertum. Arn. enim Wion, & ex ipso Possevin., affirmant, Victorinum *de Harmonia Theologica* aliquot tomos scripsisse, at impressionem tantum primi tomi uterque enunciat.

Audiatur modò ipse Victorinus sui hujusce Operis rationem reddens in ejusdem præfatione. „ Ego nunc ad ejus illustrationem accessi, eamque sequutus sui rationem, ut controversias non tam tractare, & explicare, quàm componere, „ ac sedare voluerim &c. Decrevi pleraque novæ Theologiæ capita, ex omni „ fermè Schola, ac potissimum ex præcipuis Sanctorum placitis, ita mihi tractanda sumere, ut temperatum, quietumque dicendi genus, ac Latinum „ adhibeam &c. Arbitratus sum, benè prorsus de hominibus mereri eum, qui „ & quieta disputandi ratione, & Latinis rerum vocabulis vestita Theologiæ „ sensa declararet &c. Singula quoque delibo, nullum stomachor, Sancti Doctoris potissimum fructus colligo, & tamen ut non recentia, ac nova, at novo quodam, & recenti genere divina pertracto. Illud autem affirmare non „ vereor, me non ineptè præstitisse, ut nostrarum Scholarum dogmata, non „ Platonicis, atque Aristotelicis tantum sententiis aucta, & illustrata, sed Patrum, ac Theologorum, Græcorum præsertim testimoniis probata magis, ac „ communita prodirent &c. Itaque neque audax negotium, neque impudens „ existimari debet, quod concentum quendam eorum facere susceperimus, qui „ varia, non contraria attulerunt &c. Eruditissimorum Virorum suasione, atque adeo contentione, ac potissimum Stanislai * Reski Poloni, undequaque „ præstantissimi, in hanc deliberationem adductus sum, liberè testantium, me „ numquam suscepti laboris futurum, ut pœniteat, cujus fructum ad bonos omnes perventurum esse re ipsa comprobabitur &c. „ De Cardinali verò Osio Harmoniam Theologicam adhuc me legente, sic testatur Victorinus. „ Quas „ lucubrationes, nullo tempore interjecto cùm legisset, cepit a me contendere, „ quippe qui meum hujusmodi Opus mirificè probarat, ut communis utilitatis „ causa imprimendum curarem. „

* Stanislaus Reski fuit a Secretis prælaudati Cardinal. Stanislai Osii Episcopi Warmiensis; fuitque Canonicus Warmiensis, & Vir doctissimus.

Præ-

3. *Praeclara Institutio modi procedendi in causis Regularium omnium*, multis & allegationibus, & exemplis aucta, & illustrata per D. Thimotheum meum Monachum S. * Severini. Venetiis anno reparatæ humanæ salutis 1595. apud Franciscum de Franciscis Senensem. Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris extat ms. in 4. Victorini Mansi ab Aversa *Practica Criminalis Canonica* tom. 1. a me visa ibidem anno 1718.

* Cujus Cœnobii Victorinus etiam tunc erat Abbas.

4. *De Ecclesiasticis Magistratibus*, eorumque antiquitate, dignitate, officiis, cæterisque ad eos pertinentibus, ex Harmonia Theologica D. Victorini Mansi Aversani Monachi Casinensis, & Episcopi Arianensis l. 7. Romæ apud Carolum Vulliettum anno 1608. in 4.

5. *De Sacramentis in genere*; teste Ferdinando Ughellio Ital. Sacr. tom. 6. col. 183. Sed an impressum, vel ms. sit Opus, Ughellius non explicat.

6. *Chronicon Cavense*, ad instar Chronici Casinensis, ex plurimis antiquis monumentis ejusdem Monasterii Cavensis, ms. quod postea Alexander Rodulphus, & Augustinus Venerius Cavenses Monachi perfecerunt, ut superius in eisdem dictum est.

De Victorino Manso singulari cum laude agunt Arnold. Wion Lign. Vitæ, p. 1. l. 2. cap. 79. pag. 468., ubi de Scriptoribus Ord. S. Benedicti, at supra in Episcopis de eo nihil dicit, quia anno 1595., quo Opus Arnoldi prodiit, nondum Victorinus erat Episcopus, sed adhuc Abbas S. Severini, *continuè scribens*. Et libro primo ejusdem partis secundæ pag. 128, ejus testimonium in medium affert his verbis: „ Alterum, quo probatur, Monachos Cavenses fuisse horum Militum „ Institutores, est testimonium R. P. D. Victorini Mansi ab Aversa Abbatis nunc „ S. Severini Neapolis, tunc verò Monasterii Cavensis, qui in Catalogo Sanctorum sui Monasterii ad me transmisso, sic de S. Petro Abbate Tertio loquitur: *S. Petrus Salernitanus Abbas III. dicti Monasterii, Urbani II. Pont. „ Max. Instructor, & Militum Hjerosolymitanorum Institutor primus &c.* „ Et p. 2. lib. 3. pag. 134. ad diem 12. Aprilis agens de S. Alpherio, iterum Victorini Manso testimonio utitur; „ Dubitat Surius de Canonizatione hujus S. Alpherii, & aliorum trium Abbatum Cavensium, Petri videlicet, Leonis, & Constabilis. At in numerum Sanctorum relatos esse didicimus ex epistola R. P. D. „ Victorini Manso ab Aversa, tunc temporis Abbatis Cavensis, qui anno 1589. „ ad Comitia Generalia Ordinis accessurus, declarationem Canonizationis eorumdem ab Illmis, & Rmis S. R. E. Cardinalibus super interpretatione, & „ executione Sac. Œcum. Concilii Tridentini deputatis, visis eorum actibus, impetravit &c. „ Ant. Possevin. in App. Sacr. tom. 2. pag. 145. edit. Venetæ anni 1603., ubi post enumerata ejus Opera, subdit, *Vivebat his annis Abbas S. Severini Neapolis, sedulus in scribendo*. M. Ant. Scipio in Elogiis Abbatum Casinensium pag. 181. primæ editionis Neapol. ann. 1630., secundæ verò editionis ibidem anno 1645. pag. 246., ubi eum a multiplici literatura; moribus religiosissimis, ac integerrimis, prudentia, & charitate in Episcopali Præfectura commendat. Ferdin. Ughell. Ital. Sacr. tom. 3. col. 813. in Episcopis Stabien., sive Castrimaris, ubi eum vocat *Virum doctissimum, & Antistitem Romano Senatu dignum*. Et tom. 7. col. 526., ubi dicit eum floruisse anno 1588. usque ad annum dormitionis suæ 1611.; denique tom. 8. col. 313. in Episcopis Arianensibus, ubi iterum eum appellat *Virum doctissimum, summumque Theologum, Scriptisque percelebrem*. Petr. Ricord. Histor. Monast. dial. 4. pag. 466. a tergo (quamvis ibi pro *Victorino*, *Victorius* dicatur, qui tamen Typographi error in fine libri corrigitur) ubi eum *egregium Philosophum, Logicum, & Theologum* nuncupat, cito juvenis adhuc tunc esset Victorinus, anno 1575., natus nempe non

S. Joann-Hierosolymitani.

amplius 30. annos. Plac. Puccinell. in Nomencl. Abbatum pag. 4. „ Victorinus „ Mansus Aversanus Monachus, & Abbas Cavensis J. U. D. reformator Monachorum Melitensium, Deffinitor nostræ Congregationis ab anno 1590. usque „ ad ann. 1598., intimus Clementis VIII., & Pauli V. Pontificum Maxx. Consiliarius Comitum Mirandæ, & Montis-Regi Vicegg. Neap. Obiit Episcopus „ 1611. „ Et in App. Hist. de Illustribus Abbatiæ Florentinæ Viris cap. x. pag. 76. vocat eum Virum doctissimum, disciplinæ Monasticæ observantissimum, qui libros singularem doctrinam redolentes posteris reliquit; citatque Chronicon Cherubini * Myrtii, Constantinum Cajetanum, & Fortunatum Scholam; denique in Chronico Abbatiæ Florentinæ pag. 94. multis iterum eum laudat, licet hic erret in loco ejus Monasticæ Professionis, S. Laurentii de Aversa, pro Sñæ Trinitatis Cavæ Alumnum dicens, Literis, ac vitæ integritate insignem vocans, addensque a Florentina Nobilitate dum Florentiæ Prior esset, magna habitum veneratione; Sublaci verò, dum eodem Prioris officio ibidem fungeretur, elegantissimam, doctissimamque Orationem habuisse in translatione Corporis Sanctæ Chelidoniæ, ibique excepisse D. Laudiciam Maragli in *Abbatissam*, D. Agatham Perinelli in *Priorissam*, D. Deodatam Gregorii in *Novitiarum Magistram*, D. Annam Gregorii in *Cellerariam*, Moniales Cœnobii Perusini, vulgò *Sperandio*, illuc missas, ut observantiam Monasticæ Regulæ instituerent, ac firmarent in novo Monasterio S. Joannis Baptistæ a Cardinali Marco Antonio Columna Commendatario Sublacensi ibidem a fundamentis erecto, ut Abbati S. Scholasticæ Sublacensis pleno jure subiectum esset. Reformasse Monachos D. Basilii Neapolis; restaurasse Ecclesiam Monasterii sui; Dormitorium ampliasse; Bibliothecam optimis libris, Sacrarium pretiosa suppellectili, Archivum meliori ordine ditasse; jura, ac bona Monasterii recuperasse &c. Nicol. Topp. in Biblioth. Neapolit. pag. 311., ubi Philosophum, & Theologum celeberrimum eum appellat, qui magna cum laude sui nominis, & ornamento, ac gloria sui Ordinis edidit &c. Leonardus * autem Nicodemus in Additionibus ad eumdem Toppium pag. 249. hæc inter cetera subjungit: „ E' gloria dell' Autore, che „ l'altrettanto dotto, quanto pio Cardinale Osio quasi lo costringesse a dare in luce „ il detto libro [*Harmonia &c.*] „ Julius Cæsar Capaccius in libro, cui titulus: *Il Segretario* pag. 223. a tergo, Epistola ad Victorinum data sic eum laudat. „ Quell'andar vagando, che fà V. S. nei fioriti prati della Teologia, e quel „ sugghiar tanto gustoso della Dottrina de' Padri, e degli Scolastici, la fà scorgere per un Ape industriosa, che brami di fabricare negli Alveari di una buona „ volontà di giovare agli studiosi, un nettare, che paschi la mente in quella maniera affettuosa Platonica, di cui è imagine appunto la sua Harmonia, che ora „ hà data alle stampe. Mi par ella talhora un Marsilio, quando filosoficamente „ e' teologa; mi pare un ingegnoso Pico, quando teologicamente và filosofando; ma mentre infino alla divinità vola, la scorgo un Paolo, che si lascia „ rapire a quegli indicibili segreti, & a quelle grandezze, che non si lasciano capire da bassi ingegni, quale è il mio, che accostandosi alla fecondità del suo, „ vorrebbe attingerne qualche particella; Pure non sono più, e per qualche „ posso, aggradisco, lodo, & ammiro le sue fatiche, e vorrei esser tutto lingua „ per celebrarle; ma mi accorgo, che val più un registro della sua fama armonica, che non valerebbero tutti i calami; e tutte le avene rustiche di un povero „ Pastorello. Di quel, che scrive nelle materie Canoniche, sia tromba la sua „ Religon Casinense, e della materia spirituale *della Vanità del Mondo*, faccia „ anco fede il Mondo &c. „ Et pag. 224. a tergo in Epistola ad D. Clementem a Neapoli Generalem in Curia Romana Congregationis nostræ Procuratorem, ite-

* De eo supra L. C.

* Seù potiùs Antonius Magliabecchius, qui notitias ferè omnes ad Toppianā Bibliothecā corrigendam, & augendam eidem Nicodemo, uti ego accepi, transmisit.

Iterum de Victorino Manso idem Capaccius loquitur. „ Mi obligò V. P. M. R.
„ con debito di parentela; fu certo obligo grande, bramato da me, per poterle
„ far dimostrazioni della servitù mia; ma fu egli maggiore, e crebbe in buona
„ somma, quando mi diede per servitore al P. Abbate D. Vittorino Manso, a
„ cui brama tutta questa Città di servire, avendola egli fatta ligia con la bontà
„ della vita, col valor delle belle lettere, con quella faccia veneranda, lieta,
„ allettatrice di tutti gli animi virtuosi. Manteneghimi V. P. la grazia di cotesto
„ Padre di tanto merito, acciocchè mi ami conforme all' osservanza, che le
„ porto &c. „

Præterea Victorini mentionem faciunt Jacobus Gesnerus in Bibliotheca Universali fol. 814. Alexander Rodulphus prælaudatus in Chron. Caven. Gabr. Buccel. in Benedicto Rediv. & in Annalibus Benedictinis parte 2. pag. 150., & seq. Georgius Matthias Conigius in Bibliotheca vet. & nov. pag. 503. col. 2. Jul. Ambros. Luc. in Ital. sacr. restr. auct. pag. 1019. Joan. Anton. Summonte in Historia Neapolitana tom. 1. circa finem. Bern. Pez Epist. x. apologetica pag. 254. Felix Egger in Idea Ordinis Hier. Bened. lib. 2. parte 2. dissert. 4. decade 4. pag. 287. ubi tamen duos Victorinos ponit, unum ab Aversa Episcopum Castrimaris, & Ariani, alterum è Monte Casini Episcopum Stabiensem, & Ariensem, cum unus & idem sit Victorinus Manso ab Aversa Stabiensis, sive Castrimaris, ac deinde Arianensis Episc., ut sæpius dictum est. Item de eo Const. Cajet. & Maurus Marchesius. In Regestis mss. pag. 227. a tergo in margine; *Vir doctissimus multa scripsit*.

VICTORINUS a MESSANA Prior Monasterij S. Placidi ejusdem Urbis, ac deinde S. Mariæ Montis Regalis in Sicilia, scripsit anno 1610. Italice opusculum historicum hujusce tituli.

Viginti quatuor miracula meritis Fr. Antonini Commissi Congreg. Casin. in Monast. Montis Regalis in Sicilia defuncti, patrata: Extat ms. Romæ in Bibl. Sapientiæ, in 3. tomo Miscell. Sacr. Constant. Cajet. pag. 48. num. 76.

VICTORINUS a PARMA alumnus, ut puto, S. Joan. Evang. ejusdem Urbis. Vir Mathematicarum facultatum peritus, discipulus D. Alphonsi de Isè Mathematici percelebris edidit opusculum cum hoc titulo.

Problemata, & Theoremata Geometrica, & Mechanica, publice demonstranda. Bononiæ anno 1633. typis Clementis Ferronij in 4.

VICTORIUS, SIVE VICTORINUS Siri Parmæ similiter natus, ibidemque in Cœnobio S. Joannis Evangelistæ Monasticam Religionem professus anno 1625. die 8. Decembris ab ipsa juventute historiarum lectione admodum delectatus, sensim historiæ scribendæ cupiditate incensus fuit, quam sedulo, ac diligenter, nec improspero eventu pertractavit. Nam cum nobilis, præstantisque Scriptoris fama frueretur, a Xhpmo Galliarum Rege Ludovico XIV. Regius Historiographus, ab Eleemosinis, & a Consilijs Status electus fuit; Parisios itaque Superiorum nostrorum permissu profectus, in eaque Urbe otium nactus, quale res, quam animo conceperat, postulabat, insignis quoque, ac pinguis Abbatiæ ex regia Munificentia auctus redditibus, Universales sui temporis historias plurimos in libros copiosissime, ac fusissime Italicâ linguâ digessit; ingenti quidem labore, non tamen historica methodo stricte servata, sed laxiore quodam styli genere, nam præter ipsam rem historicam, & politicas animadversiones, plura identidem in medium affert documenta, Epistolas nempe, Consultationes, Consilia, Tractationes, Rescripta, Jussiones &c. aliaque id genus, desumpta fere omnia ab ipsis authographis undique conquisitis; eàque de causâ opus hoc suum *Mercurium* nuncupavit; Ut enim Mercurius Deorum fingitur Nuncius, ita Author Principum mandata, consilia, &, ut ita dicam, ipsas abditissimas eorum cogitationes,

omni-

omnibus manifestat; quod sane Opus sicuti multæ est curiositatis, & Politicis omnibus, ne dum Principibus, ac eorum Ministris ad prudentiam comparandam, usumque rerum ad discendum perutile, sic pro historica narratione satis prolixum videri potest; adeo tamen avide exceptum, & caute ab omnibus servatum, ut jam admodum rarum evaserit. Decessit Victorius Parisijs anno 1685. ætatis suæ 78. Librorum autem, quos in publicam lucem emisit, sequentem dumtaxat numerum hactenus sum assequutus.

1. *Mercurio, overo Historia*, de correnti tempi, tomo primo in Geneura l'anno 1646. in 4. 2. Tomo secondo in Casale l'anno 1647. ò parimente in Geneura l'istesso anno 1647. 3. Tomo terzo in Lione l'anno 1652. 4. Tomo 4. in Casale l'anno 1655. 5. Tomo 5. in Casale l'anno 1655. 6. Tomo sesto in Casale l'anno 1655. 7. Tomo settimo in Casale l'anno 1667. 8. Tomo ottavo in Casale l'anno 1667. 9. Tomo nono in Casale l'anno 1667. 10. Tomo decimo in Casale l'anno 1667. 11. Tomo undecimo in Casale l'anno 1667. 12. Tomo duodecimo in Parigi l'anno 1670. 13. Tomo terzodecimo in Parigi l'anno 1672. 14. Tomo quartodecimo in Parigi l'anno 1674. 15. Tomo quintodecimo in Firenze l'anno 1682. 16. Tomo sestodecimo in Firenze l'anno 1682. 17 Tomo decimosettimo in Firenze l'anno 1682. Anno autem 1716. legi Romæ in Catalogo Librorum Jo. Croffier Galli celebris Bibliopolæ duos alios tomos Mercurij Siriani nempe 18., & 19., impressos illos quidem; Sed quia jam pridem eos in Galliam miserat, ideo locum, & annum impressionis scire non potui. *Item* Victorius edidit.

20. *Memorie recondite* Tomo primo in Parigi l'anno 1677. 21. Tomo secondo in Parigi l'anno 1677. 22. Tomo terzo in Parigi l'anno 1677. 23. Tomo quarto in Parigi l'anno 1677. 24. Tomo quinto in Lione l'anno 1679. 25. Tomo sesto in Lione l'anno 1679. 26. Tomo settimo in Lione l'anno 1679. 27. Tomo ottavo in Lione l'anno 1679. Octo isti tomi memoriarum reconditarum, qui continent monumenta historica ab anno 1601. usque ad ann. 1640. impressi pariter sunt *in Ronco* 1677. ut ego ipse vidi Romæ in celeberrima, amplissimaque Bibliotheca Casanattensi in Conventu FFr. Ordin. Prædicatorum S. Mariæ supra Minervam. Item.

28. *Il Politico Soldato Monferrino*, overo, discorso Politico sopra gli affari di Casale, *del Capitano Latino Verità Monferrino*. Con la relatione del Soccorso introdotto in Casale dal Generale Arcurt. In Casale di Monferrato 1649. per Antonio Pineto 4. Liber est admodum eruditus, de quo Angelicus in *Visiera alzata, Hecatoste di Scrittori &c.* Parmæ 1689. pag. 71. sic loquitur „ Questo libro fu stampato in Venezia da Gio: Antonio Giuliani, e l'Autore fù *D. Vittorio Siri* Scrittore de Mercurij, e dell'istesso pur è, benche sotto altro nome.

29. *Lo Scudo è l'Asta del Soldato Monferrino* impegnati alla difesa del suo Politico Sistema; contro l'Historico * Politico Indifferente da Collennuccio Nicocleonte; Con un discorso Politico sopra i correnti affari d'Italia. In Cesalù appresso Attabalissa Leontino 1641. è questo pure hebbe il Natale in Venezia, Stampato da uno da Fivizzano &c. Ita Aprosius.

* Id est Cæsarem Gotho, ut prim. parte in eodem dictum est.

30. *Bollo del Mercurio veridico del Birago* Venetijs, sed annus, & impressor desideratur.

Parmæ in Bibl. S. Jo. Evang. vidi anno 1709. Victorij Siri Tomos 18. mss. in fol. qui potius Collectanea erant Scripturarum, Narrationum, Sermonumq. politicorum, ad suam Mercurialem historiam pertinentium. inter eos unus tomus talem præferebat titulum.

31 *Mitridato di D. Vittorio Siri* per l'Istoria di Portogallo, e Mercurio Veridico del Dottor Birago. De

De Siri operibus, Mercurio scilicet, & Memoriis reconditis, ita loquitur Author Catalogi præcipuorum Historicorum &c. impressi Parisijs anno 1713. Classe 23. „ pag. 136. „ Ces memoires sont assez curieux, & assez estimez, on voit bien „ en les lisant; que l' Abbè Siri etoit Historiographe pensionnè de Gaston „ de France Duc d' Orleans; Cet ouurage est plus rare, que le *Mercure* „ du Meme Autheur, dont nous parlons plus bas. „ Id est pag. 145. & sequent. „ ubi sic habet. „ Cet ouurage, qui s'etand depuis 1640, jusque en 1648, est „ tres curieux pour les pieces originales, qu' il contien; Il est assez rare de le „ trouver complet: Ces sont des memoires fort utiles pour travailler a l' Histoi- „ re: Mai il faut, come dans beaucoup d' autres ouurages d histoire, y appor- „ ter du discernement. Il etè paye pour ecrire, & l' on s' apperçoit en plus d' un „ endroit. Nous avons parlè plus haut d' un autre ouurage de l' Abbè Siri, dont „ celuicin' est que la suite, quoiqu' il soit fuit ouparavant. „ præmiserat autem, hunc Siri Mercurium dividi in 13. volumina colligata in 15., & aliquoties in plura.

Cæterum Victorius Siri laudatur ab Hilario * Bologna in magna panegyrica Oratione de S. P. Benedicto, ejusque Ordine pag. 63., ubi vocatur, *Vir celeberrimus*. Ab Andrea * Raynerio in Historia panegyrica S. Anselmi tom. 1. in præfatione, ubi asserit, eum fuisse Laureatum in Sacra Theologia, admodum versatum in Historiis, & in Mathematicis disciplinis eruditum, sublimi ingenio præditum, in rebus politicis insignem, in dicendo egregium, in scribendo sensatum; Abbatem *Benedictum* [ut dicunt] id est absolutum a Religione Monastica Regulari, & in titulum alicujus Abbatiæ, extra Congreg., creatum; Consiliarium Status, & Historiographum Regium, magno in honore ab Italiæ Principibus habitum &c. A Julio Cardinali Mazzarino in Epistola ad Cardinalem Grimaldum data anno 1647. die 1. Decembris, ex qua apparet defensum eum fuisse a Mazzarino contra Ducem * Vindocinensem, qui in illum persecutionem moverat; Quæ Epistola una cum aliis ejusdem Cardinalis extat Romæ apud Julium Mandosium eruditissimi Equitis Prosperi Mandosii nuper defuncti dignissimum filium, paternæ virtutis, & eruditionis hæredem. A Benedicto Bacchinii in sua ipsius vita a semetipso scripta impressa Venetiis 1723. in 34. tomo Ephemer. Literat. Italiæ. art. 11. pag. 304. n. 9. „ Accesserant tunc temporis (Cœnobii Parmensis Bibliothecæ) libri, „ & sane optimi Abbatis Victorii Siri, ejus Monasterii Alumni, qui Xpmi Regis „ Historiographus Parisiis tunc decesserat. „

* De eo supra L. H.

* De eo supra L. A.

* Vandomo.

VILLIELMUS CAPISACCHI Patria Narniensis in Umbria, apud D. Scholasticæ Sublacensis Proto-Cœnobium Monasticam vitam professus est anno 1525. die 24. Augusti, cujus Sñi Asceterii amore flagrans, nec labori, nec diligentiæ pepercit, ut ejus Chronicon pro virili parte concinnaret, cui ipse Villielmus hunc titulum præfixit.

1. *Chronicon Sublacense Villielmi Capisacchi* Narniensis Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ Cœnobii Sublacensis Monachi stabiliti, sub Congregatione Casinensi, aliàs S. Justinæ Patavinæ; ad Reverendiss., & Illustriss. Dominum Marcum Antonium Cardinalem Columnam ipsius Cœnobii Commendatarium; & ad ejus Sat. Monasterii Monachos, nec non ad omnes ejusdem Abbatiæ Indigenas. Scriptum anno 1573.

Constat hoc Opus libris x., paginis integris 220., ejusque hypothesim ipsemet Capisacchius in præfatione his verbis explicat. „ In hoc volumine aliqua de Sño „ Patre Benedicto a Nursia, Occidentis Monachorum cum almifico Patre, tum „ etiam origine, ac fonte totius Monasticæ conversationis, quæ a D. Papa Gre- „ gorio hujus nominis primo, ac Magno, consulto relicta fuerunt, continentur,

„ & quæ subsequuntur hactenus post Beatissimum Patrem Benedictum in Sacro „ Sublacensi Cœnobio gesta fuerunt, & ad nostra pervenerunt tempora, quoad „ fieri potuit, vita comite, Deoque opitulante sedulò describentur. „ Extat in eodem Monasterio Sublacensi; quod Opus Cherubinus Myrtius prosequutus est a prædicto anno 1573. usque ad annum 1629.; ut prima parte dictum est in eodem Cherubino pag. 116., item scripsit Villielmus.

2. *Vitam Sanctæ Cleridoniæ Virginis*, ejusque translationem ad Monasterium Sublacense Sanctę Scholasticæ; asservatur ms. in Sacrario, exemplar autem in Biblioth. omnia latino, elegantique sermone exarata.

VINCENTIUS BARRALIS SALERNA ortus est Niceę * in Provincia, olim Galliæ Narbonensis; Institutum verò nostrum Lirini, quæ Insula est Mediterranei Gallici Maris, parva quidem, sed amenitate, & religiosa disciplina, quæ in ea diù viguit, celeberrima, amplexus est ann. 1577. die 12. Martii. Sacræ Theologiæ lauream adeptus, Ecclesiasticæ Antiquitatis studiis penitus sese addixit, præsertim quæ ad Religionis nostræ decus conferre videbantur; nam cum in Monasterio Montisregalis in Sicilia degeret anno 1609., insigne ibi excitavit Carthophilacium, in quo veluti in arce tutissima omnes mss. Membranæ, Chartulæ, Codices, Libri, omniaque Jura, & Tabulę Regii, amplissimique illius Cœnobii asservarentur, quod laudabile Opus semestri dumtaxat labore feliciter confecit: Ad Sacram deinde Insulam Lirinensem conversus, multo majore studio, eam illustravit, composita, editaque in lucem insigni, ac utilissima ejusdem Cœnobii Chronologia. Ad *titularem* Abbatiam demum evectus, in eadem Sicilia ad obitum usque permansit, qui ei contigit Panormi in Monasterio SS. Benedicti, & Aloysii. Chronologiæ verò suæ hunc titulum apposuit.

* Nizza di Provenza.

Chronologia Sanctorum, & aliorum Virorum Illustrium, ac Abbatum Sacræ Insulæ Lirinensis in unum compilata, multis additis Annotationibus per D. Vincentium Barralem Salerna Monachum Lirinensem. Lugduni anno 1613. apud Thomam Soubron in 4. sumptibus Rigaud in Vico Mercatorio sub signo Fortunæ. Ita Andres Rossottus. Sed in Codicibus a me visis deest *apud Thomam Soubron*, sed tantum adest, *Sumptibus Petri Rigaud &c.*

In hac Chronologia præter memorias, ac gesta SS., ac Virorum Illustr. Lirinens. instaurata, eorum quoque Scripta doctissima in publicam utilitatem quàm emendatissimę evulgantur. Itaque post descriptionem Insulæ Lirinensis per eundem Barralem adornatam, hæc pariter exhibentur.

1. Vita S. Honorati Abbatis Fundatoris Lirinensis Cœnobii, & Archiepisc. Arelatensis, per S. Hilarium item Archiep. Arelatens. 2. Vita S. Odilonis per S. Petrum Damianum, itemque de Fausto Regiensi Episcopo. 3. Vita S. Antalæ Abbatis Lirinensis. 4. Vita S. Hilarii Episcopi Arelatensis. 5. De Sancto Vincentio Lirinensi, ejusque libro adversus Hæreses. 6. Vita Sanctorum Lamberti, Caprasii, Arnulphi, Lupi, Porcarii, Cæsarii Arelatensis Episcopi, & ejus Sermones ad Monachos. 7. Passio S. Aytulphi, & Sociorum. 8. S. Eucherii Lugdunensis Episcopi Opera. 9. Vita S. Columbani Abbatis, & ejus Opuscula, & Epistolæ. 10. Vita SS. Maximi Episcopi Regiensis; Siffredi Episcopi * Carpentoractensis, Thuriani Episcopi Dolensis, & Leufredi Abbatis. 11. Vita, & Opera Dionysii * Faucherii Monachi Lirinensis doctiss. ac præstantiss., sub Congreg. Casin.; omnia opportunis ejusdem Barralis Annotationibus illustrata.

* Carpentras.

* De eo prim. p. L. D.

De eo agunt prædictus Andr. Rossott. in Syllabo Scriptorum Pedem. pag. 554. Franc. August. della Chiesa, in Catalogo Scriptor. Pedem. pag. 226. Philippus Labbè Biblioth. Biblioth. pag. 349. Gabriel Buccell. in Bened. Rediv. ad ann. 1515.

James

Jaineï in Appendice ad Bibliothecam Bodleianam. Ant. Teisser in Catal. Author. qui libror. Catal. scripserunt parte 1. pag. 312. Author Catalogi præcipuor. Historicorum impress. Parisiis Gallicè anno 1713. Classe xi. pag. 45. Bern. Pez Epistola x. Apol. pag. 254. In Regest. ms. pag. 286. a tergo, ubi tamen dicitur fuisse a *Lucerona*, quod fortasse est Oppidum, aut Castellum Territorij Nicienfis, & in margine: *Abbas titularis Vir pietate insignis &c.*

VINCENTIUS BORGHINUS, genere apud Florentinos nobili natus, Monasticam Professionem in Patria apud insigne Cœnobium S. Mariæ [vulgo Badia] sacramento firmavit anno 1532. die 24. Junij, & post aliquot annos ejusdem Monasterij Prior fuit. Floruit magna doctrinæ opinione, præsertim in Romana, Græcaque literatura, ac Hetruscis Musis, cui rara prudentia, ac mirabilis in rebus agendis industria ornamenti plurimum afferebant; Ea propter Magni Hetruriæ Duces singularem benevolentiam, simulque beneficentiam in eum ostenderunt. Cosmus namque primus celeberrimæ Academiæ * Graphicæ, vice sui illum præposuit, summq; *Locumtenentem* declaravit, qui tanto honore cumulatus, ut expectationi de se conceptæ responderet, & nobilium juxta, ac utilium Artium studiosis provirili consuleret, & prodesset, innumeras penè formas, sive graphicas descriptiones celebriorum utriusque facultatis, pingendi, scalpendique Professorum, ingenti volumine comprehensas illis imitandas proposuit. Quinimò præclaris proprij ingenij fœtibus tum metro, tum soluta oratione conscriptis, universæ Reipublicæ literariæ commodum, splendoremque haud modicum attulit; jure a Georgio * Vasario, nobilitate, probitate, ac doctrina clarissimus, atque omnium bonarum Artium, & amator, & peritus nuncupatus, ac dignus, quem omnes ferè Authores tam coævi, quam posteriores ob eximiam eruditionem, & allegent, & commendent. Franciscus item primus Cosimi Filius, & Successor cognita Borghini integritate, charitate, cæterisque egregijs virtutibus, Priorem, sive * *Hospitalarium* magnæ Domus Innocentium eum constituit, quod munus Florentiæ præcipuum est, ac perhonorificum, in quo ità Borghinus se gessit, ut eam Domum ære alieno, quo gravatam reperit, liberaverit, redditus auxerit, vetera ædificia restauraverit, nova extruxerit, summaque frugalitate cum reliquis Ministris communi victu, mensaque publica semper usus fuerit; Fama est apud Puccinellum, Archiepiscopatum Pisanum ab eodem Sermo Magno Duce Francisco sibi oblatum, pro ea, qua præditus erat, humilitate, invicta constantia recusasse. Quod ipsum affirmatur etiam in Regest. ms. pag. 194. a tergo: *Respuit Infulas Pisanas oblatas; plura scripsit*. Itaque in eodem charitatis officio ad obitum usque perseverans, anno 1580. die 15. Augusti ad Superos, uti sperare fas est, feliciter evolavit, magno totius Civitatis luctu, quæ eum mirificè venerabatur, ingentique honore in ejusdem Hospitalis Ecclesia tumulatus. Ejus effigies ex marmore anaglypta adhuc conspicitur in prospectu Domus de Valoribus in Via Albitiorum, ubi plurium præstantissimorum Virorum Urbis Florentinæ imagines eodem modo sculptæ * visuntur. Opera, quæ reliquit, his titulis decorantur.

* Luogotenente di Sua Altezza nell'Accademia del Disegno.

* In Vitis Pictorum &c.

* Spedalingo.

* Ab Andrea Ferruccio, Valerio, & Simone Cioli.

1. *Discorsi di Monsignor D. Vincenzo Borghini*; Al Sermo FRANCESCO MEDICI Gran Duca di Toscana: Parte prima; Recati a luce da' Deputati per suo testamento; Con la Tavola delle cose più notabili. In Fiorenza nella Stamperia di Filippo, e Jacopo Giunti, e Fratelli 1584. in 4. In questa prima parte si tratta: Dell' Origine della Città di Firenze, Discorso I. Della Città di Fiesole. II. Della Toscana, e sue Città. III. De' Municipj, e Colonie Romane. IV. Delle Colonie Latine. V. Delle Colonie Militari. VI. De' Fasti Romani, e del modo dicitar gli anni. VII.

2. *Discorsi di Monsignor D. Vincenzo Borghini*: Al Serño FRANCESCO MEDICI Gran Duca di Toscana. Parte seconda. Recati a luce da' Deputati per suo testamento; colla Tavola delle cose più notabili. In Fiorenza, nella Stamperia di Filippo, e Jacopo Giunti, e Fratelli 1585. in 4. In questa seconda parte si tratta: Dell' Arme delle Famiglie Fiorentine. I. Della Moneta Fiorentina. II. Se Firenze fu spianata da Attila; e reedificata da Carlo Magno. III. Se Firenze ricomperò la libertà da Ridolfo Imperatore. IV. Della Chiesa, e Vescovi Fiorentini. V. Qui tamen Tractatus titulo tenus in hac secunda parte reperitur, cùm seorsim impressus sit, ut sequitur:

Trattato della Chiesa; e Vescovi Fiorentini, di D. Vincenzo Borghini: All' Illmo, e Rmo Monsig. il Sig. Alessandro Medici Cardinale, e Arcivescovo di Fiorenza. In Fiorenza nella Stamperia del Giunti 1585.

3. *Continuazione delle Vite de' Pittori, Scultori, & Architetti* scritte già da Giorgio Vasari: Ità Jo. Marius Crescimb. Comment. in Hist. suam vulgaris Poëseos, qui insuper in iisdem Comment. vol. 5. pag. 6. „ Dal Baldinucci [inquit] „ *notiz. de Profess. del Dissegno*, Secolo 1. pag. 11. 12. 15. fu veduto ms. appresso „ *Vincenzo Borghini* Priore degl' Innocenti di Firenze, un' Commentario Anonimo sopra la Comedia di Dante circa il 1334. „

4. *Annotazioni, e Discorsi* sopra alcuni luoghi del Decamerone di Gio. Boccaccio fatte da' Deputati delle loro Altezze Serenissime sopra la correzzione di esso *Boccaccio* stampato l'anno 1573. In Firenze l'anno 1574. presso i Giunti in 4. Ità doctissimus Justus Fontanini nunc Archiepiscopus Anciranus, in Catal. Selectiorum Authorum, qui Italica Lingua de præcipuis Artibus, & Facultatibus scripserunt pag. 91. a tergo, ubi sic: „ I Deputati furono *Vincenzo Borghini*, Bastiano Antinori, e Pier Francesco Cambi; „ & pag. 111. in Classe 10. Criticorum, & Antiquariorum, refert primo loco: *Discorso con i Precetti di Vincenzio Borghini*, del modo di far gli Alberi delle Famiglie Nobili Fiorentine. In Firenze l' anno 1602. presso i Giunti in 4.

Romæ in Bibliotheca Sapientiæ in 3. tomo Miscell. profan. Const. Cajet. extat liber ms. cum hoc titulo: 5. *Lettere del P. D. Vincenzo Borghini Fiorentino*, Casinense, e Spedalingo degl' Innocenti di Firenze; pagg. 180. Sunt quamplurimæ, & admodum eruditæ, & ferè omnes versantur circa Antiquitatis historicæ monumenta. In Catalogo verò mss. Biblioth. Collegii Gregoriani de Urbe excitatæ a laudato Constantino Cajetano, cujus mss. nunc extant in eadem Biblioth. Romanæ Sapientiæ; in serie Scriptorum, qui res Italicas literis consignarunt, sic legitur: *Romanorum Familiæ Vincentii Borghini* R. S. 20. Et in serie Scriptorum Epistolarum: *Lettere del P. D. Vincenzo Borghini* R. S. 45. Qui Catalogus asservatur Romæ in nostris ædibus S. Calisti in Archivo Procuratoris Generalis, Libri verò impressi ejusdem Bibliothecæ Gregorianæ cesserunt Bibliothecæ insignis Domus de Propaganda Fide.

6. Florentiæ apud nobilem Virum Jo. Gualbertum Guicciardini asservantur plurima mss. Vincentii Borghini, ab impressis ejus Operibus plane diversa; Sed, quod vehementer dolendum est, omnibus nunc impervia, ut Vir Cl. Virginius * Valsechius, mihi ipsi scripsit Florentia anno 1721. die 20. Augusti his prorsus verbis: „ Quanto a' Mss. di Monsig. Borghini, io feci parlare a questo Signore „ Gio. Gualberto Guicciardini possessore de' medesimi, se si fosse compiaciuto, „ che io andassi a vederli, e scorrerli, per vedere, che cosa contenevano, ma „ per mia mala fortuna, fu risposto di nò, per averlo prima negato anche a degli „ altri, onde ci converrà contentarci dulle notizie, che già in altra mia le com„ municai, cioè, che di varj suoi Trattati imperfetti, e Studj, ci sono da in circa

* De eo paulo post.

150. Li-

„ 150. Libri, o tomi legati, e da circa 60. cartoni, con dentro una quantità di
„ fogli volanti, e lettere sì sue, come di altri a lui scritte. I sudetti Studj, e
„ Spogli erano tutti ordinati a fare come una compiuta Storia, o Trattato delle
„ cose Fiorentine, conforme l'idea, che i Deputati, o Editori delle sue Opere
„ impresse ci rappresentano nella Prefazione *Alla Nobiltà Fiorentina*, dove ci
„ accennano, che *l'Auttore pensò di dividere l'intrapresa Opera da intitolarsi,*
„ *dell' Origine, e Nobiltà di Firenze, in tre parti; la prima assegnò all' Origine*
„ *della Città; la seconda a' suoi primi avvenimenti; la terza alla Lingua &c.*
„ Questi Mss. sono gli stessi suoi Originali; de i quali parlano li detti Deputati
„ nella medesima Prefazione, *Che tra le sue note abbiamo trovato quello, di che*
„ *egli disegnava scrivere, concetti tutti bellissimi, non trattati da altri, e degnissi-*
„ *mi di ogni dotto Amadore delle notizie antiche, e della nostra favella.* Le occu-
„ pazioni, che furono cagione, che non potesse compire le sue Opere, furono
„ le cure dello Spedale degli Innocenti, di cui fu fatto Priore dal Sermo Francesco
„ de Medici Gran Duca di Toscana, che ha il titolo di Monsignore, ed ha una
„ grossa amministrazione congionta con un governo assai fastidioso di quelli, che
„ vivono in quello Spedale, che sono Bastardi, e Bastarde; e fu a quel luogo il
„ nostro Borghini di molto profitto, sì nell' economico, come anco nello spiri-
„ tuale, come può vedersi presso il Puccinelli. Ità Valsechius.

Cæterum Burghinum impensè laudant, Arnold. Wion Lign. Vitæ p. prim. l. 2. cap. 79. pag. 468. Ant. Possev. in App. Sacro tom. 2. pag. 527. edition. Col. 1608. ubi vocat eum *Vincentium Burginum*, aliàs *Burghinum*; & in Appar. ad Historias in postremis editionibus; iterumque in Bibliotheca Selecta tom. 2. pag. 293. quibus in locis asserit Burghinum *scripsisse elegantèr, & sine fuco; & ejus Opuscula digna certè esse, quæ perlegantur*. Et Julius Negri infra allegandus, citat Possevinum Bibl. Select. sect. 3. lib. 16. sic de Burghino dicentem: „ Quamobrem non „ mentiar, opinor, si eum inter primos rerum Hetruscarum Scriptores adnu„ merem. „ Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 458., & seq;, ubi vocat eum Grecè, & Latinè doctissimum, optimi in scientiis, & in rebus agendis judicii, quem Benedictus Varchi, & Petrus Victorius Literatorum ejus temporis facilè Principes, tanti fecerunt, ut sæpissimè in suis Operibus perhonorificè ejus meminerint; & primus quidem in *Dialogo Linguarum* Borghinum Interloquutorem constituerit: Laudatque Ricordatus Borghini prudentiam, & industriam in gubernanda Innocentium Domo, ejusque morum dulcedinem, & comitatem, qua veluti magnetica quadam vi omnium corda in sui amorem alliciebat, & compellebat. Michael Pocc. in Catal. Scriptorum Florent. pag. 168., & seq; Virum incomparabili ingenii, & consilii felicitate præditum, omnibus tùm humanis, tum divinis scientiis excellentem, ac morum probitate illustrem eum appellat, ità ab ipsa natura ad exercendas eloquentiæ vires progenitum, ut eloquentissimus Petrus Victorius, & Benedictus Varchi eum in suis ipsorum scriptis colloquentem, & differentem interponere non dubitarint. Plac. Puccinell. in Chron. Abbatiæ Florentinæ pag. 142. celebrioribus totius Hetruriæ Viris, linguæ, ac literarum peritia eum ascribit, Et in App. Hist. de Illustr. Abbatiæ Florent. Viris cap. 9. pag. 67., & seq; In omnibus scientiis eruditum vocat, Hetruriæ Doctorum facile Principem &c. Jac. Gaddius de Scriptoribus non Ecclesiasticis. V. Sydonius. Horatius Lombardelli in Fastis Hetruscis. Franciscus Bocchi in Elogiis claror. Viror. Florentinor., ubi ejus Elogium, quod vide. Georgius Vasarius Borghini Synchronos in Vitis Pictorum, Sculptorum &c. pluries Borghinum eximiè laudat; Prima enim parte pag. 5. in Vita Cimabuè, loquiens de suprame morato Commentario in Dantem Poetam; „ Il qual Commento (inquit) è

„ oggi appresso il Molto Rev. D. Vincenzo Borghini Priore degl' Innocenti, Uo-
„ mo non solo per la nobiltà, bontà, e dottrina chiarissimo, ma ancora così
„ amatore, & intendente di tutte le arti migliori, che ha meritato essere giudizio-
„ samente eletto dal Sig. Duca Cosimo in suo Luogotenente nella nostra Accade-
„ mia del Disegno. „ Et part. 2. pag. 244. in Vita Donati, aliàs Donatelli:
„ Non tacerò, (pergit Vasarius) che avendo il dottissimo, e Molto Rev. D.
„ Vincenzo Borghini (del quale si è di sopra ad altro proposito ragionato) messo
„ insieme in un gran libro infiniti disegni di eccellenti Pittori, e Scultori, così
„ antichi, come moderni, egli in due carte, dirimpetto l'una all'altra, dove sono
„ i disegni di mano di *Donato*, *e di Michele Angiolo Buonaroti*, ha fatto nell'or-
„ namento con molto giudizio questi due motti Greci, *ἢ Donatos Bonarro-tizei*, *ἢ Bonarrotos Donatizei*, che in latino suonano, aut Donatus Bonar-
„ rotum exprimit, & refert, aut Bonarrotus Donatum, e nella nostra lingua ?
„ o lo spirito di Donato opera nel Buonaroti, o quello del Buonaroti anticipò di
„ operare in Donato. „ Et parte 3. l. 2. pag. 197. in Vita Michaelis Angeli Bo-
narota. „ Ma innanzi, che il corpo venisse, intesa la nuova della morte, ragu-
„ natisi insieme a richiesta del Luogotenente della loro Accademia, i principali
„ Pittori, Scultori, & Architetti, fu ricordato loro da esso Luogotenente, che
„ era allora il Rev. *D. Vincenzo Borghini*, che erano obligati &c. „ & pag. 198.
„ Questo fatto, e licenziati che furono gli Accademici, il detto Luogotenente
„ scrisse al Sig. Duca una lettera di questo preciso tenore.

„ Avendo l' Accademia, e Compagnia de Pittori, e Scultori consultato fra
„ loro, quando sia con sodisfazione di Vostra Eccellenza Illma, di onorare in
„ qualche parte la memoria di Michel Angiolo Buonaruoti, sì per il debito ge-
„ nerale di tanta virtù nella loro professione, del maggiore Artefice, che forse
„ sia stato mai, e loro particolare, per l' interesse della commune Patria, sì an-
„ cora per il gran giovamento, che queste Professioni hanno ricevuto della per-
„ fezione dell'opere, & invenzioni sue, talche pare, che sia loro obligo mo-
„ strarsi amorevoli in quel modo, che ei possono alla sua virtù; Hanno per una
„ loro esposto a V. Ecc. Illma questo loro desiderio, e ricercatola, come loro
„ proprio refugio, di certo ajuto. Io pregato da loro, e [come giudico] obli-
„ gato, per essersi contentata V. Ecc. Illma, che io sia ancora quest' anno con
„ nome di suo Luogotenente in loro compagnia; & aggiunto; che la cosa mi
„ pare piena di cortesia, e d' animi virtuosi, e grati, ma molto più conoscen-
„ do, quanto V. Ecc. Illma è favoritore della virtù, è come un Porto, & un
„ unico Protettore in questa età delle persone ingegnose, avanzando in questo
„ i suoi Antenati, i quali agli Eccellenti di queste Professioni feciono favori straor-
„ dinarj, avendo per ordine del Magnifico Lorenzo, Giotto, tanto tempo in-
„ nanzi morto, ricevuto una Statua nel principal Tempio, e Fra Filippo un Se-
„ polcro bellissimo di Marmo a sue spese proprie, e molti altri in diverse occasio-
„ ni, utili, ed onori grandissimi: Mosso da tutte queste cagioni, ho preso ani-
„ mo di raccomandare a V. Ecc. Illma la petizione di questa Accademia, di poter
„ onorare la virtù di *Michel Angiolo* allevo, e creatura particolare della Scuola
„ del magnifico Lorenzo, che sarà a loro contento straordinario, grandissima
„ sodisfazione dell' Universale, invitamento non piccolo a i Professori di queste
„ Arti, e a tutta Italia saggio del bell' animo, e pieno di bontà di V. Ecc. Illma, la
„ quale Iddio conservi lungamente felice, a beneficio de' Popoli, e sostenta-
„ mento della Virtù. „ Alla qual lettera detto Sig. Duca così rispose.

„ Rev. nostro Carissimo: La prontezza, che ha dimostrato, e dimostra co-
„ testa Accademia per onorar la memoria di Michel Agnolo Buonaroti passato di

que-

„ questa a miglior vita, ci ha dato, doppo la perdita di un Uomo così singolare,
„ molta consolazione, e non solo volemo contentarla di quanto ci ha domandato nel suo memoriale, ma procurare ancora, che l'ossa di lui siano portate a Firenze, secondo, che fu la sua volontà, per quanto siamo avvisati; il che scriviamo all' Accademia prefata, acciocchè si animi tanto più a celebrare in tutti i modi la virtù di tant' Uomo; e Dio vi contenti.

Præterea Borghini meminerunt Ferdinandus del Migliore, in libro, cui titulus, *Firenze Illustrata* pag. 311. Author Catalogi præcipuorum Historicor. impress. Parisiis anno 1713. Classe 45. pag. 268., ubi ejus Opera refert &c. Authores Vocabularii *della Crusca*, qui ferè omnibus ejus Operibus utuntur

Sed operæ pretium sit audire, quæ Curatores editionis Operum Borghini ex ejusdem testamento, in Epistola nuncupatoria primæ partis ad Serenissimum M. Ducem, de Authore, deque ejus Operibus loquuntur. „ Ma onde sia nato, „ e continuato ne nostri questo affetto di rassomigliarsi a' Romani, lo dimostra particolarmente quest' Opera, che ora viene a luce sotto il glorioso nome dell' A. V., e l'altra ancora del medesimo Auttore, che fra breve tempo si vedrà, perciochè se i nostri Progenitori furono non solo Romani, ma Romani generosi, e di valore; come in questo primo discorso si pruova, e se per quantunque fieri accidenti, a diverse mutazioni di Popoli seguite in Italia, questa Città non è stata mai, come molte altre, tutta rivolta, e ripiena di nuovi, e barbari abitatori, ma le Famiglie discese di que' primi Romani, ci si sono sempre, almeno in qualche parte mantenute, il che nel secondo Volume apparirà, niuno dovrà maravigliarsi di questa, qualunque ella si sia, simiglianza nostra con le cose Romane. Diede a questa sua fatica principio l' Auttore di commandamento del Gran Duca Cosimo, il che ci assicura, ch' ella sarà grata a V. A. Così avesse egli potuto porle l' ultima mano, e tirare al fine determinato l' altra parte, ma le molte sue occupazioni gli tolsero troppo di quell' ozio, di cui hanno bisogno gli Scrittori; e la morte, come spesso incontra, interroppe i suoi disegni, con danno non piccolo di questa Patria, la quale ha più da lui, che da qualsivoglia altro suo Cittadino da gran tempo in quà, ricevuto lume de più antichi fatti suoi. Noi, a i quali egli confidò, e raccomandò con l' ultime parole tutto l' avere dell' ingegno suo, abbiamo fatto, e faremo ogni opera [così ci obligò egli con la sua bontà, e con la sua dottrina] di scemare, quanto sarà in noi, il danno della sua morte, e con tal fine baciandole con ogni riverenza le Reali mani, le preghiamo da Iddio ogni felicità. Di Firenze il dì 16. d' Agosto 1584. Di V. A. Serma. Umilissimi Servitori. I Deputati.

Alla Nobiltà Fiorentina.

„ Il Duca Cosimo di gloriosa memoria nell' occasione delle nozze del Principe, fece dipingere la Sala maggiore del Palagio, e nell' una facciata rappresentare la Guerra di Pisa, nell' altra quella di Siena, nel palco varj accidenti della Città, e principalmente l' origine di lei, e come ella fu Colonia de Triumviri, e principalmente d' Augusto, secondo che già dall' Accademia del Magnifico Lorenzo de Medici era stato provato. Uscì in que' dì un libretto d' una nuova oppinione, che la Città nostra fusse edificata ne' tempi più bassi dell' Imperio de' Longobardi; la quale con tutto che da più intendenti non fosse approvata, diede nondimeno molto da ragionare, & al nostro D. Vincenzo Borghini, *che aveva d' ordine del Duca divisato tutta la Pittura*, impose necessità di difenderla: Oltreche il Duca glie lo commandò; ond' egli si mise a scrivere sopra ciò, e nel trattar dell' origine della Città, molte altre cose gli sovvennero alla nobiltà, e grandezza di lei pertinenti, e pensò di dividere l' intrapresa Opera da intito-

larsi,

„ larsi, *Dell'Origine*, e *Nobiltà di Firenze*, in tre parti: La prima assegnò all'origine della Città, la seconda a' suoi primi avvenimenti, mentre stette l'Imperio Romano, e dipoi soggetta alle tante mutazioni d'Italia fino all'anno 1200., dal qual tempo in quà l'affari di lei gli parvero per le Storie, manifesti; la terza alla nostra Lingua, del cui nascimento, natura, e bellezza intendeva assai ragionare, stimando l'acquisto, e possessione di Lei aver non poco onore alla Città nostra arrecato. La prima parte fu da lui compiuta, ma non limata, la quale noi di presente mandiamo alla luce, per sodisfare alla sua volontà, & al carico, ch'egli confidando in noi, ci lasciò, dietro alla quale abbiamo posti alcuni discorsi suoi con titoli particolari, ma utilissimi all'intelligenza dell'Origine della Città, e del suo primo stato. Della seconda parte furono fatti solamente alcuni Trattati, ch'esser dovevano parte di tutta l'Opera, e questi ancora in breve si vedranno non insieme congionti, ma separati, e saranno questi. *Della Chiesa &c.* All'ultima parte, ch'era della Lingua non pose egli mano; vero è, che avendo avuto cura insieme con alcuni altri Letterati Uomini di ricorreggere il Decamerone di Messer Giovanni Boccaccio; in quelle dotte Annotazioni, che sopra quel Libro si fecero allora, furon messi molti di quelli avvertimenti, ch'egli avea destinati per quest'Opera, il che in parte scema la perdita nostra, la quale quanto sia grande, niuno sà meglio di noi, che tra le sue Note abbiamo trovato quello, di che egli disegnava scrivere, concetti tutti bellissimi non trattati da altri, e degnissimi di ogni dotto Amadore delle notizie antiche, e della nostra favella. Di questa perdita ci furono cagione l'occupazioni sue lontane dalli studj delle lettere, che non si possono insieme, come diceva egli, accoppiare, ma si nojano, e quindi procede parimente, che scrivendo egli interrottamente, e quando gli era dalle cure dell'offizio suo conceduto, il filo dell'Opera forse apparirà interrotto alcuna volta, e replicato, e la trattazione lunga, e minuta, ma quì è da ricordarsi, che gli fu di bisogno rispondere all'opinioni contrarie, e quasi litigar de' confini, del sito primo della Città, e ponderare, & esaminare i testimonj di Tacito, Frontino, e Plinio, quasi allegati a sospetto, e scrivendo a Voi Nobili Fiorentini, pensava le particolarità della vostra cara Patria, quantunque minutamente trattate, non potervi noja arrecare. „

In alia verò Epistola nuncupatoria ad eundem Serenissimum Franciscum M. Ducem ab iisdem Curatoribus editioni secundæ partis præfixa, sic iterum ipsi loquuntur:

„ Al Serenissimo Francesco Medici Gran Duca di Toscana nostro Signore.

Ogni nostro officio verso la memoria di D. Vincenzo Borghini è fornito col publicare questi suoi ultimi Discorsi, nè potrà l'indugio, nè la fatica durata parerci grave, se piaceranno a V. A. Serma. E certamente se noi consideriamo con quanta agevolezza, e chiarezza egli abbia trattate questioni difficilissime, & oscure, e ritrovate notizie bellissime intorno all'affari di questa vostra Città, noi possiamo credere a ragione, che, e V. A., se mai le sarà conceduto dal suo reale gravoso incarico, e tutti i Nobili Fiorentini sentiranno singolar piacere di leggere questi Scritti. Sono stati molti, che mossi da una naturale tenerezza d'onorare questa Patria da molti anni in quà, molti fatti, e antichità di lei hanno scritto, ma i più con lieve fatica, e dottrina hanno trasportato ne liori loro cose scritte negl'altri, simili a' lavoratori de campi, come diceva questo nostro Autore, che maneggiando continuamente sassi, niente altro fanno, che tramutargli. Non ha così egli fatto, non ha dal Malespini, o dal Villani, o da altri copiato i suoi concetti, ma con fatica estrema trattoli da Scritture antichissi-

„ chiſſime; e da Stromenti publici, da Privilegj de' Principi, e finalmente da
„ Scrittori ſtranieri antichi, e ripoſti, che hanno a qualche propoſito favellato
„ di coſe noſtre, anzi giunto tal volta a que' tempi, de quali il Villani, o altri
„ hanno trattato a lungo, e compiutamente, gli ha trapaſſati con molta brevi-
„ tà; come è avvenuto de Veſcovi noſtri da 200. anni in quà, de quali ha fatto
„ ſolamente ſemplice Catalogo, ma de più antichi rinvenuto quello, che pare
„ impoſſibile in tanta oſcurità. Così potremmo dire di molte altre notizie, che
„ apportano queſti ſuoi Scritti, ſe gli ſteſſi no 'l dimoſtraſſono; la qual coſa
„ ci aſſicura (rallegrandoſi ciaſcuno, che ſi narrino le laudi ſue, della Patria,
„ e degli Amici, e gli abbacinati ſplendori ſi riſchiarino, e ſi rinnovellino) che
„ queſto libro, come pur' ora ſi diceva, doverà eſſer cariſſimo a molti, il che
„ avverrà più facilmente ſe V. A. lo riceverà con quella benignità, ch' ella ricevè
„ per mani noſtre l' altro libro. Noi per non mancar anche di queſto, a chi tanto
„ confidò in noi, ne la ſupplichiamo con ogni affetto, e baciandole umilmente
„ la mano, le preghiamo dal Signore Iddio ogni felicità. Di Firenze il dì 3.
„ di Ottobre 1589.

Julius Negri Soc. Jeſu in Hiſtor. Scriptor. Florentinor. impreſſa Ferrariæ 1722. pag. 525., & ſeq; hoc etiam peculiare de eo dicit, lucubraſſe nimirum aliud Opuſculum mſ. nempe: *Trattato de Priori, e Confalonieri della Republica Fiorentina*; Et pariter compoſuiſſe, *alcune delle Vite de Pittori, ſtampate da Giorgio Vaſari ſuo famigliariſſimo*.

In Libro * anonymo cui titulus: *Notizie della vera libertà Fiorentina conſiderata ne i ſuoi giuſti limiti, per ordine de' Secoli*. Parte prim. 1724. §. 15. pag. 13. e ſeguenti. „ Sopra tutti ſi è ſegnalato in queſto genere Monſig. Vincenzo Borghini, il quale non ſi è contentato di favellare in paſſando magnificamente, e con termini Greci, e Romani della libertà della ſua Città, e Nazione, che ciò agevoliſſimamente ſi condonerebbe all' abbondanza della penna, e dell' amor della Patria, ma ſi è arriſchiato il primo a formare con magiſtero, e con precetti nuovi, ed inuditi un ſiſtema deſtinato a provare libero non già il ſolo Fiorentino, ma qualunque Popolo dipendente dal Sacro Romano Impero, onde è che tutti i moderni impugnatori dei Dritti Imperiali ricorrono a queſto magazzino, per provederſi d' Armi, e Spade in queſto genere di combatto, come che di legni, e ſenza punte eſſer quelle ſperimentino. Per la qual coſa eſſo ſolo ha meritato una diſertatazione intera, che chiude la prima parte dell' Opera; Offeſe egli in sì fatta maniera ogni regola di naturale equità, o raziocinio, che gli ſi conveniva forſe più ſevera cenſura, che queſta, che ſi può dire un flagellarlo colle Roſe, e ſenza ſpine: poiche l' Autore, che a ragione poteva eſſere aſſai sferzante, ha amato meglio di parer languente, ad effetto di ſparagnare la memoria di un cotanto, e in ogni altro riguardevoliſſimo Scrittore, e perciò aſcrive l' invenzione di lui in queſta parte a un mero ſcherzo di troppo, dirò così, rigoglioſo, e luſſureggiante ingegno, ma queſto modo di confutare, ancora baſtò al fine principale, cioè di additare il vero, e di ſvelare il falſo. „

* Author eſt Philipp. Spanagel Germanus Mediolani tunc degens, nunc vero Viennæ in Auſtria Sacr. Cæſ. Maj. Caroli VI. Bibliothecarius.

At in Necrologio Monachor. Abbat. Florent. pag. 41. plura, eaque ſingularia de eo narrantur, quæ non videntur prætermittanda, a Mauro ſcilicet Pandulphino in cœtum Monachorum introductum, in Regulari verò diſciplina ab Iſidoro Montacuto, in Græcis literis a Chiriaco Strozza, & Franciſco Zefirio, in Philoſophia a Joanne Franciſco Verrino, in ſacris deniq; Literis a celeberrimis in Theologia Magiſtris inſtitutum. Anno 1544. in Decanum, & Cellerarium laudati Cœnobii electum, juſſu M. Ducis exiccandum curaſſe Lacum Urbi proximum in Monaſte-

nasterii prædio, Ducalis Arcis Militibus exitiosum. Cardinali Farnesio per id temporis Florentiæ degenti, ac postea Congregationis nostræ Protectori, opera Petri Victorii cognitum, & plurimi factum; Priorem Claustralem Florent. Cœnobii anno 1550. creatum, eodemque anno, die 21. Januarii Domui SS. Innocentium a M. Duce Præfectum, suadentibus quibusque ejus Urbis Viris doctissimis, (ut nimirum Borghinus perpetuò Florentiæ permaneret) veritis ne si Abbas, ut præsentiebant, eligeretur, illique identidem ad Monasteria regenda, ut nobis moris est, aliò migrandum foret, ejus sapientissima, dulcissimaque consuetudine carere oporteret; Abbatis proinde solo titulo a nostra Congregatione decoratum, ab eodem M. Duce aliquot Cœnobiis Monialium Præpositum, nonnullis Ædificiis in ea Urbe extruendis modulos ministrasse, Testudini Metropolitica Ecclesiæ Picturarum inventionem, & ordinem digessisse, demum vita functum an. 1580. a Monastica Professione 49., a suscepto Hospitalarii munere 28.

VINCENTIUS CAMPANUS de * Flumano, Monachus S. Severini Neapolis factus ann. 1508. die 6. Febr. Sacris, humanisque literis haud mediocriter doctus, scripsit aliquot pia Opuscula, quibus sequentes titulos dedit.

* Vel à Flumine.

1. *Collyrium mentis, seu Commentaria de Nominibus Christi*, quotquot in sacra Scriptura inveniuntur secundum ordinem Alphabeticum, lib. 2. Neapoli apud Joann. Mariam Scottum anno 1562. in 8. pagg. 146.

2. *Ad Deiparam Virginem Salutationes pulcherrimæ*, ex Sacra Scriptura delectæ. Ibidem apud eundem, eodem anno.

3. *Fasciculus Myrrhæ* l. 1. incertum an excusus, ut inquit Arnold. Wion Lign. Vitæ, p. 1. l. 2. cap. 79. pag. 469. ex quo totidem verbis Aut. Possev. in App. Sacr. tom. 2. pag. 527. edit. Col. anno 1608, Venetæ verò ann. 1603. tom. 3. pag. 350., & alterius Venetæ ann. 1506. pag. 345., ubi eum excessisse dicit ann. 1571. Sed ex monumentis S. Severini ad me transmissis ann. 1727. habetur hujus libelli impressio Neapoli 1521. Kalendis Junii in 4. pagg. 114., quem Ven. P. D. Jo. Evangelistæ Priori S. Severini Vincentius nuncupavit, in eoque de Vita Christi agi, ibidem dicitur.

De eo etiam agunt Petr. Ricord. Hist. Mon. Dial. 4. pag. 461., ubi vocat eum valde pium, & in sacris Literis exercitatum, ejusque Opera pulchra, & præclara. Hipp. Marc. Biblioth. Marian. p. 2. pag. 434., & seq. pietate inclytum, & omnibus tàm divinis, quàm humanis literis nobiliter eruditum appellans. Nicol. Topp. Biblioth. Neap. pag. 306., licet cum Mauritio Monacho eum confundit, ut supra Lit. M. pag. 413. notavimus; Affert autem fol. 577. in ejus laudem Epigramma Tetrastichon Bernardini Rota.

E Ducat ars alios, & tellus Dædala flores,
At Cœli tantum ros alit ipse tuos.
Ne cesses igitur cœlestes ponere plantas,
O felix sancti seminis Agricola.

VINCENTIUS de TUCCIIS a Gravina in Monasterio Cavensi nostris adscriptus anno 1609. die 22. Augusti, in Reg. pag. 191. a tergo in margine dicitur *Aliqua composuisse*, verum quænam illa sint, non indicatur.

VINCENTIUS a MEDIOLANO Monachus in Cœnobio S. Salvatoris Papiæ factus ann. 1524. die 11. Septembris, ac postea Prior, floruit pietate, ac literis circa ann. 1570. Extat enim in Biblioth. ejusdem S. Salvatoris a me visus anno 1687. liber ms. vere aureus, ac spirituali pinguedine refertus, ab eo compositus sermone Italico; sed adhuc antiquitatem ejusdem linguæ redolente, cum hoc titulo:

1. *Opusculo dominidato* Speglio d' oro dell' *Anima peccatrice*, lib. 1. ubi a cit...

1. De

V

1. De Peccato. 2. De Pœnitentia agendâ. 3. De Mundi contemptu. 4. De inani gloria Mundi. 5. De timenda, expectandaque morte. 6. De Paradisi gaudiis, & Inferorum pœnis. Item alius libellus præcedenti adnexus, qui pro titulo hunc textum præfert:

2. *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus.* Ad Rom. xv. In eo agitur. 1. De Detractione. 2. De Contentione, & Lite. 3. De aliorum contemptu, & Irrisione. 4. De Invidia, & Æmulatione. 5. De Odio in Proximum. Item alius Libellus inscriptus:

3. *Chi non sà cosa sia tentazione, non sà nulla.* Alius. 4. *Come la Fede è necessaria.* Alius. 5. *Della perfetta Mortificazione.* Alius. 6. *Che quelli, che si emendano nella tribulazione, debbono sperare la salute.* Denique alius. 7. *Che i Mondani sono amati; Gli Spirituali odiati.* Explicit. In S. Salvatore di Pavia per me D. Vincentio da Milano. Adì 8. de Agosto 1569.

VINCENTIUS SQUALDUS Placentiæ natus, ibidem apud S. Xistum Monachum professus anno 1593., die prima Novembris. Floruit selecta eruditione, & politiori literatura circa medium Sæculi XVII. proximè elapsi; Patavii in Monasterio S. Justinæ degens, Cæsarem Cremoninum Philosophum, & ...... Mordanum Theologum, summi nominis Prælectores, audivit; Mediolani postmodum Philosophiam ipse docuit; Deinde Abbas creatus, nullum administravit Monasterium, in quo Monasticæ disciplinæ rigor, & bonarum literarum studium, si nonnihil elanguissent, statim non reflorescerent, vel si adhuc florerent, uberiores in dies fructus, ipso irrigante, non ederent, nam regularem observantiam, & meliorem scientiarum cultum; proprio præeunte exemplo, facilè a Subditis exigebat. In dicendo, scribendoque rara, ac recondita eruditio, & suavis facundia, omnium animos, præsertim nobilium Virorum in sui amorem, & admirationem alliciebat: Usus est Laconico, & eleganti stylo, gratoque artificio lucubrationes suas concinnavit. Cum aliquando Venetiis in Senatu coram Principe pro nostræ Congregationis publicis negotiis perorasset, sapientiores aliquot ex amplissimo illo Cœtu, insuetâ eloquentia, & prædiviti erudizione *Squaldi* valde oblectati, exemplar eorum, quæ in Curia dixerat, oculis lustrandum avidè petierunt. Ranutius autem Farnesius Parmæ Dux, aliique Principes, & Ecclesiastici Purpurati, intima eum dilectione, magnoque honore sunt prosequuti. Præclari ejus ingenii fœtus, qui circumferuntur, adeò sunt antiqua doctrina, aurea prudentia, ac politicis documentis referti, ut Author Anonymus libri, *Le glorie degli Incogniti di Venezia*, quorum Academiæ *Squaldus* erat adscriptus, eundem Justo Lipsio ob ingenii acumen, & doctrinæ præstantiam comparare non dubitaverit, pag. 432. his prorsus verbis: „ Gli Scritti, che vanno attorno di „ quest' Uomo, sono così pieni d' antica erudizione, e di dottrina, che fanno „ ravvedere la Belgia, che millanta sopra gl' Ingegni d' Italia il suo Giusto Lipsio. „ Scripta autem, quæ *Squaldus* publici juris fecit, hæc sunt.

1. *L' Aristrocazia conservata*, overo del Decemvirato di Lesbo lib. 4. In Venezia appresso il Sarfina 1634. in 4. jussu Dominici Molini impressa, & Sermæ Venetorum Reipublicæ dicata, quæ Opus hoc adeo gratum habuit, ut Authorem inter Venetos Cives publico decreto, ultrò adscripserit.

2. *Republica di Lesbo*, overo della Ragion di Stato in un Dominio Aristocratico lib. 10. alla medesima Serma Republica. In Venezia appresso il Sarfina 1634. in 4., & Bononiæ per Nicolaum Thebaldinum anno 1640., & iterum ibidem anno 1643. in 8. apud Jo. Baptistam Ferronium, ab Andrea Taurello Burgundo J. C. humaniorum literarum in Gymnasio Bononiensi Professore in Latinum

ermonem converfa; & tertiò pariter Bononiæ apud Hæredem Benaccii anno 1646. in 8. Opus insigne.

3. *L' Uticense Aristocratico*, overo, Vita di Marco Catone; Alla medesima Serma Republica di Venezia. In Bologna appresso gli Eredi del Benacci, l'anno 1645., & iterum, ac tertiò Venetiis anno 1648. apud Juntas, & Babba; Quod Opus prædictus Anonymus ita laudat. „ Questo Libro è tutto florido, tut- „ to pieno di brio, e di vivezze; Stile grave, ma disinvolto. L' erudizione „ non toglie la chiarezza, nè la dottrina confonde i sensi: artificio, senza arti- „ ficio. Il tutto pellegrino: che per finirlo ricusò *Vincenzo* il Generalato, ò sia „ Presidenza della sua Religione: Sicchè scrivendo egli di uno Stoico, divenne „ egli perfettamente Stoico. „ Testatur insuper Anonymus, Venetorum Rempublicam sanxisse, ut omnes Magistratuum Candidati *Squaldi* Opera legerent, ac præ manibus haberent, utpotè quæ ad intelligendam regiminis eorum rationem, & quid magis è Republica sit, plurimum conducant.

4. *Il Campidoglio della Spada*, overo, le glorie de i due Fratelli Gionata, e Simone Maccabei, p. prim. lib. 3. Al Sermo Principe, & Eccmo Senato di Venezia. Est Paraphrastica expositio in lib. 1. Machabeorum, sive Historia ornata &c. Extat ms. in Biblioth. S. Xisti Placentiæ in fol, incipit: „ Morì il Grande, „ quegli, a cui l' adulazione avea dato per Padre un Giove, per Patria il Cielo, „ e per Patrimonio la Terra; e sotto il cui imperio ebbe a sospirarsi in esiglio la „ verità, non d'altro fatta colpevole, che d' aver publicato &c. Explicit. Re- „ gnò 10. anni col Padre, tre mesi, e dieci giorni senza. „ Secundam verò partem defectu temporis non composuit.

5. *Elogj di varj Santi dell' Ordine Monastico*; de quibus idem Anonymus pag. 432. sic disserit. „ Ha in pronto alla luce certi Elogietti di alcuni Santi del „ suo Ordine, che a relazione di chi ne ha veduto qualcheduno, fanno divenir „ rosso il più purgato inchiostro, che si vegga in questo genere; Il Secolo gli aspetta con desiderio; ma l' Accademia con impazienza. „ Deinde ad ipsum *Squaldum* conversus. „ Tu chiudi il Libro per ragion d' Alfabeto, che dovevi „ per ragion di merito principiarlo, anzi finirlo, che il fine non è l' ultimo delle „ cose, ma il meglio delle cose. „

Mediolani in Bibliotheca S. Simpliciani extat Ms. Vincentii Squaldi: *Elogium Beatæ Catharinæ de Rieciis*. Placentiæ verò in laudata Biblioth. S. Xisti extat Ms. *Prælatus Casinensis*, sive *Vita D. Vincentii Squaldi* duodecim Elogiis descripta

* De eo p. 1. L. I. a D. Josepho * Costalta, in funere ejusdem ibidem celebrato.

* De eo p. 1. L. II. Laudatur ab Hilario * Bologna in Magna Panegyrica Oratione S. P. Benedicti, ejusque Ordinis pag. 63. „ Un *Vincenzo Squaldi*, la cui Penna gloriosa „ dalle idee del più sublime stile volò a prender gli esempj. „ A Plac. Puccinell. in *Nomencl. Abbat.* pag. 42. A D. Præsidio Romano Vallumbros. in *Italicæ Nobilitatis Corona*. A Petro Maria Campi in Hist. Ecclesiast. Placent. p. prim. lib. 8. pag. 250. A Franc. Laured. in prima parte Epistolar. pagg. 79. 119. 260. 327. 361., & in Append. Histor. cap. x., ubi eum vocat, *Virum in Scientiis eruditissimum &c.* In nostris Regestis pag. 55. de eo dicitur, *Abbas, in Politicis scripsit elegantissimè*. Isidori * Morattini in Musis Miscellaneis pag. 606.

* De eo p. 1. L. I.

Quod lethale habuit Squaldus, sub caute reliquit,
Cætera sunt nullo contumulanda loco.
Nam mens astra petit; virtutum fama per Orbem
Æternâ volitans avehit acta tubâ.
Ingenii retegit Respublica Lesbia acumen,
Et doctum, regerens gesta Catonis, Opus.

Jam

V

Jam meritis madidus, magnis, & honoribus auctus,
Oppressus Senio, non moriturus obit.

Prælaudatus Anonymus pag. 429. sub Imagine *Vincentii Squaldi* hoc Distichon scripsit.

Lesbia, quæ turpis fuerat Respublica quondam,
Sub calamo sancti jam fit honesta Viri.

„ Franciscus * Ericio, Dei Gratia, Dux Venetiarum &c. Universis, & singulis Rectoribus, & Rappresentantibus nostris quibuscumque, nec non Magistratibus hujus Urbis nostræ Venetiarum, eorumque Ministris præsentibus, & futuris, ad quos hæ nostræ pervenerint, & earum executio spectat, vel spectare poterit, significamus hodie in Consilio nostro Rogatorum captam fuisse partem tenoris infrascripti, videlicet: Che al Rmo P. D. Vincenzo Squaldi Piacentino Abbate Casinense, ch' ha fatti li suoi studj, e lodevolmente molti anni è stato di abitazione nel nostro dominio, dimostrando con vivi effetti la sua vera divozione, e specialmente nel Libro intitolato *Aristocrazia conservata*, dedicato alla Republica nostra, sia, per ispontaneo degno testimonio della grazia publica, concessa la figliuolanza del nostro Stato, sicchè possa godere in esso, & essere capace di tutti quei titoli, e carichi, che vengono dalla Religione dispensati alli Padri più graduati, degni, benemeriti. Quare auctoritate supradicti Consilii mandamus vobis, ut supradictam partem observetis, & ab omnibus inviolabiliter observari faciatis. Data in nostro Ducali Palatio, die 6. Julii, Indictione secunda.

* Erizzo.

Marc' Antonio Busenello Secr.

„ Franciscus Ericio, Dei Gratia, Dux Venetiarum &c. Universis, & singulis, ad quos hæ nostræ pervenerint, significamus, cum Senatu; Ha il P. D. Vincenzo Squaldi da Piacenza, Abbate de' Monaci Casinensi con molti segni di divozione comprobato alla Signoria nostra, la riverenza del suo animo; e con prove di virtù singolari, dato saggio di molta erudizione colla stampa di più libri, dedicati al Publico, che ponno valere di molto documento a quei, che s' incaminano nel governo, e nel servizio delle cose nostre, onde si è meritato di longo tempo il carattere, che se gli è dato, di Suddito della Republica, capace delle prerogative, & onori tutti della Religione sua nello Stato; Come parimente se gli deve per la virtù, e merito, in che sempre s' avanza, e per la composizione, e dedicazione ultimamente fatta, di nuovo libro utilissimo, intitolato, *La Vita di Catone Uticense*, qualche nuova dimostrazione ancora di stima, e di affetto, però l' anderà parte, che chiamato esso Abbate Squaldi nel Collegio, gli sia dal Sermo Principe, attestato il gradimento publico dell' affetto, e divozione sua, la stima del suo merito, e virtù, e la memoria, che se ne terrà, per potersi valere, alle occasioni, dello stesso valore, e merito. Data in nostro Ducali Palatio die 8. Nov. Indictione 14. 1645.

Pietro Antonio IM. Secr.

Authographum horum Diplomatum extat in Tabulario S. Xisti Placentiæ.

Author Magni Theatri Hist. Theutonicè scripti, deinde in Gallicum, mox in Italicum sermonem translati, impressique Venetiis anno 1722. per Jo. Baptistam Albritium, in Præfatione circa finem primi tomi: „ E giacchè si veggono nel Mondo infinite persone, che impiegano il loro ozio in leggere de' Romanzi, per esempio *l' Utopia* di Tommaso Moro, *l' Argenide*, e *l' Euformione* del Barclajo, *la Città del Sole* di Tommaso Campanella, *la Republica di Lesbo* di Vincenzo Squaldi, e molti altri di questa natura, che vengono stimati dai dotti, e che hanno il pregio &c.

VIRGINIUS ALUISET BISONTINUS, Monachus primum in Superiori * Burgundia, sed ob bellorum incommoda inde exturbatus, in Italiam venit, & inter Sublacensis Monasterii Alumnos admissus est, ut nostra Regesta habent. Verum in Sacra Insula Lirinensi aliquot annos transegit, ut in amœno illo, ac religioso recessu, Sacrorum Canonum, & Iuris Pontificii studiis impensius vacare posset; quorum fructum, celebre illud Opus in lucem edidit, tali ab eo insignitum titulo.

*Franca Contea.

Marenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis æterni vermiculatæ: Opus de Privilegiis Ordinis Regularium, quadruplici sectione partitum, ad Tridentini, & Conciliorum antiquorum sensum expositum, Summor. Pontificum Constitutionibus, & Eminentiss. Cardinalium Declarationibus illustratum; antiquorum, & modernorum Theologorum, & Juristarum placitis assertum, ac ad temporis præsentis statum accomodatum. Venetiis anno 1661. apud Franciscum Scorli; Alla Fortezza. Quod Opus, si aliquem demas errorem, ob quem a Sacra Indicis Congregatione, *donec expurgetur*, suspensum fuit, merita laude non fraudabitur. Eum inter Scriptores Ordinis nostri, qui ab anno 1600. floruerunt, enumerat Bernardus Pex Epistola x. Apologetica pag. 254., ubi tamen eum G. Gallum scilicet tantum fuisse indicat, non vocabolo C. C. scilicet Congregationis Casinensis, ut in aliis nostræ Congregationis Scriptoribus assolet, quia nimirum hoc ignoravit; quod idem ob eandem causam fecit in Vincentio Barrali, eum G. Gallum tantummodo indigitando. Felix Egger Idea Ord. Hier. Benedict. lib. 1. p. 5. differt. 4. n. 3. pag. 213. & seqq;, & lib. 2. p. 3. differt. 8. pag. 563. Aluisetum allegat &c., ejus verba depromens ex fol. 201., post quæ subdit, *Hactenus Aluisetus perquam erudite &c.*

VIRGILIUS VALSECHIUS Patria Brixianus, Florentiæ in Monast. S. Mariæ regularibus Votis sese obstrinxit anno 1698., die 7. Maii, ubi strenue emenso scholasticarum facultatum curriculo, easdem postea plures annos Monachos docuit; nec tamen intra hos limites ejus ingenii præstantia, ac sapientiæ amor contineri voluit; sed ad omnigenam eruditionem sacram, profanamque, linguarum quoque, Græcæ præsertim, Latinæque intimam peritiam velociter progressus est: Quo etiam tempore in eodem Cœnobio Angelus Maria * Quirini, Monachus usquequaque doctissimus Sacræ Theologiæ, Sacrorumque Canonum Prælector, Philologiæ fama, haud equidem mendaci pariter florebat; Ambo itaque consertis animis doctrinæ suæ copiam in alios liberaliter diffundentes, pluresque egregios juvenes optimis disciplinis diligentissime instituentes, antiquum nedum Monachorum Florentinorum, sed totius etiam Congregationis nostræ bonarum literarum decus ibidem feliciter restituerunt. Id ut cognovit COSMUS III. Magnus Hetruriæ Dux, Literatorum Mecænas munificentissimus, Quirinum quidem pro Gymnasio Pisano Professorem poposcit; sed cum variis de causis honorificum munus ille detrectasset, non adeo multo post Valsechium in eodem Lyceo Sacræ Scripturæ interpretem Cosmus edixit anno 1711.; Quam Provinciam hactenus egregie admodum administrat, novis identidem, iisque præclaris, ingenii sui fœtibus literariam Rempublicam locupletans. En eorum tituli.

* Nunc S.R.E. Card. de eo p. 1. L. A.

1. *Theologico-Canonica de Sponsalium ad instantiam Parentum* a Filio familias, contra eorum voluntatem cum imparis conditionis puella initorum, solubilitate, Resolutio. Accedunt singulorum almæ Florentinæ Universitatis Patrum, aliorumque Theologorum suffragia, excellentissimorum DD. tum in Pisano Lyceo, tum in Studio Florentino, Sacram Scripturam, Theologiam, Controversias, & Sacros Canones profitentium subscriptiones; Ipsius almæ Florentinæ Universitatis sententia; Illmorum Equitum super desponsatorum impa-

imparitate judicia, ac demum Illmi Viri, civilis de eadem re consultatio. Florentiæ anno 1710. apud Cæsarem de Bindis sub signo S. Bernardi in fol. pagg. 50.

2. *De Marci Aureli Antoninii Elagabali Tribun itia potestate V.*. Dissertatio Historico-Cronologica. Florentiæ apud Jacobum de Guiduccis, & Sanctem Franchi anno 1711. in 4. pagg. 120. præter Epistolam nuncupatoriam, & Indices. Difficillimo nodo Chronologico expediendo, qui celeberrimos Scriptores in diversa traxit, hanc Valsechius dissertationem composuit. Cum enim aliqui nummi Elagabali Tribunitia potestate quinta signati, probare videantur, eum Imperatorem V. Imperii sui annum iniisse, quod repugnat Dioni Authori Synchrono, aliisque antiquis monumentis, eos nummos explicare, & cum Dione conciliare opportuna conjectura studuit: quia verò ea occasione aliam super eadem re doctissimi Viri Philippi a Turre Adriæ Episcopi conjecturam rejecit, ac nummisma quoddam Anniæ Faustinæ in Musæo R. P. Chamillardi Soc. Jes. asservatum, adulterinum esse narravit; hinc tum ipse Philippus a Turre, tum R. P. Jo. Harduinus, & RR. Ephemer. Trevoltianarum Scriptores pro nummo P. Chamilliardi, nec non V. Cl. Jo. Vignolius Biblioth. Vaticanæ. Custos non absimile argumentum pertractans, in Valsechium scriptis insurrexerunt, modestè tamen, & sine jactura obsequii, & venerationis, quæ Viris merito, ac virtute conspicuis debetur: Quibus omnibus passibus æquis, modestissimè scilicet, ac perhumaniter, omisso etiam quolibet Apologiæ titulo, doctè tamen, & nervosè respondit Valsechius, vulgata alia multo longiore dissertatione.

3. *De Initio Imperii Severi Alexandri Augusti*. Florentiæ anno 1715. Typis Regiæ Celsitudinis apud Jacobum de Guiduccis, & Sanctem Franchi.

4. *Giovanni Gersen Abbate dell' Ordine di S. Benedetto* sostenuto Autore de' Libri dell' Imitazione di Gesù Cristo, contro il sentimento dell' Autore della dissertazione premessa alla nuova Italiana traduzione de' medesimi Libri, pubblicata in Lucca l' anno 1723. Dissertazione dedicata all' Emo, e Rmo Principe D. Bernardo Maria Cardinale Conti, dell' istesso Ordine, e della Congregazione Casinense, Protettore della medesima, e Maggior Penitenziere della Santità di Nostro Signore. In Firenze 1724. nella Stamp. di S. A. R. con licenza de' Superiori in 8.

Nec putes Valsechium in hoc Opere, actum agere, & crambes coctas recoquere, cum jam Constantinus Cajetanus, Valgravius, Quadremarius, Delfavius, Mabillonius, aliique Viri doctissimi id abundè præstiterint, Nova occasio, novusque Impugnator, novum Propugnatorem poposcit. Lambertus Cajetanus Ponsampieri Nobilis, & Sacerdos Lucensis ex quodam exemplari Gallico hujus aurei Libelli, Gothicis, ut ipse asserit, characteribus impresso, in quo Monachi nomen, quod in vulgatis editionibus multis in locis legitur, semper tacetur, & Christiani nomen ei substituitur, ansam arripuit evulgandi, non a Monacho pro Monachis, sed a quopiam alio pro Sæcularibus, illum fuisse conscriptum; Id satis fortiter, ac eruditè rejicit, & confutat Valsechius, oppositumque evidenter demonstrat, noviterque legitimo Parenti Joanni Gersenio Abbati Vercellensi divinum hunc fœtum vindicat.

5. *De Veteribus Pisanæ Civitatis Constitutis*, D. Virginii Valsechii Casinensis in Academia Pisana Sacr. Liter., & Hist. Eccl. Professoris Epistola ad Clariss., & Reverendiss. P. D. Guidonem Grandi Camaldolensem Abbatem, & in eadem Academia Matheseos Professorem præstantissimum. Florentiæ Typis Regiæ Celsitudinis anno 1727. in 4. pagg. 52., in qua Epistola Valsechius contra Cl. Henricum Brenemannum demonstrat, usum Pandectarum in Pisano Foro Sæculo XII. viguisse. Ostenderat id ipsum haud ita pridem laudatus Guido Grandi

Epi-

Epistola *de Pandectis* ad Cl. Virum Josephum Averanum, quapropter Valsechius in hac sua Epistola, paulo post initium, ita Guidonem alloquitur: „ Loca „ aliquot eorumdem Constitutorum, ac alia nonnulla ad ea spectantia collegi, „ quæ tecum communicare duxi, ratus, non injucundum tibi futurum, si ibi præ„ claras tuas animadversiones aliis quoque monumentis adstrui videas, quibus „ detegendis, cum semitam tutè etiam mihi præmonstraveris, hæc non solum „ nihil laudi tuæ detractura esse intelliges, sed ad majorem fortassis illius cu„ mulum accessura. „ Hanc autem Valsechii Epistolarem Lucubrationem, harum rerum periti, ut Cl. Ubertus Benvoglienti Nobilis Senensis cum in omni, tum verò in medii ævi Antiquitate versatissimus, valde commendant. Scripsit item Valsechius alia bene multa, quæ tamen nondum publica luce donavit, nimirum.

6. *Plures Dissertationes Historico-Criticas* variis de rebus, præsertim Ecclesiasticis, ac de aliquot vetustis Inscriptionibus, & Nummis; quarum unam nuperrime, dum Senis sub me Prior Claustralis anno 1725. esset: *De Nummo argenteo existente Senis apud laudatum nobilem, & eruditissimum Virum Ubertum Benvoglienti, in quo Monogramma Lotharii I. Imperatoris ex una, & Joannis Papæ ex altera parte conspicitur*; In qua dissertatione, quæ est Epistola ad Illmum & Cl. Virum Philippum Bonarotam, fabula quoque, alioquin satis jam cognita Joannæ Papissæ ex eodem nummo validè exploditur, & quis is Joannes PP. fuerit, explicatur.

7. *Magnum Volumen Casuum Conscientiæ* in Abbatia Florentina, cum ibi per octo integros annos Philosophiam, & Sac. Theologiam doceret, secundum Legum nostrarum præscripta coram Monachis explicatorum, in quibus ex SS. Patribus, Conciliorum, & Summorum Pontificum decretis, ac probatiorum Theologorum placitis, universa propemodum Moralis Theologiæ capita expenduntur.

8. *Magnum item Volumen Prælectionum* in Sac. Scripturam, præsertim in Veteris Testamenti Historiam, quas in Academia Pisana, ubi ab anno 1712. usque in præsens eo munere maxima cum laude fungitur, recitavit.

Anno 1729. Romam perrexit, ubi plures menses mansit, & ibidem composuit

9. *Vitam B. Catharinæ de Ricciis Florentinæ*.

De eo, ejusque Operibus cum laude agunt Ephemer. Literatorum Italiæ Venetiis impressæ anno 1710. tom. 4. art. 18., & tom. 5. anno 1711. pag. 39., & tom. 7. ejusdem anni 1711., ubi fusissimè ejus dissertationem de *Marci Aurelii Antonini Elagabali Tribunitia potestate V.* referunt a pag. 57. usque ad pag. 113., & tom. 13. anni 1717. pag. 493., & tom. 36. art. xv. pag. 346., & seq; „ Dalla „ medesima Stamperia (de Tartini, e Franchi) in un Volume in 8. senza le „ prefazioni col ritratto in rame del Gersen, è uscita l' Opera, che segue, *Gio.* „ *Gersen &c.* Autore di quest' Opera molto erudita, è il P. D. Virginio Valsechi „ Benedettino, che per la publicazione di altre sue Opere è già in possesso dell' „ estimazione commune &c. „ Acta Eruditorum Lipsiæ anni 1712. mense Septembri pag. 408., & seq; referunt honorificè Virginii Valsechii *Dissertationem de Marci Aurelii Antonini Elagabali Tribunitia Potestate V.*, eumque doctissimum passim appellant, ipsamque relationem his verbis claudunt. „ Referta est hæc „ Dissertatio multis aliis ad nummorum, & marmorum dilucidationem facienti„ bus argumentis, & quod difficillimum est, in materia Chronologicis tenebris „ involuta, perspicue scripta, quas laudes æqui rerum æstimatores quicumque „ Valsechio nostro non invidebunt. „ Paulus Galeardus, in præfatione in Epistolam Adelmanni Brixiensis Episcopi, *de veritate Corporis, & Sanguinis Domini, ad Berengarium*, Brixiæ 1720. excusam una cum Operibus S. Gaudentii

Bri-

Brixiensis item Episcopi. „ Adii deinde per literas Cl. Virum Conterraneum
„ meum Virginium Valsechium, ab eoque enixè petii, ut si quid posset, Flo-
„ rentinos forulos diligenter excuteret, isque perhumaniter respondit, Lau-
„ rentianis, & S. Marci, & Strozzianis Codicibus pervolutatis, nihil se omninò
„ offendisse, quod Adelmanni nostri nomen præferret. „

Alexander Politus a S. Sigismundo Scholarum Piarum Theologus eruditissimus Lib. *De Patria in Testamentis condendis Potestate*, edito Florentiæ anno 1712. pag. 257. „ His si qualescumque labores meos sentiam non multum displicuisse,
„ nec improbatos etiam esse præclaro Benedictini Ordinis Theologo, atque in
„ Pisano Lyceo publico Divinarum Literarum Interpreti, amico meo Virginio
„ Valsechio Brixiensi, erit, cur mihi gratuler, animusque mihi ad ea, quæ præ
„ manibus, multa habeo, citius absolvenda, addatur. „ Angelus Maria Quirini (nunc S. R. E. Cardinalis meritissimus) in Dissert. *De Monastica Italiæ Historia conscribenda* impressâ Romæ anno 1717. not. ad pag. 55. pag. 95. „ Recen-
„ sebit singulos (*Casinensis Congregationis doctrinâ in præsens florentes Viros*) di-
„ ligens, & eruditus Marianus Armellinus in suâ Bibliotheca Benedictino-Ca-
„ sinensi, primasque ibi habebunt *Bacchinius* ..... *Valsechius &c.* „

Joannes Antonius* Ursatus publicus in Patavino Gymnas. divinæ Scripturæ Professor in *Annotationibus ad Marmora erudita* Sertorii Ursati Patrui sui editis Patavii anno 17 pagg. 131. 161. 164. 356. in quibus, quæ ibi affert, ab illo (Valsechio) se accepisse ingenuè profitetur. Anselmus Bandurius *Bibliotheca Nummaria* num. CLXXXIX. Philippus Bonarota Senator Florentinus Vir Cl. *Observat. in quædam fragmenta Vasorum Antiquorum &c.* pag. 219. „ In
„ quanto al tempo preciso, che si facevano questi giuochi Capitolini di Domi-
„ ziano, è molto controverso fra i Letterati, e nell' erudita Dissertazione del
„ P. D. Virginio Valsechi Lettore di Sacra Scrittura nella Università di Pisa, sopra
„ la quinta Tribunizia Potestà di Eliogabalo, e nell' altra del principio dell' Im-
„ perio di Severo Alessandro si possono vedere l' opinioni diverse, che ne han-
„ no tenuto gli eruditi in occasione specialmente dello scrivere, che fa Erodia-
„ no, che Massimo, e Pupieno furono ammazzati nel tempo de' Capitolini &c.

*Et nunc Abbas etiam S. Justinæ Patavinæ, de quo 1. p. L. I

Joannes Albertus Fabricius in fronte Operum S. Hippolythi Episcopi, & M. a se Hamburgi editorum anno 1716. in fol. „ Accedunt ..... ex Virginii Val-
„ sechii, & Philippi a Turre scriptis excerpta S. Hippolytum spectantia. „ In Epistola verò ad Lectorem divisione 5. „ Non potui pulchrius huic Voluminis de-
„ cus afferre, quàm si hisce adjungerem ... eruditas disceptationes, quibus super
„ an. primo Imperii Severi Alexandri Augusti, in Cathedra Marmorea Hippolyti
„ memorato, amicè inter se contenderunt, & adhuc contendunt, Principes ho-
„ die Italiæ Ingeniorum, Virginius Valsechius, Philippus a Turre, & Jo. Vi-
„ gnolius; quorum lucubrationes Blanchinianæ subiectas, libenter, ut confi-
„ do, evolves. Nam licet de Argumento videri possint tractare sterili, ac mi-
„ nuto, tamen cum voluptate, & fructu non minore videbis in illis copiam
„ elegantis, accuratæ, & exquisitæ eruditionis certare cum perspicuitate, &
„ acumine, atque quod his omnibus magis etiam mihi placet, & eam bellè decet
„ eruditos homines, condiri usquequaque omnem hanc controversiam non con-
„ vitiis, atque maledicis latratibus, ut solent sese excipere e trivio Canes, sed
„ lepore comis, & honestæ humanitatis. „ & pag. 162. & seq; „ Ex Viri Cla-
„ rissimi Virginii Valsechii a Brixia Monachi Benedictini Congregat. Casinensis
„ Dissertatione Historico-Chronologica de Marci Aurelii Antonini Elagabali Tri-
„ bunitia potestate V. edita Florentiæ anno 1711. cap. 1. pag. 5 ...... cap. 3.
„ pag. 30. cap. 4. pag. 25. „ Bernardus Pez Epistola x. Apolog. in Catal. Script.

Ord.

Ord. S. Benedicti ab anno 1600. pag. 248. Felix Egger Idea Ordinis Hier. Benedictini l. 2. p. 3. dissert. 8. pag. 563.

VITALIS MATTARELLUS Ravennas Patria, itemque Monastica Professione, quam in Monasterio S. Vitalis anno 1650. die 28. Decembris auspicatus est, & postea nostræ Congr. Decanus; dum Romæ Monasterii sui Procurator esset, ad maximam Litem, de confiniis Bonorum ejusdem Monasterii, quantùm naturali facundia, tùm singulari diligentia, victoria obtenta, feliciter absolvit, scripsit eruditum libellum, cui titulus

Dell' Antichità della Foce, e Porto di Primaro, e del Terreno a man destra di esso, che costituisce l' Isola di Palazzolo appartenente all' Abbadia di S. Vitale di Ravenna, in occasione delle pretensioni del Sig. Pandolfo Fantucci. In Roma appresso Francesco Tizzoni l' anno. 1627.

De eo, ejusque Opusculo mentionem faciunt Carolus Chartari in libro, cui nomen fecit: *Pallade Bambina* pag. 120. & Seraphinus Pasolinus de Viris Illustribus Ravenn. l. 3. c. 3. pag. 64.

VITALIS TERRARUBRA natus est Parmæ nobili genere anno 1623., anno verò 1639., die 5. Junii Monasticæ militiæ prælusit in Cœnobio S. Joann. Evangelistæ ejusdem Urbis. Ab ineunte ætate humanis, & scholasticis literis animum affatim imbuit, susceptamq; studiorum rationem ad senectam usque, extremumque vitæ diem constanter perduxit, numquam intermisso aut docendi, aut scribendi labore. Doctoris laurea insignitus, in præcipuis Congregationis nostræ Monasteriis viginti quinque annorum spatio Philosophiam, & Theologiam Monachos docuit; Genuinam Aristotelis mentem assequi, aliisque explicare tanta vi, ac energia est conatus, ut ab omnibus summus Philosophus audiret, eaque propter Bononiensis Lycei Moderatores, publicam Philosophiæ Cathedram ei contulerint, quam annis 18. multa cum laude conscendit; non enim rudem, nudamque, ut plerique, sed aliarum quoque scientiarum ornamentis, ac multiplici doctrinarum varietate illustratam Philosophiam tradebat, itaut voluptatem utilitati conjungens, omnibus arrideret. Id luculenter testatum est ipsum Bononiense Gymnasium insigni Elogio marmoreis tabulis in ejus laudem insculpto, quod infra legetur. Cum verò Cardinalis Estensis Rinaldo Fratris sui Filio, qui postea S. R. E. Cardinalis fuit, & nunc dimisso jam pridem rubro Galero, Mutinæ est Dux, egregium Præceptorem optaret, Vitalem Terrarubram a Senatu Bononiensi efflagitavit; Concessere illum quidem Bononienses, sed in ejus Cathedram, quamdiu Mutinæ fuit, neminem alium ingredi umquam sunt passi, in publicis etiam fastis de eo sic annotantes, *Absens cum reservatione Lecturæ*. Ac Vitalis quinquennio Principem illum in utraque Philosophia Naturali, & Morali cùm diligentissimè instituisset, a Francisco Cardinali Barberino Theologus electus, Urbem adiit, ubi tamen haud diu permansit, nam Venetorum Republica invitante ad ordinariam Philosophiæ Cathedram, relicta Roma, Patavium concessit, eoque in Athenæo plures annos doctrinæ fama resplenduit, omnibus aliis Magistris, Nobilibus, ac Principibus Viris ob eruditionem æque, ac modestiam, motumque certatem percharus. Nec in nostra Congregatione supremi ei defuerunt honores; Creatus Abbas, Monasterium Parmense administravit, quo expleto regimine, Patavium rediit, ibique haud multò post in Monasterio Sanctæ Justinæ admodum piè diem clausit extremum anno 1692. ætatis suæ 71., cui Fr. Thomas Maria Minorelli, ex Ordine Prædicatorum Magister, Vir doctrina conspicuus, qui nunc Romæ Biblioth. Casanatensi præest, funebri, eaque facunda Oratione parentavit. Sed & Parmenses Monachi grati animi ergo ejus exequias insigni pompa celebrarunt, in qua eruditissimam Orationem D. Odoardus

Vicen-

Vicentinus recitavit, impressam Parmæ eodem anno apud Albertum Pazzonum, & Paulum Monti; In ea Oratione illud inter cætera asseritur pag. 15., *Visum esse ostendisse, quàm necessario Philosophia solida Encyclopedia exornata, cum reliquis Scientiis conjungi debeat*. Quod ad hujus Opera spectat, multiplicia sunt, & varia, quorum Vitalis ipse, dum in vivis ageret, a me rogatus, talem elenchum Romam mihi transmisit. * De eo supra, h. O

Impressa.

1. *Venetus Leo alatus optimi regiminis e Spheris delapsum exemplar*, Prolusio Venetiis habita in Templo D. Georgii die 20. Aprilis 1679. in Casinensium Comitiorum proscenio. Patavii 1675. apud Cadorinum in 12.

2. *Delle lodi del P. Giuseppe della Madre di Dio* Fondatore de Padri delle Scuole Pie: Orazione funebre recitata in Firenze, & ivi stampata, sed annus impressionis, & impressoris nomen desideratur.

3. *Riflessioni Geografiche circa le Terre incognite*, distese in ossequio perpetuo della Nobiltà Veneziana, nelle quali si prova, che i Patrizj di Venezia prima di ogn'altro hanno all' Italia, & all' Europa tutta discoperte tutte le Terre incognite, anco l' America, e la Terra Australe. In Padova presso il Cadorini 1686. Hunc librum refert Benedictus Bacchinus in suo Diario anni 1686. pag. 71. & seq.

Manuscripta.

1. *Clavis Aurea Aristotelis*, sive Prodromus Concordiæ omnium Philosophorum. 2. *Logica methodo Junioris Lycei*, una cum quæstionibus absolutæ. 3. *Phisicæ primus Cursus* ad methodum antiquioris Lycei in tractatus sex divisus. 4. *Phisicæ secundus, & tertius Cursus*, singuli in sex tractatus distributi; in quibus ex Aristotile primum sparguntur semina Concordiæ Lycei Democriti, & Chymicorum; tum absoluto, & expanso Philosophorum fœdere, ex D. Thoma Aquinate, Sanctis Patribus, & ipso Peripatu stabilitur Veteres inter, & Recentiores pax, & concordia in omnibus rebus phisicis. 5. *In Libros Metaphisicorum exactæ quæstiones*. 6. *Meditationes in Aristotelis Theologiam*, seu Philosophiam mysticam secundum Egyptios, & alia multa philosophica &c. 7. *Disputationum Sacræ, & Speculativæ Theologiæ cursus duplex*, quorum prior in 10., posterior in 6. tractatus distribuuntur. 8. *Disputationum Sacræ Theologiæ Moralis Scholasticæ* Tractatus 9. 9. *Epitome Ascanii Tamburini de jure Abbatissarum, & Monialium* variis cum additionibus. 10. *Epitome Theologiæ Mysticæ Balthassaris a S. Catharina* Carmelitæ Discalceati, ad usum Patrum Spiritualium, & *Directorium Animarum Contemplationi vacantium*. 11. *Della Geografia naturale, e politica* parte prima. 12. *Entusiasmi Morali*. 13. *Vita intiera del P. S. Benedetto* Fondatore, & Apostolo del Casino. 14. *Brevi Instruzioni per risanarsi da mali corporali* in virtù di Fede, dalla Sacra Scrittura, da Santi Padri, e da una lunga prattica ricavate. 15. *Instruzione Teologico-Politica* circa potere i Principi regnanti obligare le loro Figliuole a maritarsi ne casi gravi, e di publica utilità &c. 16. *Il vivo Ritratto morale del Redentore Iddio*. Panegirico in lode del P. S. Benedetto recitato in Venezia, indi accresciuto di molti fatti antichi Benedettini, del Rosario della Vergine, e di S. Tomaso d' Aquino, con Apologia in loro difesa. 17. *Catalogo di molti Santi, che furono Benedettini*, o si stimano d' altre Religioni. 18. *Lexicon Rhetoricum*, utriusque Orationis tum solutæ, tum metricæ regulas complectens. 19. *Frammenti Rettorici*, cioè Panegirici, Prediche, e Discorsi detti in varie occasioni. 20. *Selva Alfabetica* di molte erudizioni historiche, e politiche. 21. *Selva Alfabetica Spirituale* di varie materie, e pensieri predicabili. 22. *Album nigerrimum*, sive Lexicon Hæreticorum, & alia &c. Ex his Mss. quædam in Bibliotheca S. Justinæ asservantur, nempe *Cursus Theologicus* in 4. variis voluminibus: Philosophica

quædam in usum Scholæ. De Fide operatrice in 4. Italicè. Reliqua, ut opinor, Parmæ in Monasterio, ubi Professus, & Abbas fuit, existunt.

De eo Carolus Patinus in *Lyceo Patavino* p. prim. pag. 111., ubi ejus effigiem exhibet, laudatque cum multis, præsertim, quod ætatis ann. 20. Philosophiam sodalibus prælegerit, paulloque post Sacræ Theologiæ Doctor renunciatus fuerit. „ Terrarubra (subdit Patinus) cum in nullius Magistri verba juraverit, „ præcipuos è priscis Philosophis diligentissimè consuluit, de singulis eorum sen„ tentiis non tamquam honorarius arbiter, sed & peritissimus Judex dijudicans: „ Aristotilem præceteris scrutatus, Theorematis pluribus disceptationi publicæ „ expositis, in tenebris palpatum coram Purpuratis Patribus, & Principibus ex„ perientia sæpius patefecit, tanto equidem plausu, ut eum summum Philoso„ phum omnes acclamaverint. Meditabatur Concordiam Philosophicam, Hi„ storiam Sacram antiquam, aliaque Theologica, & Philosophica maximæ ex„ pectationis &c. „ Nicolaus Comnenus Papadopoli in Hist. Gymnas. Patavini tom. 1. l. 2. sect. 2. 2. 31. n. 4.

D. O. M.

Vitali Terrærubeæ Patritio Parmensi, S. Theologiæ Doct. in Patria Colleg. inter Casinenses Priori, Felsineæ Inquisit. Consultori; Cui annis v. supra xx. Parma, Placentia, Florentia, Venetiæ privatim apud Monachos Theolog. Bononiæ publicæ Philosoph. docenti: Mundus Literarius Democriti, & Aristotelis Concordiam primum in hoc Athenæo publicanti, in D. Proculi Cœnobio propugnanti, debent, & laudant; Utraque Universitas, indefesso, benemerito, & adhuc benemerenti Lectori hunc Lapidem candidum in obsequii candidioris argumentum P. anno MDCLXVIII. annuente Illmo Artistarum Priore Laurentio Bazzano Vincolense.

VITUS de AMICO Patriâ Catanensis, S. Nicolai de Arenis Alumnus factus ann. 1713. 16. Febr. Vir reconditæ eruditionis, & antiquitatis, præsertim Archivorum studiis deditus, & Philosophiæ Lector, & non mediocris in Philologia expectationis; collegit varias notitias pro Appendice, vel supplemento ad *Siciliam Sacram* Rocchi Pyrrhi, quę nunc Venetiis iterum imprimitur typis Sebastiani Coleti, unà cum eisdem *Viti* supplementis, quæ ad illustrandam Monasticam Siciliæ Historiam haud parum conferunt, & hisce titulis distinguuntur.

1. *Supplementum ad notitiam S. Martini de Scalis* Panormi ab anno 1630. ad 1730. 2. *Supplementum ad notitiam S. Placidi de Colonero* Messanæ ab anno 1630. ad 1730. 3. *De reliquis Abbatiis Ord. S. Benedicti* notitiæ 28. 4. *De Abbatiis Ord. Cisterciensis* notitiæ 8. 5. *De Abbatiis, & Prioratibus Ord. Canonicorum S. Augustini* notitiæ 4. 6. *De Capellania Majori Regni Siciliæ* notitiæ 7. 7. *De Abbatiis Ord. Olivetani* notitia unica.

URBANUS a MEDIOLANO Abbas S. Xisti Placentiæ floruit circa annum 1500. scripsit

Defensorium Monachorum adversus Eusebium Canonicum Regularem; qui inter alia contra Nos scripta, asserebat, B. P. Benedictum Sacerdotio minime fuisse initiatum, ut inde conficeret (sed adhuc perperam) Monachos Benedictinos a Canonicis regularibus secundos debere esse.

Citatur hoc Urbani *Defensorium*, ab Auctore Dialogi, *De Presbyteratu S. Benedicti*, Interlocutoribus Michaele & Hieronymo nostræ Congregationis Monachis, qui Dialogus subnectitur Consiliis Cardinalis Francisci Zabarellæ Patavini impressis Venetiis anno 1581. apud Joannem Baptistam a Porta in fol. pag. 189. & seqq. ubi Michael Interlocutor sic inter cætera loquitur „ Extat Tractatus „ D. Urbani de Mediolano Abbatis S. Xisti, qui *Defensorium Monachorum* intitulatur

„ latur, in quo omnia in illo libello (Eusebii) impressa discolorantur, de quo „ *Defensorio* D. Jo. Baptista de Caccialupis a S. Severino in suo Consilio sæpe facit „ mentionem.„ Is fuit Doctor Juris utriusque percelebris, qui scripsit Consilium in favorem Monachorum contra Canonicos Regulares, quod legitur ibidem ante laudatum Dialogum Michaelis, & Hieronymi, ubi etiam leguntur Consilia Monachis faventia Gymnasii tum Bononiensis, & Ferrariensis, tum etiam Patavini.

Meminit Urbani, ejusque *Defensorii* Benedictus Hæphtenus Prologom. 18. in Vitam S. P. Benedicti §. 2. in medio. Cæterum de *Præcedentiæ* titulo Benedictinos inter, & Canonicos Regulares, præter hanc Urbani defensionem, videri etiam possunt Virginius Aluiset in *Murenulis Vermiculatis &c.* pag. 201. Jo. Mabillonius in *Gemina Responsione* ad Canonicorum Regularium Protestationes. Jo. Gaspar Beretta in *Lychno &c.* Felix Egger in *Idea Ordinis Hierarchico-Benedictini* parte prima, & secunda, aliique.

Z

ZACHARIAS de ALOYSIIS a Perusio, ibidem in Cœnobio S. Petri Monasticum Institutum professus anno 1605. die 13. Aprilis, ac deinde Abbas ejusdem S. Petri, Vir humanis literis satis excultus, edidit Italicè

1. *Narrazione delle dotte funzioni literarie* de Monaci Casinensi nel Capitolo Generale celebrato in Perugia l'anno 1646. All' Emo Sig. Cardinale Gio. Giacomo Panzirolo. Item Latinè: 2. *Elogium in laudem Cardinalis Panciroli*; Est satis prolixum, legiturque impressum in 4. tomo Vitarum Pontificum, & Cardinalium, quas Augustinus Oldoinus adornavit anno 1677. col. 618. Obiit anno 1647.

ZACHARIAS de BASTARDIS a Mutina inter alumnos S. Petri in eadem Urbe admissus anno 1621. die 21. Novembris, sacrorum studiorum, quæ diligenter excoluit, sequentes fructus in lucem protulit,

1. *Ceremoniale Monasticum Casinense*, libri 3., in quo omnes Prælati Ordinis S. Benedicti, & Monachi Breviario Pauli V. authoritate recognito utentes, in Pontificalibus, & sacris functionibus instruuntur, Venetiis ex Typographia Ducali Pinelliana anno 1639. in 4.

2. *Il Prencipe Benedetto*: In Padova l'anno 1644. in 4. In quo Vitam D. P. Benedicti politicis, ac moralibus documentis, historicisque exemplis Estensium præsertim Principum, quos ex Anicia ejusdem S. P. Benedicti familia prognatos dicit, illustratam exhibet, quo optimi Principis ideam ex gestis Smi nostri Legislatoris efformet.

ZACHARIAS FIRMATURA a Panormo in Cœnobio S. Martini Monachum professus est anno 1645. 14. Septembris. De eo in Regest. ms. pag. 222. sic habetur: *Abbas, & Visitator, obiit Algerii, in reditu a Comitiis, Poeta, aliqua scripsit*; sed quæ non exprimitur.

ZACHARIAS SERSALIUS a Surrento, nobili familia prodiit, & in Cœnobio S. Laurentii de Aversa Monasticæ disciplinæ se subdidit anno 1658. die 18. Julii. Poeticà arte, præsertim Lyrica, haud parum valuit, a nobilibus sui tem-

poris Poetis eo nomine celebratus, & inter Academicos *Concordes* Ravennates receptus; Ejus ingenii fœtus sunt

Poesie Liriche lib. 2. impress. Neapoli, & iterum Venetiis anno 1670. in 12. apud Zachariam Conzatti.

De eo Nicol. Toppius in sua Biblioth. Neapolit. pag. 313. Jo. Baptista Canale in suis Carminibus pag. 488., ubi ei nuncupat Odem 44. in funere *Josephi Baptistæ* Poetæ Neapolitani percelebris, & Sersalii amicissimi: pagina autem 486. in Epistola nuncupatoria ad eumdem Sersalium data anno 1675. die 14. Septembris, ita loquitur: „ Che il suo fecondissimo ingegno rifletta al Mondo nuovi, e vivacissimi lumi di Poesia, e gli doni ozio studioso nel comporre la vita di * lui. „ & infra. „ E' degnissimo d'eterna, e d'onorata memoria, e d'esser sogetto „ della sua erudita, e nobilissima penna, che se stessa, & altri rende immortale „ collo scrivere &c. „ Jo. Franciscus Bonomi in Opere cui titulus: *Il Seneta, con altre Prose, e Poesie*, impresso Bononiæ anno 1681. pag. 209. hoc Italico Epigrammate Sersalium laudat.

* Josephi scilicet Baptistæ prælaudati.

Con Tosche melodie Sersale imiti
Lo stil Direeo, che in pochi Vati onoro;
Se lungo l'onde Ippocrenee mariti
Alla Cetra d'argento il Pletro d'oro.
L'udito a ber dolcezza d'Ascra inviti,
Mentre in seno ti bolle estro canoro,
Et io sul crine ti rimiro orditi
Per man del biondo Dio serti d'allore.
Or frema dell'oblio livida l'ira,
Che le tue glorie a rimirare absorte
Tra gli abissi di Lete indarno aspira;
Che affin che il nome tuo fausta la sorte
Renda immortal, tu puoi della tua Lira
Con le fila annodar lacci alla morte.

ZENOBIUS Patria Florentinus cognomine PROLOGUS apud insignem S. Mariæ Cœnobium in eadem Patria Monasticam Regulam professus est anno 1534. die prima Novembris. Zelo Religionis, sacra doctrina, atque Hetruscæ Linguę venustate plurimum excelluit circa ann. 1570., ob quæ merita Abbas creatus, idem Florentinum Monasterium ab anno 1567. usque ad annum 1569. ac deinde S. Petri Perusini, ac S. Scholasticæ Sublacensis, aliaque Cœnobia laudabiliter administravit. Eum a S. Pio V. Visitatorem Apostolicum, & Reformatorem Monachorum Cisterciensium, una cum Benedicto * Bonsignorio, constitutum fuisse Author est Plac. Puccinell. locis infra citandis. At ille de migratione in Cœlum serio cogitans, quo expeditius se ad eam compararet, Abbatis dignitate, aliisque curis relictis, privatus se Florentiam recepit, ibique in sacris lectionibus, aliisq; piis exercitationibus ad obitum usque permansit, qui ei feliciter, nec sine sanctitatis odore, contigit anno 1579. Scripsit Hetrusco eloquio Opus egregium, cui titulum dedit:

* De eo p. 1. L. B.

Lettere, e Trattati familiari all'Illmo, e Rmo Ferdinando de Medici. Sermoni fatti a' Monaci l. 1., qui hos potissimum continet tractatus. 1. *Del Governo de Monaci*. 2. *De loro Sudditi*. 3. *Delle Vergini*. 4. *Dello Stato Vedovile*. 5. *De Congiugati*. 6. *Del Restauramento interiore, ed esteriore del Cristiano*. 7. *Della Vita Civile*. 8. *Della Vita soggetta all' infermità, e miserie*. 9. *Di Dio*. 10. *Della Vita Cristiana*. 11. *De Remedj contro la disperazione*. 12. *Dell' imporre i nomi a' Figliuoli*. 13. *De Monaci*. 14. *Della Fede*

Fede. 15. *De Frutti della Terra*. 16. *Delle cinque Pietre, contro Golia*. 17. *Lettere mandate a diverse Persone* l. 1. Item Latinè: 18. *Oratio funebris* in morte D. Jo. Baptistæ Stellæ Nobilis Brixiensis Abbatis SS. Faustini, & Jovitæ. Omnia unico volumine impressa Florentiæ anno 1571., iterumque ibidem 1573. in 4.

Agunt de eo magna cum laude Arnold. Wion Lign. Vitæ p. 1. lib. 2. cap. 80. in fine. Ant. Possev. Appar. Sacr. tom. 3. Petr. Ricord. Hist. Monasticæ Dial. 4. pag. 458. à tergo, *nobilem linguæ Hetruscæ Scriptorem vocans*, ejusque Librum *magnum Opus*, & Orationem funebrem *elegantem* appellans. Michael Pocciant. in Catal. Scriptor Florentin. pag. 771., ubi sic. „ Zenobius Prologus Casinensis „ Congregationis Pater Venerabilis, Abbatiæ Florentinæ Abbas pientissimus, „ materno eloquio Volumen sanè egregium, summaque laude dignum evigila- „ vit, in quo sese Dialecticam, Phisicam, Theologiam, cæterasque altissimas „ scientias optime callere demonstrat, cui titulus: *Lettere, e Trattati &c.* Hu- „ jus verò laudatissimi Operis primò Florentiæ excusi anno 1571. exordium est: „ *Quantunque la chiarezza &c.* „ Placid. Puccinell. in Chron. Abbatiæ Florent. pag. 89., ubi narrat eum cum Abbas esset Florentię, donasse Ecclesiæ. & Sacrario argenteum Calicem pulcherrimæ cęlaturæ, & Picturam opere phrygio auro contextam. Iterumque in Appar. Histor. de Viris Illustribus Abbatiæ Florent. pag. 29. Citatque de eo agentem (præter Wionem, & Ricordatum) etiam Fortunatum Scholam. Novissimè Julius Negri Soc. Jesu in Hist. Scriptorum Florent. impressa Ferrar. 1722. pag. 536. col. 1. In Necrologio Monachorum Abbatiæ Florentinæ de Zenobio Prologo admodum honorificè mentio fit.

Felici autem omini haberi poterit, *Zenobium Prologum* Bibliothecam nostram absolvere, cum potius videatur *Epilogum* eum dici opportuisse; Verum rectè quidem id accidit. Quamquam enim Opera omnia tum impressa, tum manu exarata Casinensis Congregationis Patrum hùc congerere, summa diligentia, nec minori labore conatus fuerim; exploratum mihi tamen est, plurima adhuc desiderari, præsertim Mss., quæ in Bibliothecis, vel Archivis nostris, aliisque in locis adhuc latitant. Eveniet igitur quam facillime, ut alius quispiam vel diligentior, vel felicior, ea, quæ desunt, longe eleganriori stylo, meliorique ordine in lucem proferat, quorum comparatione noster hic qualiscumque Liber, ac labor, & mole, & numero *Prologus* videatur. Orate pro me maximo Peccatore.

F I N I S.

In laboribus a juventute.
Psalm. 87. v. 16.

ADDENDA SECUNDÆ PARTI.

Pag. 88. lin. 30.

LUDOVICUS MORINI Mutinæ Vitæ usuram adeptus, ibidem in Monasterio S. Petri Cœnobiticæ Regulæ sese addixit anno 1681. die 22. Junii. Sublime a Natura sortitus ingenium, in qualibet Scientiâ, ad quam animum applicuit adeo profecit, ut Cl. Benedictus Bacchinus, qui aliquandiu cum eo vixit, tum de se, tum de illo id ingenue identidem fateretur; Se quidem, prout ingenii vires suppeterent, in re literaria aliquid assequi; Morinum verò tanta præditum mentis claritate, & perspicacia, tanto intellectus acumine, ut nullo negotio quidquid vellet efficeret; obstrusiora nempe scientiarum solo intuitu penetrans, implicatiora doctrinarum primo ictu dissolvens, remotiora disciplinarum unico gressu assequens. Ostendit id Morinus vel cum Parmæ in nostro D. Jo. Evangelistæ Cœnobio scholasticas facultates docuit, vel dum Arimini easdem publicè professus est, vel dum pluries variis in suggestis panegiricas Orationes magno Auditorum plausu, ac frequentiâ recitavit, vel denique dum Ragusii (cujus Reipublicæ aliquandiù Theologus, & Consultor extitit) quadragesimales Conciones haud semel habuit, ubique selectæ, ac multijugis eruditionis, profundæque sapientiæ famam promeritus: Sed præcipue eam laudem retulit, cum Arimini coram Emo Episcopo Cardinali DE VIA cum heterodoxo Pseudoministro Basileensi publicam de Christianâ Religione disputationem instituit, eo successu continuatam, ut Catholica veritas màgnificè triumpharet, & Hæresis propugnator manum ori imponere cogeretur, & confusus abscedere. Opera etiam suam laudato Bacchino in componendis Ephemeridibus Literatorum contulit, quod Opus tanti non solum in Italia, sed extra etiam, præcipue apud eruditos Germanos semper est habitum.

Obiit Morinus Mantuæ in Monasterio S. Benedicti anno 1731. die 29. Septembris ætatis suæ ann. 68. singularis doctrinæ, & reconditæ eruditionis famam relinquens, sicut etiam

Philosophiam ad Cartesii placita, Mathematicis demonstrationibus, novisque Astronomicis cognitionibus refertissimam; tom. 1. in fol., quæ extat ms. apud D. Petrum Paulum Ginanni Monachum Ravennatem. Continet Logicam, & Metaphisicam digestas paginis 104., & Phisicam explicatam paginis 168. Incipit *Impudentissimæ temeritatis reus esset, qui Naturæ Arcana penitius examinanda susciperet, Logicæ præsidio destitutus &c.*

In Ni-

In Nicolao Maria Tedeschi

Pag. 116. lin. 27.

HOc etiam ejus encomiis addi jure, ac meritò debet, quod a Sm̃o quoque D. N. Clemente XII. singularem commendationem obtinuit hoc ipso anno 1732. in Brevi hac de re dato Romæ die 7. Febr. 1732. Pontificatus sui anno secundo, elargitum scilicet fuisse Nicolaum Mariam *insigni liberalitate* non ita pridem Monasterio Sacri Specus, ubi S. P. Benedictus pœnitentiæ causa triennio delituit, ac prima Ordinis nostri fundamenta jecit, *conspicuam quatuordecim millium scutorum summam* (præter alia plura maximi momenti beneficia, & donaria in idem collata) ut ex ejusdem summæ fructibus *quatuor alii Monachi, aliusque Conversus* (seu ut dicimus Commissus) ibidem ali debeant, qui divinam Sinaxim quotidiè, aliaque regularia exercitia obire teneantur, & Peregrinorum, aliorumque adventantium Confessiones amplissima cum facultate excipere valeant, eâdem nempe, quâ Pœnitentiarii Apostolici S. Petri de Urbe, & Sacræ Domus Lauretanæ potiuntur; quo etiam fiet, ut sacratissimo loco pristina veneratio, quâ a tot retroactis Sæculis floruit, non maneat solum, sed magis, magisque augeatur; Igitur pro tam egregio opere Nicolao Mariæ *gratiam, & gloriam dabit Dominus*, SS. utique P. Benedicto, quem ille præclarè adeò demeruit, interveniente, & apud posteros, *usque in sæculum ejus memoria in benedictione erit*.

ADDENDA LIT. P.

Pag.

PLACIDUS ADRIANI Patria Lucensis, Perusiæ in Monasterio S. Petri nostris adscriptus anno 1707. die 24. Februarii, in quo postea Decanus effectus fuit, plures annos Neapoli in S. Severino commoratus, idem Cœnobium accuratè descripsit, agens primò:

1. *De Erectione Regii Monasterii SS. Severini, & Sosii*. 2. De Veteri Ecclesia, ejusque Epitaphiis, & Inscriptionibus, quas adducit, 3. De nova Ecclesia, ejus pariter Inscriptiones, & Epitaphia referens. 4. De Sacrario, ejusque Suppellectili. 5. Deinde ad Cœnobium ipsum rediens, ejus omnes Officinas, Claustra, Dormitoria, Cœnacula, Valetudinarium, Bibliothecam, Rm̃i Abbatis habitaculum, aliaque scitu, aut notatu digna calamo exprimit. 6. Denique Viros omnes ejusdem Monasterii sanctimonia, dignitate, aut doctrina Illustres, eosque, qui aliquem ingenii fœtum literis tradiderunt, una cum eorum Operibus, singillatim recenset; omnia Italica lingua exarata, contenta capitibus 39., & paginis integris 188. in fol. mss. apud ipsum Authorem, a me visa hoc ipso anno 1732. Assisii, ubi ad œconomicam curam exercendam a me electus, non ita pridem fuerat.

ADDENDA LIT. T.

Pag. 184. lin. 1.

THADDÆUS GRASSI Monachus Congregationis nostræ Casinensis scripsit *Panegyrim Italica Lingua* in laudem Antonii Mariæ Terzi ex Comitibus Sissæ, & Belvederii Adolescentis Parmensis decem, & octo annorum, Philosophicas Theses defendentis, impressam Parmæ Typis Seth, & Erasmi de Viothis anno 1639. in lib. in 4., cui titulus: *Diverse Composizioni Latine, e Volgari nell' Eroiche Difese di Filosofia dell' Illmo Sig. Conte Antonio Maria Terzi &c.* pag. 31.

ADDENDA APPENDICI

In Benedicto Arrigoni

Pag 5.

POst impressionem plura de eo accepi, quæ hic saltem exhibere statui. Professionem Monasticam iniit in Cœnobio S. Vitalis anno 1541. die 5. Junii. De ipso honorificè mentionem facit *Thomas Thomai in Hist. Ravenn.* par. 4. c. 4. pag. 191. edit. 2. In Bibliotheca autem ejusdem S. Vitalis Ravennæ extant plures libri Græcorum Authorum, nomine ipsius Arrigonii signati, sicut etiam plurimi alii optimæ notæ tum Latina, tum Italica Lingua conscripti, ex quo conoscimus eum Græca pariter Lingua fuisse doctum. Extat etiam ibidem Liber ms. in 8. hujusce tituli,

1. *Tractatus de Missa, & de Peccatis*; ubi aliena manu sic scribitur: *Opera D. Benedicti Arrigonii Monachi Casinensis Ravennæ*: incipit. *In nomine &c. In hoc Opusculo 1. agitur de Missa in generali. 2. De Peccato, quid sit. 3. De Pœnis temporalibus. 4. De Pœnis Purgatorii. 5. De Pœnis Inferni. 6 De Pœnitentia. 7. & ultimo: De Passione Domini.* Tractatus incipit: *Circa Missam in generali consideranda sunt tria &c.* & continetur pagg. 236. in eodem libro est alius

2. *Tractatus de Regularibus, & Transeuntibus ad Religionem.* 1. Secundum Theologos. 2. Secundum Canonistas. Postremò, *De Statu Monachorum*: incipit: *Circa Religionem quatuor sunt notanda.* Extenditur a pag. 237. usque ad pag. 400. Finit, *Et hæc dicta sufficiant, ad laudem Omnipotentis Dei, totiusque Curiæ cælestis.*

Quæ cum ita sint, Benedictus Arrigonius in nostra Bibliotheca, inter Casinenses Scriptores collocandus meritò erat, si hæc antea scivissem.

3

ADDITIONES,

ET

CORRECTIONES

BIBLIOTHECÆ

BENEDICTINO-CASINENSIS,

PRIMÆ PARTIS.

ADDITIONES
ET
CORRECTIONES
BIBLIOTHECÆ
BENEDICTINO-CASINENSIS,
ALIAS
S. JUSTINÆ
PATAVINÆ
PRIMÆ PARTIS

Tam quæ in ipso Opere ad calcem cujusque Litteræ Alphabeti ordine appositæ fuerunt, tam quæ postea longè majori numero adornatæ sunt.

PER REVERENDISSIMUM PATREM

D. MARIANUM ARMELLINI

SS. BENEDICTI, ET FELICIANI DE FULGINEO ABBATEM EJUSDEM BIBLIOTHECÆ AUTHOREM.

Accessit Appendix de quibusdam aliorum etiam per Italiam Ordinis S. P. BENEDICTI Congregationum tum Scriptoribus, tum Episcopis, tum denique Viris Sanctitatis opinione illustribus, ab eodem Revmo ARMELLINI collectis.

FULGINEI, ANNO MDCCXXXV.

Typis Pompei Campana Impressoris Episcopalis, Camer., & Publici.

SUPERIORUM PERMISSU.

Qui addit Scientiam, addit & Laborem.
Ecclesiastes cap. I. *v.* 18.

Ut ea, quæ desunt corrigas.
Ad Tit. cap. I. *v.* 5.

APPROBATIONES, ET FACULTATES.

PRO PP. LECTORIBUS COLLEGII ROMANI.

Librum, cui titulus est: *Correctiones, & Additiones Bibliothecæ Casinensis à Rmo P. D. Mariano Romano* Abbate Assisinate factæ, legant P. D. Mauritius à Regio Lepidi in Collegio nostro Romano Sac. Canonum Lector, & P. D. Petrus Paulus à Ravenna ibidem Sac. Theologiæ Lector, & quid de eo senserint ad Nos sedulò rescribant. Datum Aretii in Monasterio SS. Floræ, & Lucillæ die 21. Martii 1734.

D. CAROLUS A' PERUSIO PRÆSIDENS.

Locus ✠ Sigilli.

D. Christoph. à Bergomo Procancell.

DE mandato Revmi Patris D. Caroli à Perusio Abbatis, ac Præsidis Generalis Congregationis Casinensis diligenter legi *Additiones, & Correctiones Bibliothecæ Benedictino-Casinensis Revmi Patris D. Mariani Armellini* Abbatis S. Petri de Assisio, nihilque in iis rectæ fidei, bonisque moribus contrarium deprehendi, quinimo singularem Clarissimi Authoris diligentiam, magnosque labores suspexi, quibus hanc Monasticæ historiæ partem, quæ viros doctrina celebres complectitur, conatus est illustrare, cui propterea plurimum nostra Congregatio, & litteraria Respublica debet, quod tot virorum doctissimorum res gestas, ac opera adeò accuratè descripserit, ac recensuerit; hinc dignas esse puto, ut typis mandentur. Ex Monasterio S. Pauli extra Urbem xv. Kal. Majas 1734.

Ego D. Petrus Paulus à Ravenna Decanus Casinensis, ac in Collegio D. Anselmi Sac. Theologiæ Professor.

MAndante Revmo Patre D. Carolo à Perusio Abbate, ac Congregationis Casinensis Præside, diligenter examinavi librum, cui titulus, *Additiones, & Correctiones Bibliothecæ Benedictino-Casinensis, nuperrimè exaratos à Revmo Patre D. Mariano Armellini* Abbate S. Petri de Assisio; Cumque in illis Vir Clarissimus verborum aptitudine, eaque, qua decet æquitate, illorum laudes prosecutus sit, quos sua in Bibliotheca multis de causis omiserat, quæ vero quoquo modo errata, studio veritatis apprimè illectus, candide reformaverit, inque requirendis singulorum Operibus, syllaboque accuratè texendo non vulgari labore, nedum Congregationis Nostræ, sed etiam litterariæ Reipublicæ bono insudaverit, dignas proinde censeo, quæ publicam lucem aspiciant, præsertim cum nihil offenderim quod Regulis Catholicæ fidei, bonisque moribus repugnans videatur.
Datum in S. Paulo extra Muros xv. Kal. Maii 1734.

D. Mauritius Vallisneri Decanus Congregationis Casinensis, ac in Collegio Benedictino D. Anselmi Romæ Sacrorum Canonum Lector.

PRO

PRO REVERENDISSIMO PATRE

D. MARIANO AB URBE.

CUm Librum inscriptum: *Correctiones, & Additiones Bibliothecæ Casinensis à Revmo Patre D. Mariano ab Urbe* Assisinatis Cœnobii Abbate concinnatæ: ex jussione nostra legerint P. D. Mauritius à Regio, & P. D. Petrus Paulus à Ravenna, alter Sac. Canonum in Collegio nostro Romano, alter Sac. Theologiæ Lector, nihilque in eo tum contra bonos mores, tum contra Catholicam fidem reperisse se affirmarint, idcirco, ad Nos quod attinet, edi posse per præsentes nostras permittimus. Dat. Arctii in Monasterio SS. Floræ, & Lucillæ die 24. Aprilis 1734.

D. CAROLUS A' PERUSIO PRÆSIDENS.

Loco ✠ Sigilli.

D. Christoph. à Bergomo Procancell.

DE mandato Illustrissimi D. D. Francisci Ant. Castellucci Vicarii Apostolici, summa animi voluptate perlegi librum, cui titulus: *Additiones, & Correctiones Bibliothecæ Benedictino-Casinensis, Authore Revmo Patre D. Mariano Armellini* Abbate Sancti Petri de Assisio. Et cum in eo nihil deprehenderim contra fidem, & bonos mores, litterariæ Reipublicæ utilissimum, ac dignissimum typis censeo. Datum Fulginiæ die 10. Septembris 1734.

Canonicus Joseph Torelli librorum Revisor.

Attenta supradicta Relatione, Imprimatur

F. A. CASTELLUCCI VICARIUS APOSTOLICUS.

JUssu Reverendissimi Patris Magistri Fratris Thomæ Mariæ Silici Inquisitoris Generalis Spoleti attentè, eaque, qua mihi licuit diligentia perlegi Librum cui titulus: *Additiones, & Correctiones Bibliothecæ Benedictino-Casinensis Revmi P. D. Mariani Armellini* Abbatis S. Petri de Assisio; cumque in eo nihil veritati Catholicæ, fidei, aut morum disciplinæ adversum, quinimmò Clarissimi Authoris undecumque accuratam diligentiam, atquè omnigenam eruditionem repererim, publica luce verè dignum censeo. Datum Fulginei die 11. Septembris 1734.

Ego F. Michaelangelus de Philippis Ord. Prædic. S. Theologiæ Magister.

Die 7. Octobris 1734.

Attenta præmissa Relatione, Imprimatur

Fr. PETRUS PAULUS PALMA Vicarius Generalis S. Officii Spoleti.

BE-

BENEVOLO LECTORI
SALUTEM.

Plures quidem Additiones, & Correctiones fecimus in utraque parte nostræ Bibliothecæ, quas tum ad calcem uniuscujusque Litteræ Alfabeti, tum in fine tam primæ, quam secundæ partis adiecimus, sed quia hujuscemodi Opera, nunquam integrè absolvuntur, partim quod non illicò, imò nec post plurimas, longasque perquisitiones notitiæ omnes inveniri possunt ad ea pertinentes, ideòque numquam finis sit inquirendi, partim quòd novæ semper lucubrationes in dies prodeunt: Idcirco alias hasce notitias, vel à me recens collectas, vel ab eruditis Amicis communicatas in hunc separatum Libellum redactas seorsum edendas curavi, supplementum eidem Bibliothecæ futuras. Gratum habeas id Lector; & si Deus O. M. vitam, & bonam valetudinem adhuc concesserit, Analectorum quoque editionem haud ita multo post expectabis: & interim vale.

NO-

NOMINA, COGNOMINA, &c. SCRIPTORUM, QUI ADDUNTUR PRIMÆ PARTI.

Adrianus	Miranda	Siculus	S. Martini
Albertus	Mazzolenus	Bergomas	S. Jacobi Pontidæ.
Andreas	. . . . .	A Panormo	. . . . .
Antonius	. . . . .	A Neapoli	. . . . .
Archangelus	Macrinius	Veronensis	. . . . .
Archangelus	Zuccarato	A Messana	S. Placidi
Augustinus	Randini	A Brixia	S. Mariæ Cæsenæ.
Benedictus	Bondigli	A Bononia	S. Mariæ Cæsenæ.
Benedictus	. . . . .	Hispanus	. . . . .
Benedictus	Ventura	Ab Arimino	. . . . .
Bernardus	Pennittini	A Panormo	S. M. Gangii.
Bernardus	Saivedra	Tranensis	Casini.
Coesarius	Funetti	Cæsenas	S. M. Cæsenæ.
Camillus	Affarosi	Regiensis	S. Petri Regii Lepidi.
Cherubinus	Lanzaroni	Venetus	. . . . .
Gregorius	Nava	Syracusanus	. . . . .
Hieronymus	Petronius	Fractensis	Casini.
Hippolytus	Ballarini	Novarien.	Muriani.
Hyacinthus	de Castro	Panormitanus	. . . . .

PRimum omnium illud in Operis fronte profitendum erat, quod jam dictaveram, sed nescio qua typographi incuriâ, vel oblivione omissum est; Quidquid nempe in meâ Bibliotheca de quorundam Scriptorum sanctitate à me narratur, ex humana tantùm authoritate ad SS. Urbani VIII. præscriptum, * ibi à me dici. Omnia propterea S. R. E. tanquam veritatis Magistræ judicio, & censuræ, ut Virum Catholicum decet, libentissime, ac reverenter submitti.

* *An. 1625. die 13. Martii, & 1634. die 5. Julii.*

ADDI-

ADDITIONES, ET CORRECTIONES BIBLIOTHECÆ BENEDICTINO-CASINENSIS PRIMÆ PARTIS.

IN PRIMA NUNCUPATORIA

Pag. *6.* lin. 14., ubi hi Verſus Anonymi afferuntur,

I*Ste quot Indigetes, quot Divos protulit Ordo?*
„ *Vix Faſti capiunt numerum, ſunt æthere plures*
„ *Hi, qui Sanctorum ſunt in monumenta vocati.*
Iidem ſic Italicè redditi ſunt.
„ *Quanti Eroi, quanti Santi al Ciel donato*
„ *Di Benedetto abbia l' immenſo ſtuolo*
„ *Chi mai ridir potrà? Chi avrà ſegnato*
„ *Al Mar le arene, e le ſue ſtelle al Polo*
„ *Ben hà il Caſin' in Vatican ſcolpito*
„ *De ſuoi trionfi il numero infinito.*

A
Alias quam

IN PRÆFATIONE.

Pag. 18. lin. 32. Adde
Idem præſtat Martinus Hankius, de *Romanarum rerum Scriptoribus*. Lipſiæ 1675. in quarto, & quidem ſatis abundè.

IN PRÆMONITIONE AD LECTOREM.

Pag. 23. lin. 20.
Et ut recentiorum etiam authoritates in præcedentium confirmationem addamus, Cl. Franciſcus Cendonus in Epiſtola Encyclica de Bibliotheca ſcriptorum totius Italiæ à ſe Italicè componenda, hæc inter cætera fatur — „ Non „ ſi vuole però eſcludere quegli Autori, che nè con Opere inſigni, nè volumi- „ noſe hanno prodotto quel poco, che dal riſtretto loro talento, o dalla corta „ vita fu loro ſolamente permeſſo.

A

His omnibus addi possunt præter dicta, & allegata in Præfatione Bibliothecæ, seu in Præmonitione ad Lectorem, versiculi illi ab Angelico Aprosio in Bibliotheca Aprosiana pag. 304. allati, occasione, qua Augustinus Nibbius Min. Conv. Albintimiliensis eidem Bibliothecæ Aprosianæ dono dederat Compendium quoddam Philosophiæ M.S. Jacobi Magni, Caroli VII. Francorum Regis à Sac. Confessionibus, quod cum aliqui flocci facerent, utpote *minuzzolo* libellum satis minutum, Angelicus tamen aliter sentire se dixit, Opusculum illud minime spernendum ratus Deorum exemplo, nam inquit-

Bacchus racemo munerari se cupit
Ceres maniplo, thus, merumque Juppiter,
Salisque micam non gravatus accipit.

IN INDICE AUTHORUM, qui de nostris scriptoribus Primę Partis loquuntur L.G. ubi dicitur, *Glorie degl' Incogniti* [idest Academicorum Venetorum] animadvertendum est, de Authore hujus libri varias circumferri Scriptorum Sententias. Philippus Labbè *Bibl. Biblioth.* Parisiis edit. 1664. pag. 90. Jo. Francisco Lauredano illum adjudicat. Antonius autem Libanorius in *Ferr. aur.* part. 3. pagin. 142. Jo. Baptistam Moronum ejus authorem constituit. At Hieronymus Brusonus in *Somniis Parnas.* Italicâ linguâ compositis, *Phantasia 6.* pag. 136. & 137. se ipsum ejus fœtus legitimum Parentem autumat, quamvis se inscio, & sine suo nomine, multisque in locis deformati, aliquibus etiam elogiis à quopiam alio additis, in lucem editi.

IN IPSO OPERE.

Pag. 1. lin. 22. Adde

„ ADRIANUS MIRANDA [Siculus à S. Angelo,] doctrinâ, ac vitæ San-
„ ctitate conspicuus, maximo in honore ob id apud omnes habitus. Ejus famâ
„ permotus Summus Pontifex, illi Provinciam difficilem demandavit, ad me-
„ liorem frugem, ac perfectiorem normam Moniales per totam Mazzariæ
„ Diœcesim redigendi; quod & egregie præstitit: ab eodem Summo Pontifice
„ Brundusii Episcopus renunciatus; cum vir sui abiectione præcipuus mori po-
„ tius exoptaret, quam tanto oneri impares, ut ajebat, humeros supponere,
„ precibus à Domino, ut moreretur impetravit. Socium habuit in reforman-
„ dis Sac. Monialium Cœnobiis D. Zachariam Caccamici ejusdem S. Martini
„ Monachum vitæ item perfectione laudabilem. Scripsit Adrianus in Sac.
„ Scripturam librum, cui titulus.
„ *Dux Cæcorum*, hodie in Bibliotheca S. Martini asservatur „ Ita prorsus, ac totidem verbis D. Vitus de Amico Monachus Catanensis in supplemento ad *Sicil. Sac.* Rocchi Pyrrhi novissimæ editionis 1733. tom. 2. pag. 196. in Notitia S. Martini de Scalis.

Qui Vitus à me rogatus, Epistolâ ad me data die 6. Februarii 1734. Catanæ, respondit, Pont. Max., qui Adriano reformationem Monialium Mazzariensium demandavit, fuisse Gregor. XIII., eamque reformationem contigisse an. 1576. Ejus librum - *Dux Cæcorum* asservari in Bibliotheca S. Martini, cujus Alumnus evaserat an. 1546. 22. Martii, ex quibus, cum extra omne dubium ponatur, Adrianum, sicut etiam ejus socium Zaccbariam Caccamici, Monachum fuisse nostræ Congreg. uterque pariter inter Reformatores merito collocandus est. Idem Vitus in supplem. seorsim edito Catanæ 1733. in Notitiis S. Martini pag. VI. n. XVI.

Pag.

Pag. 2. lin. 28. Adde

ALBERTUS MAZZOLENUS Bergomas Cœnobii S. Jacobi de Pontida agri Bergomensis Professus an. 1714. 27. Maii, Vir sane doctus, & bonarum litterarum admodum studiosus: scripsit. **A**

De Nummimatibus Pisanis [nobilis scilicet Familiæ Venetæ Pisanorum.

Pag. 3. lin. 16. In ALDERANO DESIDERII

Composuit etiam

Tabulas Litterarum Martyrologii, & Festorum Mobilium, unà cum Apologia, quarum exemplar mihi olim Romæ ab Amico, ut excriberem communicatum, nuper [1733.] Venetias misi ad doctiss. & eruditiss. P. D. Angelum Calogierà Monachum Camaldulen. inter ejus opuscula Philologica imprimendum, sed prius ab aliquibus Amanuensis sphalmatibus expurgandum: estque opusculum undecim paginarum in fol.

Pag. 9 lin. 11. Adde

ALMERICUS DE ALMERICIS nobilis Cœsenas in Monasterio S. Mariæ de Monte extra Civitatem sito D. Benedicti assecla fieri voluit an. 16.... die.... evasitque eximius Theologus, præsertim in ea facultate, quæ mores ad divinæ legis præscriptum componit, & dirigit: eam namque quinquaginta propemodum annorum spatio Cæsenæ docuit, Episcopis idcirco illius Urbis, ob singularem, consumatamque ejus scientiæ peritiam, apprimè charus, & ab Emo Cardinali Ursino ibidem Episcopo, qui postea Benedictus XIII. *Magnus Theologus* passim nuncupatus. Hic cum ad summam senectutem pervenisset, morti jam proximus, coram Abbate, ac Monachis sibi adstantibus, copiosis lacrymis difluentibus, laxiorem morum disciplinam detestatus, si quas unquam molliores, aut minus tutas sententias dictasset, vel docuisset, eas se retractare, obliterare, & improbare professus est, seriò, & ineluctabilibus rationibus quotquot aderant, ad tutiorem, arctioremque morum doctrinam tradendam, & sectandam etiam, atque etiam adhortans: sanctissimis deinde Sacramentis piissimè susceptis, in pace quievit, octogenario major circa an. 1698. reliquit.

Plura volumina M. SS. in omnes tractatus ad morum doctrinam spectantes, quorum unum satis magnum in fol. pagg. 604. quod est *de Sacramentis*, exta apud D. Hippolytum Pugnettum Decanum, à me visum Assisii an. 1730. incit
,, pit, Ferunt Viri sapientes, idque pro comperto habent, Virtutes ipsas homi-
,, ni tanto esse ornamento, ut qui ad earum culmen se se elevaverint &c. Fi-
,, nit - Secundo ut Principium continens genus; & hoc modo Deus est in om-
,, nibus generibus: & per appropiationem in genere substantiæ, tanquam sibi
,, magis appropinquabile - reliqui tomi remanent Cæsenæ.

Pag. 13. lin. 21. In ALPHONSO VILLAGUT.

Ubi dicit - extant hæc omnia ejus M. SS. in Bibliotheca S. Severini Neapolis. Adde - Cum Carolus VI. Romanorum Imperator, & Neapolis Rex, à Delatoribus percepisset, in Neapolitanis Bibliothecis, præsertim S. Severini Congregationis nostræ, libros quamplures reperiri, variâ, eâque multa de Jurisdictione disceptata continentes, jussit hujusmodi libros, in primisque Alphonsi Villagut M. SS. à nobis in nostra Bibliotheca recensitos, Viennam transferri, & in Cæsareo Carthophilacio recondi.

Pag. eadem lin. 44. In eodem ALPHONSO VILLAGUT

In regesto S. Simpliciani apud Mediolanum sic legitur

A

PRÆSIDENTES AN. 1608.

R. D. Gregorius à Castro Aretino Abbas Casini, cui mortuo successit primus Visitator Regni Neapolitani R. D. Alphonsus à Neapoli [hic est Villagut qui multa scripsit] fuit Præses, & Abbatiæ cessit, ut studiis incumberet.

Pag. 15. lin. 4. In AMBROSIO FERRARIO

In Hist. Monast. Hieronymi à Potentia, quæ M. S. extat in Bibl. S. Justinæ Patav. pag. 154. à tergo, sic dicitur - Ambrosius à Mediolano Abbas S. Georgii „ M. Venet. professionem emisit an. 1522. in eodem S. Georgii Cenobio. Floruit admodum Latinis, Græcis, atque Hebraicis litteris, ac etiam Dialecticæ, ac Philosophiæ studiis, transtulit è Græco in Latinum sermonem „ *Plura Opera S. Jo. Chrysost. aliorumque Græcorum Patrum*; egregium insuper laborem impendit in emendandis *D. Hieronymi Epistolis à Translatorum erroribus*, idque totum jussu S. R. E. Cardinalium sub SS. Pio V. Pont. Max. Quæ omnia, nominis scilicet, ac Patriæ eadem nuncupatio, temporis quoque, ac studiorum ratio prorsus eadem, cum Ambrosio de Ferrariis optimè congruant, conjecturam haud levem mihi quidem ingerunt, Ambrosium de Ferrariis, hunc ipsum esse, à Potentino descriptum.

De eo insuper N. Gallois in Ephem. Erudit. Paris. 11. Julii 1668. ubi dicit Ambrosium de Ferrariis, fuisse Interpretem fidelissimum, sed tamen nonnulla erasisse, quæ erroribus Origenis favere videbantur. Adrianus Baillet *in Judiciis Sapientum* [*Jugement des Savans &c.*] In Interpretibus Latinis Paris. 1722. n. 907.

Pag. 16. lin. 12. In ANASTASIO UBERTI

De eo etiam Bernardinus Mansonus Min. Conv. in *Chronologia Cæsenæ* edita Pisis an. 1643. pag. 71.

Pag. 17. lin. 18. In ANDREA ARCIONO

Eum laudat Anagrammate, duplicique Epigrammate Petrus Clavarinus in *Musarum Plausu, & Gemmea Corona*. Perusiæ 1643. apud Bartholum. Jo. quoque Cinellus Bibl. Vol. pluteo 5. pag. 5., ubi refert titulum ejus Orationis Italicæ in exequiis Seren. Ducis Parmę, & Placentię Raynutii Farnesii dictę in Ecclesia S. Jo. Evangelistæ Parmen: ibidem impress. ann. 1622. apud Anthęum Viottum subdens: *La Virtù, & il merito di questo insigne Prelato non si ponno meglio ammirare, che considerandole nel Rmo Padre Abbate D. Angelo Maria suo Fratello*.

Pag. eadem 17. lin. 40. Adde

ANDREAS A PANORMO Monachus nostræ Congregationis scripsit.

Expositionem, sive Commentarium in Epistolam D. Pauli ad Romanos tom. 1. in 4. qui extat M. S. in Biblioth. S. Georgii M. Venet. ubi an. 1591. eandem expositionem diebus Dominicis recitabat; creditur autem ille esse, cujus Monastica Professio in Monasterio S. Martini de Scalis signatur an. 1580. die 8. Sept. Hæc tamen ejus expositio est incompleta, & haud multum procedit; Sed antea quatuor quæstiones examinantur, & deciduntur 1. Argumentum Operis: 2. Quæ causa extiterit D. Paulo ad Romanos nondum visos scribendi: 3. Cum constet D. Paulum ad Corinthios sæpius scripsisse, cur hæc Epistola sit in Ordine prima: 4. Divisio ejusdem Epistolæ.

Pag. 18. lin. 7. In ANDREA RAYNERIO

Obiit Andreas Raynerius non quidem an. 1714., ut ibi per Typographi errorem dicitur, sed an. 1716. Ibi-

A

Ibidem lin. 32. In eodem

Erat insuper Andreas à natura Poeta facundissimus, qui tanta facilitate, ac celeritate cujusque generis carmina veluti ex tempore promebat, ut vulgare illud suo quoque exemplo comprobaret - *Orator fit, Poeta nascitur*; & nihilominus Poetas ferè omnes assiduò studio pervolutabat. Innumera prorsus sunt quæ scripsit Carmina omnis generis Italicâ linguâ, Epigrammata, Odes Idylia, Cantica, aliaque id genus, & nonnulla Dramata

Pag. 19. & seq. In ANDREA A' SVESSA

Ibi à Julio Ambrosio Lucenti de eo dicitur - Hic Bmi Patris Benedicti spiritu vi-„ vens, magis quàm suo, eâ æstuabat charitate, cum prò Deo loqueretur, ut „ sanguineas in lacrymas se effunderent oculi, sanguinem ora, & nares emit-„ terent. Miraculum hoc divini amoris erat - Ita ille, At Cl. Erasmus Gattola, qui, ut ibidem dicimus, Rerum Casin. amplissimas notitias Lucenti communicavit, hæc ab eo præposterè, ac insulsè narrari, Epistolâ ad me datâ 13. Kal. Augusti 1733. differtè affirmat: nam verba hac de re ab Erasmo Lucenti missa, desumpta ex Ephemeride Hieronymi Perusini, Andreæ in Casin. Prę-„ sulatu Successoris, hæc prorsus sunt - Era questo Padre .... zelante del Pu-„ blico, ed amoroso del Monastero, del quale ragionando s'infiammava in mo-„ do, che quel poco Sangue, che aveva [essendo di statura piccola] usciva „ negli occhi, per la bocca, per il naso, talmente, che pareva ferito. Scrisse „ con tanto affetto vicino à rendere lo spirito, al Deffinitorio, che commosse à „ lacrime più d' uno. Perse assai la Congregazione, ma il Monastero di Mon-„ te Casino molto più, che si sperava, conforme ai beneficii fatti da Cellerario, scritti in altri luoghi, che dovesse giovare tanto più, quando era in „ maggior grado, & in quei pochi mesi, che governò, ancorche infermo di cor-„ po, si mostrò animoso, e fece assai, ottenendo il moto proprio di Sisto V. „ della *Confermazione*, [cioè di poter dare il Sagramento della Cresima] *Con-„ corso*, *Lettere di Giustizia*, *e di Grazie*, cose importanti alla giurisdizione „ spirituale assaissimo - Quorum verborum priora Lucenti confudit, invertit, & in alium sensum à genuino omnino alienum, perperam transtulit. Quàm vis illa sanguinis effusio ob causam à Hieronymo indicatam, utpote adeò insolitam, nescio, an apud omnes, ita facilè fidem sit æquè habitura. Vide eumdem Erasmum in Addit. & Correct. Hist. suæ Casinatis pag. 142.

De eo p. parte Bibl pag. 220 & seqq.

Pag. 20. lin. 16. In ANGELICA BAITELLI

Cum verò haud pridem à viro fide dignis. acceperim familiæ Baitellæ ramum, unde Angelica prodiit, adhuc Brixiæ vigere, ejusque rami recentissimos fructus, esse nobiles viros, Octavium Baitelli Venetiis prò Patria sua in præsens, Nuncium, seu Oratorem, & Julium Baitelli, ejusdem Octavii Filium dicendum est, eum, qui idem mihi tradidit, progeniem scilicet Baitellam, ex qua Angelica Parentes habuit, intercidisse, deceptum esse, meque pariter errore suo devium traxisse. Cæterum Angelica Cœnobio S. Juliæ Antistitæ dignitate prefuit.

1732. à Bonav. Finardi S. Georg. M. Ven. Abbate.

Pag. eadem lin. 26. In ANGELO MARIA ARCIONO.

Sic legatur. Hic per omnes honorum gradus, Cancellarii scilicet, Procuratoris Generalis in Romana Curia, ac deinde Abbatis, Visitatoris, & Deffinitoris, ad summum Præsidis Magistratum, non quidem semel, sed tribus omninò vicibus; fuit assumptus.

A

Pag. 21. lin. 16. In eodem ANGELO M. ARCIONO.

In ejus libro *de Translatione Sanctorum Parmensium* à pag. 84. usque ad. 97. legitur collectio lucubrationum metro, ac prosa Variorum, qui omnes Monachi ejusdem S. Jo. Evangelistæ fuerunt, quæ occasione Capituli Generalis pro Ecclesiæ ornatu dispositæ sunt nu. 21. A pag. autem 98. usque ad 182. sunt aliæ lucubrationes partim carmine, partim soluta oratione, tum Latina, tum Italicâ linguâ in solemni pompa prò translatione sacrarum Reliquiarum à pluribus eruditis viris Sæcularibus exponendæ, exhibitæ nu. 31.

Pag. 22. lin. 18. In eodem ANGELO M. ARCIONO.

Joannes Cinellus Bibl. vol. plut. 5. ipsi ARCIONO dicato impresso Parmæ 1686. apud Josephum dall' Oglio, & Hippolytum Rosatum, inter ejus laudes in nuncupatoria descriptas numerat IV. mirabiles Scalas, duas Parmæ, unam Sylvariæ, aliam Ferrariæ ab eo constructas. Angelum Gryllum Magistrum suum in pangendis carminibus acumine, ac dulcedine superasse. Quod tamen hyperbolicè potius dictum videtur. Ejus doctrinam in exteris regionibus magis magisque cognitam; citatque Christophorum Arnoldum in Præfatione ad Opera Velseri, sic scribentem - *Italorum operam, & sedulitatem, satis laudare non possum in perquirendis Velseri Epistolis, Sparaverii, scilicet, Niehesolæ, Oldoini, Vanni; Angelus quoque Maria Arcionus Abbas, & Præses Generalis Benedictinorum, nonnullas ad Angelum Gryllum &c. sedulò pervestigabant, sed frustrà. Verum illis maximis viris in Germania quoque nostrâ dudum celeberrimis gratiæ debentur*, & plut. 7. pag. 15. ubi recenset ejus libellum *Pompe Festive &c.* sic eum laudat - „ Corrisposero alla nascita di questo degno Prelato la bontà della vita, la letteratura, la cortesia, l' amor verso la Patria, e verso la sua Religione. Fu da Giovine discepolo nella poesia del P. D. Angelo Grillo Cigno Toscano, cognito al mondo per l'eleganza dei suoi componimenti, nè del Maestro men valse il degnissimo Scolare, come le sue bellissime Poesie chiaramente dimostrano, la cortesia fu impareggiabile, & io ne hò per sua bontà provati gli effetti - aliisque in locis suæ Bibliothecæ, nempe plut. 4. pag. 69. pluteo 9. pag. 26. & sequen. & plut. 8. pag. 11. In regesto MS. pag. 196. à tergo, ubi in margine. *Abbas, & Præses Vir doctus*.

Pag. 25. lin. 15. In ANGELO SANGRINO

Ubi ejus affertur carmen his verbis-

Si Tellus regitur Cœli moderamine Cœlo gaudet &c. sic legendum est

Si Tellus regitur Cœli moderamine Cœlo
Gaudente, ut Tellus gaudeat, ordo jubet &c.

Pag. 28. lin. 31. In eodem ANGELO SANGRINO

Idem Placidus Romanus loco ibi allegato, sicut etiam Constantinus Cajetanus, *de Religiosa S. Ignatii Institutione &c.* pag. 58. asserunt, Angelum Sangrinum fuisse Familia *Ricca*, quod utique nullatenus officit, quin familiâ etiam *de Faggis* esse potuerit, cum plurimæ sint per Europam Familiæ dupplici cognomine insignitæ, uno scilicet ex proprio genere, alio verò vel ex maternâ prosapiâ, vel ex aliquo loco, vel ex adoptione, vel ex hæreditate, vel demum ex quacumque alia re varias ob causas desumpto. Eum quoque laudat Vitus de Amico in suppl. Sic. Sacr. pag. 23. nu. XVII. in not. IV. S. Nicolai de

de Arenis, cui Cænobio Sangrinus annis quatuor præfuit, eumque à ſpectata virtute, & ſcientia commendat. A

Pag. 29. lin. 36. In eodem ANGELO SANGRINO.

Idem quoque tradit Conſtantinus Cajet. de *Religioſa* S. Ignatii &c. *Inſtitutione*: Ven. 1641. apud Chriſtophorum Thomaſin. in Præfat. circa finem pag. 25., narrans, S. Carolum Borromæum ad altiora currentem, montemque Caſinum adeuntem, exceptum ab Angelo Sangrino illius S. Cęnobii Abbate an. repar. ſal. 1562., ab eoque plures dies vias Domini, & ſemitas juſtitiæ edoctum, & in eximiæ Sanctitatis virum eruditum, ſicut antea adhuc Monachus unà cum Benedicto Canophilo, & Gregorio de Piſonibus S. Ignatium de Loyola, duos ferè menſes, apud S. Mariam de Albaneta an. 1538., inſtituendum ſuſceperat, quæ omnia Conſtantinus Juvenis Caſini degens ab eodem Angelo Sangrino jam nonagenario, aliiſque ejus Cænobii Senioribus ſæpè ſępius ſe audiviſſe affirmat; quarè ven. memoriæ Fridericus Card. Borrom. Archiepiſcopus Mediolan. laudati S. Caroli Conſobrinus in tantæ rei memoriam, Monaſterium, quod ipſe quoque Fridericus inviſerat, Ægidio [Sarniculo] Abbate, ſub ann. Chriſti 1589. hæcque acceperat, ejuſdem poſtea S. Caroli reliquiis donatum voluit an. 1621. ut publico illius ſcripto conſtat. & infra cap. 4. pag. 58. & ſeq. Inter alios doctrina, & pietatis laude excellebat Angelus Ricca Caſtro - Sangrinus in Samnio Maſſinâ Oriundus, Vir prudentia, & Religione non Monachis ſolum, verum, & populis, & Principibus, quin & ſummis Pontificibus charus, & venerabilis, qui plures libros conſcripſit, & diverſa poſtmodum Cęnobia in Congregatione Caſinen. perſanctè gubernavit, & totius Congreg. Præſidens fuit.

Pag. 32. lin. 2. In ANGELO GRYLLO.

Ubi dicit Agri Mantuani Oppidum, corrige Agri Vicentini Pagum.

Pag. 32. lin. pen. In eodem ANGELO GRYLLO.

Ante illa verba - *hæc poetica*, adde.

In libro, cui titulus *Farrago Carminum* Davidis Podavinii Brixienſis in Ss. Chriſti ſindonem, Auguſtæ Taurinorum aſſervatam, impreſſo Brixiæ apud Vincentium de Sabbio 1684.; leguntur 23. epigrammata Italica, & aliquot aliæ poeticæ lucubrationes Italicâ item linguâ Angeli Grylli.

Pag. 33. lin. 19. In eodem

Scripſit etiam Gryllus allegoricam expoſitionem Epici Poematis ab Herculo Utino editi cum hoc titulo - *Avvenimenti amoroſi di Pſiche del Sig. Ercole Udine*, ripieni di dilettoſe vaghezze coll' erudita allegoria del Molt' Illuſtre, e Revmo Padre Abbate Grillo. In Venezia dal Ciotti 1626. Hæc allegorica expoſitio, pulcherrima quidem, & lepidiſſima, ſcripta à Gryllo in Epiſtolæ formam ad ipſum Herculem Utinum, legitur inter utramque Epiſtolam, Typographi nimirum ad Octavium de Rubeis nuncupatoriam, & laudati Herculis ad Lectorem. Invenitur pariter impreſſa in libro Epiſtolarum ejuſdem Grylli, quas Octavius Mennini, aliique collectas imprimendas curarunt Venetiis 1604. apud Ciottum in 4. lib. 4. diſtinctas pag. 331., quam editionem, quia antea nobis ignotam, in eodem Gryllo, ubi de eo in ipſo opere agimus, non indicavimus. Vide inſuper noſtra Analecta in eodem.

Pag. 36. lin. 4. In eodem GRYLLO.

Ubi dicit Jo. Cinellius Bibl. volant. Plut. 5. pag. 65., & 69. adde

Ubi

A

Ubi etiam refert Marii Bettini Bonon. Soc. Jesu drama, cui titulus - *Ludovicus*, impress. Parmæ apud Anthæum Viothum in 16. dicatum, ut ipse dicit, uni ex majoribus ejus temporis Monarchis, nempe Ludovico XIII. Gall. Regi, & uno ex majoribus Litteratis ejus ævi, Abbati scilicet Angelo Gryllo; subdens „ son piene le carte di buona parte degli Scrittori del suo tempo, delle lodi dell'Abbate D.Angelo Grillo &c. „ Bettinus verò in nuncupatoria, „ inter cætera - Ad te inquit unum, secundum Regem, Revme Præses, „ jurè spectat hujus præcipuè pars dramatis ..... Eccui potius, quam tibi „ Etruscorum Poetarum maxime congruat? - Sequitur autem Cinellus sic post quędam „ L'anno 1609. fece D. Angelo Grillo fabricare un bellissimo „ Sepolcro al Padre D. Teofilo Folengo Casin: autore della famosissima Mac- „ caronea, onde cantò il Tassoni nella *Secchia rapita* cant. 8. stan. 24.

E à termini d' Irlanda, e del Catajo
Splende il Sepolcro di Merlin Coccajo.

Pag. eadem 36. lin. 27. In eodem

Epigramma Urbani VIII. in ejus laudem legitur inter illius Pontificis, per id temporis Cardinalis, Poemata impressa Parisiis an. 1620. apud Antonium Stephanum pag. 70.

Pag. 40. lin. pen. & ult. In ANGELO de NUCE

Ubi dicitur de Crescimbenio in secunda suorum Commentariorum editione, sic corrige: In secunda Historię suæ vulgaris Poeseos editione anni 1714., &

Pag. 41. lin. 33. In eodem ANGELO DE NUCE.

Meminit etiam ejus Chronici N. Langlet dù Fresnoy in *methodo studendi Hist.* è Gallico in Ital. serm. conversa, & impress. Venetiis an. 1726. in 8. apud Sebast. Colet. tom. 2. cap. XI. pag. 39.

De eo in Bibliotheca P. I. L.D. pag. 153. & seq. De eo pariter in Bibl pr. par. L.B. pag. 76.

Pag. eadem 41. lin. 36. In eodem ANGELO DE NUCE.

Cl. Erasmus Gattola Hist. Casin. tom. 1. part. 2. pag. 770. exhibet Epistolam Italicam Dominici Quesada Abbatis ad Basilium Zancharolum in qua sic eum laudat, - ma quello, che mi ha obligato in eccesso è, che V.S. nella sua eru- „ ditissima Opera, abbia fatto caminar me sotto l'istesso elogio col Revmo „ Padre Abbate della Noce, Abbate di S. Severino, Persona consumata per „ lunga serie d'anni nella lettura delle speculative più insigni nei principali Mo- „ nasterj della Congregatione, ed eminentiss. nella Professione della Sacra „ Scrittura, e Ss. Padri, e singolare nelle belle lettere così Latine, come „ Italiane.

Pag. eadem 41. lin. 36. In eodem ANGELO de NUCE

In Ephem: Liter. impress. Romæ an. 1670. in quarto per Nicolaum Tinassium, quarum author est Nazzarius, tom. 9. pag. 109. & seqq. referuntur admodum accuratè ejus *Notæ ad Chronichon. Casin. & Appendix* ad eandem de existentia Corporis S. P. Benedicti Casini.

Nuper, die scilicet 17. Febr. 1634. ab Amico Romæ communicata mihi fuit subsequens Epistola Angeli de Nuce, quæ cum hactenus fuerit anecdota, & plura meo judicio haud inutilia contineat, hic exhibendam duxi.

Lettera del P. D. Angelo della Noce al P. M. Antonio Cottone del Terzo Ordine intorno alle scritture da questi fatte contro Giulio Clemente Scotto.

Molt. Rev. Padre Sig. Osservandiss. Jeri mi giunse l'ultima di V.P. M.R. de' 30. Aprile col comando, che mi fa di trasmettere al P. M. Beretti in

Pia-

A

„ Piacenza, le Scritture, che io ebbi dal Sig. Conte Pelletti, e già oggi glie „ l' ho inviate, raccomandatone per maggior cautela il ricapito a questo P. „ Priore di S. Gervaso; Ma prima di farle partir da me le ho rilette attenta- „ mente, per imprimermene più alta memoria, non avendo io nè potuto, nè „ voluto farle ricopiare per non vederle storpiate, e disvisate dall' indoma- „ bile, & incorrigibil barbarie di queste penne paesane, che mi han fatto „ quasi impazzire di stizza qualunque volta m' è bisognato valermi dell' opera „ loro in trascrivere qualche cosuccia.

„ In questa causa di V.P.M.R. io non ricuso di confessarmivi interessato, come „ Parte, non solo per la nostra vera amicizia, ma eziandio perche la difesa „ della verità, e interesse comune della Società Civile. Ne per quel, che à „ me ne pare, e stato soverchio il rigore della sua sferza contro l' oppositore; „ Anzi quando io leggo S. Girolamo, e non già contro Gioviniano, o Vigi- „ lanzio, o altri Eretici, ma contro Ruffino, apprendo non derogar punto „ alla mansuetudine Cristiana, e Religiosa, e più tosto esser necessario tal' „ ora intrider la penna nel fiele, non che nell' aceto, per rintuzzare l' auda- „ cia d' una lingua petulante, e maligna... Io per tanto lasciarei correre fran- „ camente la prima dettatura della risposta *in facto*, e non la mutarei. Che „ quanto all' altra difesa *in jure*, io son con lei, che sia di maggior decoro, se „ sarà più breve. Tanto più che la copia della dottrina, e delle citazioni, o „ non giova, o non bisogna.

„ La speranza della mia salute mi si và assottigliando sempre più, doppo che pro- „ vo, che nessun rimedio mi profitta. Ma già posso dire, che *diù fui*, se non „ *diù vixi*, onde oggimai è tempo di prepararsi a mutar clima, e purche „ si approdi a buon porto, io son pronto à far vela ad ogni chiamata. Vor- „ rei ben sentire franca, e stabile di sanità V. P. M. R., la di cui prospera vita „ è gran parte della mia, si come è interesse pubblico. Prego Dio, che me „ ne faccia pervenir le nuove, che ne desidero, ed a V. P. M. R. mi confer- „ mo per sempre.

Pavia 5. Maggio 1662.

Obligatiss. e Divotiss. Serv. di tutto core.
D. Angelo della Noce.

Vixit nihilhominus Angelus de Nuce adhuc 29. annis, nam an. 1691. Romæ diem clausit extremum, ut in Bibliotheca, ubi de eodem, dictum est-

Aliam ejusdem Angeli Epistolam, sed Latino idiomate, & quidem elegantissimam, ad Rachisium Genero Monachum Casinensem, datam Ticino, legere poteris apud Erasmum Gattola in Hist. Monast. Casin. Tom. 1. Part. 2. pag. 773. & seq. ex quo etiam habemus, Angelum plures alias Latinas Epistolas scripsisse ad eundem Rachisium, Casini, ut ex eodem Erasmo colligitur, asservatas.

Pag. 43. lin. 16. In eodem ANGELO DE NUCE.

Ejus etiam defensionem contra Muratorium, satis quidem urbanè adornavit Cl. Erasmus Gattola in Accessionibus Hist. suæ Casinensis pag. 945., in qua tamen Muratorium ab ea in Angelum Censura excusare nititur, & alii potius Muratoriæ Præfationis, in qua censura legitur, Interpolatori tribuere: satis, inquam, humaniter.

Sed cum eadem pag. 945. paulò supra idem Gattola pergat asserere, Angelum de Nuce publicum in Romano Atheneo, sive in *Sapientiæ Archigymnasio*,

A Theologiæ Professorem fuisse, contra Jo: Marium Crescimbenium, in Comment. Hist. suæ Vulg. Poeseos, vol. 3. par. 2. pag. 321. hoc negantem, idque Gattola probare ex eo nitatur, quod Severinus Pepe Abbas Casinens., & Angeli olim discipulus, & amicus anno 1678. Elogium ejusdem Angeli a Casimiro Chranovio Monacho Polono, inter alia Abbatum Casinen. Elogia, post ea, quę M. Ant. Scipio concinnavit, exarandum curaverit, in Tabulario Casinensi cum aliis asservatum, in quo Elogio affirmatur, *Angelum in Sapientiæ Archigymnasio Romano publicum Lectorem Philosophiam, & Theologiam aliis excolendas tradidisse*; Erasmi momenta nihil prorsus evincere persuasum habeo; nam Severinus Pepe amore in Magistrum, & Amicum abreptus, quod incertis rumoribus de Nucei publicâ in Romano Lyceo Theologiæ professione audierat, facile credidit [ut sumus proni ad ea, quæ optamus, nobisque, ac nostris honorifica arbitramur, credenda] & litteris per Chranovium mandatum voluit. Nec tamen authenticum aliquod documentum hac de re protulit. Ceterum cl. Carolus Cartharius in *Serie Professorum Romani Athenæi* maxima diligentia ab eo confecta, quæ M. S. in fol. apud eruditiss. Julium Mandosium cl. Equitis Prosperi filium extat, nihil penitus de hoc Angeli in eodem Atheneo publico Theologiæ Magisterio tradit, traditurus certè si ita, ut Pepe credidit, res contigisset, cum eodem ferè Cartharii tempore in medio ætatis flore Angelus versaretur, circa nempe ann. 1660., Cartharius verò ann. 16..... diem suum obiit; quemadmodum alios ex nostra Congregatione Romanos Professores sedulo recenset, Benedictum nempe Castelli pag. 281., & Theophilum Martium pag. 682. de quibus Nos in Bibliotheca suis locis.

Pag. 46. lin. 14. In ANGELO MARIA QUIRINO.

Concinnavit etiam Eminentissimus Quirini.

1. *Enchiridium Græcorum*, quod de illorum dogmatibus, & ritibus Romanorum Pontificum decreta, post schismatis Epocham edita, nunc primum in unum collecta complectitur: ad Bened. XIII. Pont. O. M. Beneventi ex Typographia Archiepis. 1728. in 8. pagg. 127. Præmittitur Epistola nuncupat. ad laudatum Pont. sequitur admonitio ad Lectorem, accedit alia Epistola ad eundem supremum Antistitem ex Corcyra die 3. Jan. 1725. qua eum certiorem facit de Diœcesis illius conditione, in qua Græci, Latinique simul permixti degunt, ac de ordine, & ratione, qua ipse hactenus in eorum regimine usus est. De quibusdam autem rebus dubiis consilium petit. Hanc Epistolam aliæ duę comitantur ad Quirinum ipsum; prima ejusdem Pont. Max. altera Cardinalis Orighi, nomine Sac. Congregationis Concilii Tridentini Interpretum, utraque in approbationem, & commendationem rerum à Quirino ibi gestarum. Item edidit.

2. *Epistolam Pastoralem* ad Clerum, & Populum Brixiensem, De constructione novę Ecclesiæ Cathedralis; Brixiæ 1732. typis Jo: Mariæ Ricciardi in 4. cui Ecclesiæ Quirinus vasa omnia argentea, quæ nunc sunt ad ejus usum, post suam mortem legavit, & dum vivit, Chorum, & totum Presbyterium regio planè sumptu exornandum magnificentissimè suscepit, pro quo prǽter Altare [de quo infra] pergrandem etiam Beatissimæ Virginis in Cœlum Assumptæ, & duodecim Apostolorum Icones à celebri Pictore Jacobo Zoboli Mutinensi Romæ jam pingendas curavit.

3. *Epistolam Pastoralem ad Populos Vallis Camonicæ* post reditum ab illorum vi-

visitatione, impressam Brixiæ apud eundem, eodem an. 1732.
Idem Emus inhærens doctissimorum hominum studio, præsertim Monachorum nostrorum Congregationis S. Mauri, qui toti fuerunt, & adhuc sunt, in illustrandis, ac nitidissimis characteribus denuò edendis Sanctorum Catholicæ Ecclesiæ Patrum Operibus, animadvertens, neminem hactenus ex recentioribus hanc provinciam in Opera S. Ephrem Siri clariss: Orientalis Ecclesiæ luminis suscepisse, ipse hanc Spartam adornandam nuper sibi delegit, ut scilicet Romæ Typis Vaticanis Jo: Mariæ Salvioni, Operá omnia illius SSmi Doctoris splendidiss. recudantur, in tom. 4. distributa, quorum 4.

4. *Panoplia* nuncupandus; continens dissertationes, & adnotationes ad rem Ecclesiasticam illustrandam opportunas, & præsertim ad Catholicæ fidei dogmata adversus, tam veteres, quam nuperos sectarios, ex traditione Ecclesiæ Siriacæ, cujus Tuba, & Oraculum S. Ephrem extitit, confirmanda, peculiare pensum est, quod calamo suo pertractandum Emus Quirinus assumpsit; cum enim à Sanctissimo Clemente XII. an. 1730. Vaticanæ Bibliothecæ Apostolici Bibliothecarii authoritate, ac munere præfectus sit, in id potissimum incumbit, ut suo studio, vigilantiâ, & industriâ Vaticana Bibliotheca toto terrarum Orbe celeberrima, cui nuperrimè plurimos, eosque pretiosissimos codices, usui suo olim addictos, dicavit, ac dono dedit, eo, quo decet splendore, ubique refulgeat. *Idest Armamentarium.*

Nec omittendum reor, Quirinum an. 1733. formandum curasse propriis expensis marmoreum Simulacrum Bened. XIII. Pont. Max., qui eum Sacra Purpura donavit, erigendum in ejusdem tumulo, quod brevi magnificentissime construetur apud Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam Ord. Prædicatorum, in ipso Divi Dominici Sacello ab eodem Pont. Max. nuper, electis lapidibus nobiliter exornato; quod sane Quirini grati animi virtutem erga SS. Benefactorem egregiè commendat.

Quo eodem anno idem Emus insignem, ac venustissimam Aram, antiquis, pretiosisque marmoribus discolorem prò Ecclesia Cathedrali Brixiensi ejus jussû, ac impensis in Urbe constructam, variis de causis mutata sententia, præsertim quod Brixiani Templi amplitudini, non satis responderet [cujus idcirco absolutissimo ornamento aliud Altare latius, & augustius, nec minus, imò magis adhuc pretiosum, nunc pariter in Urbe extruendum curat] Ecclesiæ D. Gregorii ad clivum Scauri, ubi Monachi Camaldulenses degunt, elarargitus est, additis pulcherrimis Bmæ Virginis, & Divorum Andreæ Apostoli, & Gregorii M. Pontificis imaginibus ab egregio Antonio Balestra Veron. Pictore elaboratis, hisce cum inscriptionibus.

„ S. Andreæ Apostolo; quod solemni ejus die, trigesima Nov. Anni 1723.
„ in Basilica S. Marci Episcopalem Unctionem receperit, Angelus Maria Card.
„ Quirinus, Antistes primùm Corcyrensis, deinde Brixiensis, venerationis
„ argumentum tantis auspiciis debitum exhibiturus, princeps hoc Sacellum
„ Templi eidem dicati, Arâ, Imagine, Pavimento, aliisque ornamentis
„ instrùxit Anno 1734.

„ S. Gregorio Magno, Quem hujus Templi ædes Patronum alterum, antea
„ Conditorem, Monachum, & Abbatem venerantur, æquè, ac Andreæ Apo-
„ stolo devoti cultus obsequium præstaturus A. M. Tit. S. Marci Cardin. Qui-
„ rinus S. R. E. Bibliothecarius, Sacellum hoc ornavit, quo grati pariter ani-

A

„ mi erga ædium Incolas Camaldulenses Monachos ob Vangadiciæ Abbatiam; „ quam in eo Ordine obtinet, statueret monumentum: optimo sanè consilio, non solum quia Camaldulensis Congregat. præfatam Vangaditiæ Commendam valde conspicuam in agro Rhodigino ipse Emus possidet, sed etiam quia ejusdem Gregoriani Cænobii Ascetæ Ecclesiam illam fatiscentem ævo demoliti, novam in meliorem, pulchrioremque formam, non ita pridem, magnis sumptibus à fundamentis erexerant, omni propterea commendatione dignissimi, nam id minimè ad ipsos pertinebat, cum ea Ecclesia Cardinalis Comendatarii, qui ejus redditibus fruitur, jurisdictioni, ac providentiæ subjaceat, qui etiam Monachi paulo ante totum Cænobium, addita recèns, nobili Bibliotheca, reædificarunt.

Victorellus in addition. ad Ciacon Pio IV. Sforz. Pallav. in Hist. Concil. Trident. lib. 24. c. 11. n. 1.

Romæ item in Palatio D. Marci Serenifs. Venetiarum Reipubl. à Pio IV. concesso, cujus partem satis amplam Venetus Cardinalis antiquior, ejusdem Ecclesiæ D. Marci titulo insignitus inhabitandam, de more accipit, præclarum opus idem Cardinalis effecit, quod ejus tum historicam eruditionem, tum in amantissimam Patriam eximium studium omni ævo testabitur; nam in majori aula argutâ methodo coloribus redditos voluit, primo Pontifices Maximos num. IV., mox Cardinales omnes, quos Urbs illa celeberrima Heroum fæcunda parens, ejusque amplissima ditio, Romanæ Ecclesiæ, ideoque Catholico Orbi protulit; tres postea nobiles Venetos, Sanctorum fastis adscriptos, tum Duces quinque pietate insignes, qui Regale Paludamentum Monastico Divi Benedicti Cucullo commutarunt; Patriarchas postea Venetiarum; Romanæ deinde Rotæ Auditores, pariter Venetos, sacras denique contra infideles Venetorum expeditiones, additis singulis Ordinibus distichis singulis, ab ipsomet compositis, rem clarissimè exprimentibus. In aliis verò Aulis Episcopos præcipuarum ejus Regionis Urbium intuentium oculis subjecit, & in alio remotiori cubiculo, Cardinalium omnium, qui S. R. E. Bibliothecarii fuerunt, Icones conspiciendas dedit. Nec Religionis cura præterita, D. enim S. P. Benedictum, hìc in Sublacensi specu, illìc in Casinensi Archisterio commorantem, picturâ demonstravit. Optandum porrò est, ut harum omnium Imaginum nomina, & inscriptiones, totamque operis seriem, utpote immortali memoriâ dignas, ne temporis edacitate, aliisve infortuniis decoloratæ, e parietibus deleantur, eruditus aliquis talium rerum amator peculiari libello collectas, & accuratè descriptas æternitati commendet. Interim Cl. Joseph. Rocchus Volpi Patavinus è Soc. Jesu, & Romæ in Græcorum Collegio studiorum Præfectus, & Polemicæ Theologiæ Prælector, eruditissimis libris editis, præsertim *Latio Veteri*, satis notus, in lib. qui *Venetia Sacra Purpurata* ab eo inscribitur, ubi de Cardinalibus ex Seren: Reipublicæ dominatione assumptis agit, hanc ipsam eorundem Venetorum Cardinalium descriptionem à Quirino penicillo exhibitam, ac delineatam, suo calamo celebrat.

S. Petrum Ursеolum. S. Gerardum Sagredum, S. Laurentium Justinianum.

Eidem Emo Joseph Blanchinius celeberrimi, doctissimique Francisci Blanchinii Romanæ Curiæ Prelati Fratris filius, tunc Canonicus Bibliothecarius Ecclesiæ Veronen. nunc Presbyter Oratorii de Urbe, dicavit *Narrationem Pseudo-Athanasianam in Symbolum* impress. Veronæ 1732. Typis Berti, & in Epistolâ nuncupatoriâ, Ecclesiasticæ Historiæ, Græcæque linguæ, ex communi eruditorum voce, peritissimum illum appellat, ejus deinde Opera enumerat, ingenium denique, doctrinam, facundiam, humanita-

tatem, insuper modestiam, pietatem, ceterasque virtutes multis concelebrat. **A**

Sed animadvertendum est, ubi dicitur in Bibliotheca pag. 45. lin. 14., eum creatum fuisse Cardinalem an. 1727. die 26. Novemb. rem non ita se habere; nam creatus fuit Cardinalis anno 1726. die 9. Decembris, & reservatus in pectore; anno vero 1727. die 26. Novemb. publicatus in Consistorio secreto.

Pag. 47. lin. 13. Adde

ANONYMUS Cæsenas nostræ Congregationis Monachus in Cœnobio S. M. de Monte, scripsit.

De *Elocutione* tom. 2. qui potius sunt commentaria in Ciceronem de *Oratore* asservatos ibidem.

Pag. 48. lin. 25. Adde

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus scripsit librum, hujusce tituli, & Argumenti.

Prattica, e Modo facilissimo Cattolico da Cristo prima verità insegnato alli suoi Apostoli per scacciare dai Corpi umani; & irrazionali, & inanimati, che all' Uomo servono, con ogni infallibilità, il Demonio: est M. S. in 4. pagg. 227. apud me ex dono D. Hippolyti Pugnetti, dividitur in Capita XXI. incipit.

„ At ubi venit plenitudo temporis &c. finit. nel terribile, e glorioso tuo nome *Ad Gal.*

„ Giesù Nazzareno, e SS. Trinità Padre, Figliuolo, e Spirito Santo.

Adnectitur alius brevis tractatus de eadem re in tria Capita divisum, quæ nihil aliud continent, quam sententias novi Testamenti ad propositum cujusque Capitis argumentum.

Pag. 51. lin. 15. In ANSELMO PAJOLO

Comparaverat autem sibi selectam, ac pretiosam Bibliothecam, præsertim Poetarum ferè omnium Latinorum, Italorum, & Gallorum, quorum singulos eruditis, ac doctis Notis marginalibus illustravit.

Ibidem lin. 43. Adde.

ANSELMUS DANIELI à Syracusis in Sicilia nobili stirpe natus an. 1670. die 24. Junii, apud S. Nicolaum de Arenis Catanæ Monachus evasit an. 16. die ....., ac deinde Abbas ejusdem, aliorumque Cœnobiorum, & Congregationis nostræ Visitator. Vir fuit morum honestate, & zelo Monasticæ observantiæ præditus; Romæ in nostro Divi Anselmi Collegio Theologiæ, ac fac. Canonibus operam dedit, quos postea, sicuti etiam Philosophiam, & Theologiam, XX. annorum spatio alios docuit; multo insuper, ac diuturno labore, nec minori eruditione collegit.

Quidquid unquam à Catholicis authoribus scriptum fuit in defensionem Cathedræ S. Petri, Romanique Pontificis Christi Vicarii: IV. Tomis, optimo ordine, ac methodo digestum; prælo quidem paratum opus, sed quod ejus morte interveniente, M. S. remansit, obiit enim Militelli Abbas S. Benedicti an. 1730. die 20. Augusti ætatis suæ anno sexagesimo expleto. De eo Vitus de Amico Supplem. Sic. Sac. Catanæ 1733. notitia 4. pag. 34. & sequen. & pag. 55. & seq. n. XL., & not. X. pag. 156. n. LXXVIII. quibus in locis ejus doctrinam, prudentiam, lenitatem, solertiam, œconomicam curam, vigilantiam, zelum, in Ecclesiis, & Sacrariis pretiosâ supellectili, in Bibliotheca selectis libris locupletandis eximiam liberalitatem, ceterasque virtutes, multis commendat, eique funebrem Orationem ab Innocentio Savonarola Cler. Regular. celebri Concionatore dictam, typisque eodem ejus obitus anno editam, narrat.

Pag. eadem 51. lin. 24. Adde

AN-

A

ANTONINUS A NEAPOLI in Sac. Casinen. Cœnobio Monachum induit an. 1618. die 13. Junii, cujus etiam celeberrimi Tabularii diu Præfectus fuit; Ejus Archisterii sacras Antiquitates illustrandi studiosissimus, scripsit
1 *Vitas Sanctorum Casinensium*, quibus adiecit.
2 *Vitas S. Demetrii*, & Sociorum. S. Martii, sive Martini Eremitæ; S. Dominici, vulgo Sorani. S. Rodulphi Episcopi Eugubini; quas Vitas D. Bernardino Saivedra, cujus rogatu illas composuit; nuncupavit. scripsit etiam
3 *De Sacri Divi Benedicti Corporis* nunquam interrupta possessione. Vindicias Casinenses conduplicatas; quæ omnia asservantur MSS. in laudato Tabulario Casinensi.

Ejus meminit cum laude Abraham Bzovius [quocum, sicut etiam cum pluribus aliis viris doctis, Michaele præsertim Monacho, arcta ei necessitudo intercessit] in Vita S. Adalberti Episc. Pragensis. Fusius de eo agit Cl. Erasmus Gattola in Hist. Abbat. Casin. Part. 2. Sæculo 12. pag. 769.

Pag. 55. lin. ult. In ANTONIO MARIA COTONIO.

Professus est Casini an. 1674. non verò 1747. ut ibi per errorem Typographi dicitur.

Pag. 54. lin. 14. Adde

ARCHANGELUS MACRINIUS patriâ Veronensis S. Mariæ de Pratalea; ut ex Regestis judicari potest, alumnus factus an. 1539., die 20. Aprilis, Abbas deinde S. Nicolai de Littore Ven. obiit an. 1592. die 26. Dec. die Sabbati, hora 5. noctis, ut in margine ejus opusculi mox enunciandi adnotavit Fortunatus Ulmus, scripsit.

Paraphrasim 7. *Psalmorum Pœnitentialium* Italicis versibus, cum argumento primò omnibus, deinde singulis Psalmis præfixo, eodem carmine. Argumentum generale tale est.

Inginsta:

Arde di vile amor Davidde, e pecca
Contro Iddio, contro Uria, contro se stesso
Ripreso da Natan si riconosce,
Piange il peccato suo, e altri lamenti
Gli antri fa risonar, e i piani, e i colli.

Extant in Bibliotheca S. Georgii M. Venetiarum M. SS.

Pag. eadem 54. lin. 31. Adde

ARCHANGELUS ZUCCARATO Messanensis à zelo, atque eruditione commendatus, post varias præfecturas, regimini S. Placidi de Calonero admotus, optimè se gessit; scripsit dum esset in minoribus,

De Epistola B. M. Virginis ad Messanenses Tractatum eruditis quibusque probatum; præfuit annis duobus. Randatii mortuus, ibi honorificè tumulatur -- Ita prorsus Vitus de Amico in supplem. ad Sicil. Sac. Rocchi Pyrrhi 2. edit. anni 1733., quæ quamvis celebrata dicatur Panormi apud Hæredes Petri Cappellæ, verè tamen facta fuit Venetiis per Sebast. Coleti: Ibi igitur Vitus tom. 2. pag. 1148. in serie Abbatuum Monast. S. Placidi de Calonero ad an. 1693., verbis supra relatis de Zuccarato loquitur, sed quo anno Monasticam professionem emiserit, quove anno obierit, sicut etiam, an ejus tractatus impressus ne, an verò ineditus sit, & ubi nam inveniatur [quæ omnia ad absolutam notitiam sunt perquam necessaria] minimè indicat. sed an. 1734. die 6. Febr. Epistolâ ad me datâ Catanæ, idem Vitus corrigit locum depositionis Archangeli, qui fuit Messanæ in suo Mona-

Messanæ in suo Monasterio. De eo in Bibliotb. 2. p. L. V. p. 34.

nasterio, non verò Randatii, ut in laudato supplemento per errorem haud veridicæ narrationis acceptæ, adnotatum fuerat. **A**

Pag. 57. lin. 6. In ARNOLDO WIONE

Ubi dicit: quicumque is demum fuerit, Adde

Is fuit N. Langlet de Fresnoy, qui etiam in *methodo studendi Histor.* ex Gallico in Italicum sermonem translatâ, & Venetiis impress. in 8. an. 1726. per Sebast. Coleti tom. 2. cap. XI. p. 38. de Arnoldi Ligno Vitæ pessimè loquitur, *infelicem illum, ac miserum librum* appellans; quod sanè criterium, sicut & quędam alia similis notę ab eo prolata, Langleti animum nimis intemperantem, & studio partium abreptum, satis ostendunt. Sint utique in Arnoldi opere sui errores, ut ferè in omnibus aliis authoribus plus minus reperiuntur, sicut Gabriel Bucelinus ibi a me allegatus, ingenuè fatetur, & ob nimiam operis vastitatem, & quod primus illud sit aggressus, excusat; pręsertim cum per ea tempora adhuc obscuriora, tot præclara monumenta ad rem historicam, nondum in lucem prodiissent, sed in tenebris etiam tunc laterent. Haud parvam nihilominus laudem plurima in eo contenta, præclara, utilia, vera, & recondita, maximo studio, & labore ab eo collecta, & ab interitus, & oblivionis faucibus eruta, non Langleti adeo rudem vituperationem merentur. Quis enim, nisi illi qui maledicunt diei, mundi luminaria, ipsumque totius luminis fontem, solem, omnino detestanda audebit asserere, eo quia in ipsis maculæ quędam appareant? aut quis, nisi Timon ille Atheniensis, Misantropos propterea dictus, totum humanum genus, ferro, ac igni devoveat, ob eam nempe causam, quod nullus ferè hominum vitio aliquo, aut defectu careat? & nemo sine crimine vivat; neque enim, Martiale Authore, liber ille penitus est damnandus, imò est comendandus ubi. *Job. cap. 3. v. 8.*

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura
Quæ legis hic, aliter non fit Avite, liber

Et Martinus Hanchius, de *Rerum Romanarum* script. Lipsiæ 1675. in Præfat.

„ Tantopere nostrum ab ingeniis eorum distat, qui nullum hominum, in quo
„ mala bonis permixta reperiuntur, voluntatibus diversis ad res diversas directis
„ simul odio, simul amore prosequi valent, sed cujus non omnia probanda sunt,
„ omnia reprobant; & totum contemnunt, quem non debent comendare totum.

Nec tamen mirum fuerit, Langletum adeo inurbane Arnoldi opus excepisse, cum hæc ejus optimos etiam Authores culpandi libido, & immoderata censura, nec Cl. quidem, ac doctiss: Josepho Scaligero pepercerit, carpens scilicet nimis acriter ejus insigne opus, de *emendatione temporum*, eique inutilis modò libri notam inurens Cap. 3. ejusdem Methodi *Cet Livre* dicens, n' *et il pas plus d' aucun usage*, & in versione Italica pag. 7. *questo libro non ha più alcun uso.* Quamvis enim nec liber iste suis defectibus careat, talis nihilominus est, ut Authori suo *Magni Litterati* nomen, & opinionem apud omnes vere doctos, Langleto invito, & frustra reclamante, obtinuerit, qui tamen Langletus illud Græciæ Sapientis meminisse debuerat: *ne quid nimis*.

Pag. 60. lin. 46. In ARSENIO LEODIENSI.

In antiquò Regesto apud me, sic de eo dicitur

„ Hic fuit cubicularius Eugenii Papæ IV. post cujus mortem rediens ad Con-
„ gregationem, obiit Abbas S. Pauli de Urbe.

Pap. 62. lin. 2. Adde

ATTILIUS VIGNOLA Patavinus, qui in Cęnobio D. Justinę Deo se vovit an. 1690.

A

1690. die 24. Junij, & nunc Prior est titularis, transtulit ex Gallico in Italicum sermonem.

Avvisi, e riflessioni sopra le obligazioni dello stato Religioso, per animare quelli, che l' hanno abbracciato ad adempire la loro vocazione. Opera utile non solo ai Religiosi, ma ancora a tutti quelli, i quali vogliono vivere nel Mondo con soda pietà. Composta da un Monaco Benedittino della Congñe di S. Mauro, e tradotta dalla lingua Francese da un altro Monaco Benedittino della Congñe Caſ. In Venezia appresso Cristoforo Zane 1730. tomi 2. in 12.

Pag. 63. lin. 27. In AUGUSTINO LAMPUGNANO

Ejus Ode in *Electionem Seren. Antonii Priuli* sic inscribitur, *Clio Plaudens, & exultans* in Seren. Principis Venetiarum Antonii de Priulis electione. Ode D. Augustini Lampugnani Monachi Casin. dicata Perillustri, ac Rev. D. D. Paulo Containo Ferrariensis Ecclesiæ Canonico. Venetiis 1618. apud Antonium Pinellum Impress.Ducalem in 4. Dedicans est Marcus Antonius Broilus, qui de Authore hujusce lucubrationis, sic loquitur in principio opusculi — in „ cujus electionem, cum hæc Ode scripta circumferretur, & a summis viris „ summopere laudari audierim, statim nacta occasione, Authorem ipsum con- „ sului, eamque eflagitavi, nihil ille hujusce rei suspicabatur, concessit tamen „ non invitus, sed verecundus, quin & in Illm̃um Cardinalem Priolum aliam „ addidit. Utramque typis consignandam volui &c. — Angelicus autem Aprosius, qui in Bibliotheca Aprosiana pag. 297. & seqq. Augustinum Lampugnanum laudat, ejusque Opera diligenter enumerat, asserit, eum dono dedisse eidem Bibliothecę Aprosianę non solum exemplaria eorundem suorum Operum quę ibi referuntur, sed etiam alios variorum Authorum libros haud sanè contemnendos, cujus effigiem ad vivum expressam in Aprosiana Bibliotheca idem Aprosius veteris amicitię memor, collocandam curavit.

Adhuc extat Ferrarię Familia Containi satis Civilis.

Pag. 66. lin. 26. Adde

AUGUSTINUS RANDINUS Brixianus Cęsenę in Monasterio S. Mariæ de Monte Regularibus Ordinis nostri sacris initiatus est sub Alexandro Perusino Abbate, unde Romam missus in nostro D. Anselmi Collegio, Theologię, ac Juri Pontificio operam dedit, & optimi ingenii, ac ferventioris studii erga meliores litteras, linguam pręsertim Gręcam, quam egregiè callet, sicut etiam Gallicam, specimen ostendit. Deinde Regii Lepidi celeberrimi Benedicti Bacchini auditor fuit, a quo haud parum philologicę eruditionis hausit, quam postea aliquot non contemnendis lucubrationibus ad Reipublicæ litterarię utilitatem diffudit. Placentię quoque aliquandiù sacros Canones docuit. Vivit nunc Patavii, Cęnobii S. Justinę Prior Claustralis, creatus an. 1732. in Comitiis Generalibus Perusię celebratis die X. Mensis Maii.

Sed ejus studiorum labores, multiplices, & varios, illius modestia obsistente, nec ab ipso, nec ab ejus fratre pariter Monacho, qui tres MSS. tomos eorundem apud se custodit, singillatim cognoscere ullatenus potui; alii deinceps forsitan scient, & in publicum bonum, vel eos ipsos, vel eorum synopsim, aut saltem titulos evulgabunt. Interim, quæ a communi, eruditoque amico, rerum, ac studiorum ejus optimè conscio, de ejus lucubrationibus haud pridem accepi, Lectori exhibeo. Scripsit ergo hactenus.

1. *Plures dissertationes Polemicas, & Historico - Ecclesiasticas*, quę simul junctę plures tomos MSS. conficiunt, in quibus præcipuę ecclesiasticę historię difficultates, & recentiores fidei controversias accuratè admodum pertra-

ctan-

ctantur, non omissâ tamen amplissimâ earum notitiâ, quę præteritis sæculis agitatæ sunt, intermixtis etiam nonnullis Historico - Criticis Animadversionibus in Hæreses, & Hæresiarchas, unâ cum dilucidâ explicatione Ethnicæ Theologiæ, ejus præsertim, qua proximioribus ætatis nostræ Sæculis Christianam Veritatem impetere conati sunt. A

2 *Judicium de Puella Brixianæ Diœcesis Lucretia Gambara*, quæ putabatur Sacris Stigmatibus insignita, ei soli ab Emo Quirini Episc., & à S. Inquisitione prò examine, & experimento traditâ, quod sanè Augustini Judicium adeò solidum, probatum, ac optimâ méthodo digestum est, ut animarum Rectoribus, præcipuè quæ hujusmodi, aliisque donis cælestibus decoratæ creduntur, magno usui esse possit. Hoc autem Judicium in tres partes dividitur; In prima agitur de Lucretiæ oratione, quæ ad solidioris mysticę doctrinæ trutinam discutitur: In secunda quæritur, an in ea puella illusio, & Dęmonis deceptio viguerit, & affirmativè concluditur, & probatur. In tertia denique, an collusio in illius animæ Directore locum habuerit disquiritur, & admodum dubitatur, & in ancipiti relinquitur.

Pag. 68. lin. 26. In AUGUSTINO VENERIO.

Dicitur ibi Marinus Albritius Veneriani Elogii scriptor, in margine; *nunc Prior*; sed non est Prior Marinus, sed hactenus an. 1735. tantummodo Decanus, ejus verò frater Clemens Albritius Sac. Monast. Casinen. Professus, Prioris dignitatem obtinuit, quod causam æquivoco dedit.

B

PAg. 70. lin. 4. In BALTHASSARRE MORABITO.

Dicitur ibi Abbatis infula in nostra Congregat. ornatus fuisse. At hoc minime verum esse nuper didici ex Epist. Cl. D. Viti Mariæ de Amico Monachi Catanensis, & Prioris, rerum Sicularum, præsertim ad Monachos nostros pertinentium callentissimo, & Supplementi ad Siciliam Sacram Rocchi Pyrrhi Authoris, ad me data Catanâ die 6. Febr. 1734. æquivocum autem inde ortum est, quod Balthassar duplici cognomine, ut pluribus aliis usu evenit, signatus fuit, *Morabito*, paterno scilicet, & *Abbate*, materno, unde creditus fuit, Abbatis dignitatem obtinuisse, quod idem Vitus asserit in eodem Supplem. Siciliæ Sac. Catan. 1733. pag. 54. in Notitia S. Nicolai de Arenis, ubi me jure, & meritò corrigit.

Ibidem lin. 7. dicitur Catanensem terræmotum, quo Monasterium nostrum ea in Urbe corruit, contigisse an. 1690. quod corrigendum est, cum revera acciderit an. 1693. ex Antonino Mongit.

Pag. eadem 70. lin. 12. In BAPTISTA MANTUANO.

Dicitur ibi Professus S. Benedicti Mantuani, seu de Padolyrone an. 1411. sed error est in aliquo Regesto, unde hoc accepi, nam in veteribus Regestis alumnus, & quidem inter primos S. Justinæ Patavinæ nominatur, & an. 1411. Monasterium S. Benedicti de Mantua nondum unitum erat Congregationi S. Justinæ, quod contigit an. 1419. sub Martino V.

Pag. eadem 70. lin. 42. In BARNABA PARMENSI.

Barnabas Parmensis non fuit scriptor, sed tantum editor Vitæ S. Jo: Abbatis: hæc enim iisdem prorsus verbis edita reperitur in Actis SS. Ordinis S. Ben.

B tom. 7. & ex prævìis observationibus circa finem Jo: Mabill. eidem Vitæ additis intelligitur, desumptam eam fuisse ex antiquiss. Codice MS. Ecclesiæ Placen. Ejus autem author, licet Anonymus, credi nihilominus potest, vel unus ex ipsius discipulis, vel aliquis discipulorum ejus familiaris, quod quidem verosimilius videtur ex iis, quæ pag. 8. & 9. ejusdem Vitæ narrantur. Barnabas ergo nihil aliud præstitit, quam editionem illius vitæ curare, & nuncupatoriam Epist. D. Mauro Parmensi S. Jo: Evang. Abbati, eidem præfigere.

S: vero Bernardi Uberti Episc. Parm. Vitam à Barnaba typis traditam, nullibi hactenus invenire potui, ideoque quid ad eum. Barnabas contulerit assequi minimè possum: De eodem Sancto plures quidem Scriptores agunt; Arnol. nempe Wion in lign. vit. Alph. Ciacc. in Vit. Pont. Phil. Ferr. de SS. Italiæ Didacus de Franchis in Vit. S. Jo: Gualb. Ferdin. Ughell. Ital. Sac. Bonav. de Angelis in hist. Parmen. & noviss. ejus vitam scripsit D. Thesaurus Veli Monachus Vallumbr. Abbas S. Praxedis Romæ, ubi etiam eam imprimendam curavit apud Gulielmum Facciottum an. 1612. Cardinali Odoardo Farnesio Episcopo Parmensi dicatam.

Pag. 72. lin. 2. In BARTHOLOMÆO TABERNA.

Dicitur ibi congessisse in Chronicon S. Mariæ de Licodia, & S. Nicolai de Arenis a se compositum, plurima pertinentia ad Congreg. Siculam, & Casin. & ad alia Siciliæ Monasteria. Quod tamen à veritate alienum esse nuper me docuit laudatus Vitus Maria de Amico in supra allegata Epist. nam Bartholomęus Taberna composuit quidem Chronicon S. M. de Licodiâ, & S. Nicolai de Arenis, non autem de aliis Siciliæ Monasteriis aliquid scripsit; sed quia eidem Tabernæ Chronico adnectitur aliud Chronicon Siculorum Monasteriorum Ord. nostri, creditus fuit Taberna, hoc quoque Chronicon adornasse, cujus revera author fuit alius Monachus S. Martini de Scalis Alumnus, cujus nomen ignoratur.

Idem Vitus de Amico Sicil. Sac. pag. 52. n. 11. fusè de eo agit, primumque omnium S. Nicolai Chronicon maximo labore composuisse affirmat.

Pag. eadem 72. lin. 42. In BARTHOLOMÆO DE ALEXANDRO.

Descripsit etiam Italico sermone.

Vitam S. Barbaræ V. & M. teste Vito de Amico in Supl. ad Sicil. Sac. Rocchi Pyrrhi secundæ editionis an. 1733. tom. 2. pag. 1184. sed impressa ne fuerit, an MS. remanserit, & ubi reperiatur, minime indicat, & in iisdem Notitiis seorsim impress. Catanæ 1733. pag. XIX. & iterum pag. 32. & tertiò pag. 55. morum innocentiâ, disciplinæ monasticæ zelo, prudentiâ, doctrinâque clarum vocat. Veteres Tabularii Codices Notis utilissimis illustrasse: Chronicon continuasse, Bibliotecham adauxisse, Sacrarium ditasse, Ostensorio aureo, gemmis ornato, Sanctorumque Reliquiis Ecclesiam locupletasse, testatur.

Pag. 73. lin. 41. In BASILIO GRADI.

De eo dicitur ibi Monachum primò fuisse Congreg. Melitensis in Mari Adriatico, & pag. 117. lin. 38. Monastica veste donatum a Chrysostomo Calvini Monacho Casin. & laudatæ Melitensis Congreg. Reformatore, & postea Archiepiscopo Ragusino, idque ex relatione Rm̃i Patris D. Bernardi Sorgo nobilis Ragusini, & Melitensis Congreg. Præsidis an. 1710. mihi ipsi Romæ facta; anno deinde 1530. die 8. Decemb. transisse Basilium ad nostram Casin. Congreg. Sed revera non ita se habet res; nam Chrysostomus

Cal-

B

Calvini in Casin. Monasterio eodem an. 1530. die 26. Julii Congreg. nostram ingressus est, ut dicitur in Bibl. eadem pag. 117. lin. 12., & etiam in Catalogis tam Episcoporum pag. 13. lin. 44. quam Reformatorum pag. 5. lin. 17. Non ergo potuit ipse adhuc non Monachus Basilium Gradi Melitæ inter Tyrones admittere, imò nec potuisset ante annum 1547. quò a Paulo III. Pont. Max. Melitensis Reformatio ei fuit demandata, ut dicitur in eodem Catalogo Reform. eadem pag. 5. lin. 22. Rursus Basilius Gradi, non quidem an. 1530. die 8. Decemb. sed an. 1540. die 2. Julii Manachis Casin. adscriptus fuit, ut nuper inventum est adnotatum in ejus libro de *Virginitate* qui MS. in Bibl. S. Georgii M. Venet. adhuc extat, ubi à tergo hæc prorsus leguntur verba a Fortunato Ulmo ibi exarata „ D. Basilio di Ragusa si „ vestì dell' abito Monacale nel Monasterio di S. Maria della Croma (quod „ est nostræ Casin. Congreg.) presso Ragusa l' anno 1539. li 2. Luglio, e l' „ anno seguente, cioè 1540. il giorno stesso 2. Luglio fece la sua Professione.

Potuit nihilominus Basilius, dum Monachus esset Casinensis, discipulus Chrysostomi extitisse, tum in scholasticis scientiis, tum in moralibus virtutibus, & regulari disciplina, cum uterque prope Ragusium moraretur, ille Monasterio Lacromensi, hic in Melitensi, sed hoc non nisi post an. 1547. Ille verò Basilius, vel potius Blasius a Ragusio, qui in nostris Regestis invenitur an. 1530. die 8. Decemb. Monachus Casin. factus, alius sit oportet à Basilio Gradi toties laudato; hisque veris existentibus, narratio Rmi Sorgò ex hac parte corruit, Nosque eo magis cognoscimus, quam facile in figendis hujuscemodi Epochis per Arabicos numeros, vel Typographorum inertiâ, vel Amanuensium oscitantiâ, vel etiam ipsorum met Authorum imprudentiâ, licet contra voluntatem, sępe sępius erretur, manu, & calamo furtim Scriptoris mentem fallentibus. In Regestis quoque, tum annus, quo plerique Monachi, vel Tyronum vestibus induti sunt, vel solemnem Professionem emiserunt, tum eorum nomina, & cognomina, Amanuensium incuriâ, imò & inscitiâ perperam aliquando notata sunt, quod quidem haud levibus anachronismis occasionem præbet. Qua de re lepidum quid hic etiam optimè quadrans legitur in Chronico Regiensi D. Petri Muti, sive del Gazata, allati nuperrime à D. Camillo Affarosi in *Memoriis Historicis* Ss. Prosperi, & Petri Regiensis impress. 1733. pag. 294. lin. 23. „ Quantum potui, omnia seriose ordinavi, ut veritatis habeatur effectus, quamvis in talibus òporteat sæpius nominando diem, mensem, & annum, mentiri, quia quæ ab aliis audivimus, notamus, impossibile est enim omnibus interesse, quæ omnia veritatis assequendæ gratia dicta sunto.

Et quoniam Chrysostomi Calvini hic mentionem iterum fecimus, sciendum est, eum provectâ aliquantò ætate Monachum induisse, anno videlicet ferè 35. ætatis suæ, studiis tamen, & virtute consumatissimum.

Quod autem in Bibliot. pag. 118. lin. 19. dicitur, eum interfuisse an. 1541. Sessioni 7. & 8. Concilii Tridentini, error Typographi est, qui 1541. prò 1547. posuit.

Pag. 74. lin. 30. & Pag. 75. lin. ult. In BASILIO PARADISI.

Fuit nobili quidem familiâ Raven., sed Venetiis ex Patritia item familiâ oriundâ an. 1512. Abbas Michael Justiniani in Epist. ad Hieron. Fabri, quæ extat Ravennę in Bibl. Spiritus S. Theatinorum, inter Epist. MSS. ejusdem Fabri tomis duobus contentas, Basilii vitam se scripturum spopondit, quod tamen,

B an postea præstiterit, habeo incompertum. Author Epist. Brutorum, quas Missivas vocant, sępe Basilium laudat, ejusque Carmina in medium affert. Jo: etiam Marius Crescimbenius haud semel de eo mentionem facit in Comm. Vulg. Poes. tom. 4. lib. 3. Cent. 2. n. 46. pag. 16. & 212., & Cent. 4. num. 15. pag. 182. Ejus Odes primò ab ipso compositæ, impressæ fuerunt Neapoli apud Franciscum Hieron. Collignì an. 1641.

Carolus Moscheni editus Venetiis in 12. an.

Pag. 76. lin. 22. In BASILIO PEROTRICHIO.

Ex acceptis litteris a Rm̃o Patre D. Bonaventura Finardi, Abbate S. Georgii M. Venet., hæc notanda, pariterque addenda hic sunt, nempe - In Indice MSS. ejusdem S. Georgii Major. invenitur quidem cognomen hujusce Basilii, sic per errorem inscriptum, videlicet *Perotrichii*, at in ipso Codice ejus Operum MS. in 4. n. 345. diversum est, scilicet *Perciehi*, in quo Codice legitur hæc adnotatio Fortunati Ulmi,, D. Basilio Percichi da Montona Abb. Casinense Monaco Professo di Perugia in S. Pietro, morì, mentre ,, di Priore di S. Giorgio di Ven. dove giaceva infermo, ebbe nuova di essere ,, eletto Abbate nel 1571. li 14. Agosto, di febre acuta, che per sei giorni l' ,, aveva travagliato; Questo medesimo ha scritto, oltre *le* 4. *Incursioni de* ,, *Turchi* qui raccolte, anche le guerre de Triestini con Veneti, e

De eo in nostra Bibl. pag. 1. pag. 173.

La descrizione dell' Histria in Latino, & un *Compendio delle Guerre de Veneziani* contro i Turchi in Italiano volgare.

In alio vero Codice pariter MS. in 4. sign. n. 346. habetur idem Basilii opus ab Ulmo indicatum cum hoc titulo - *de Histria Littorali, & Mediteranea*, in cujus libri fronte, hæc leguntur.

,, Obiit Basilius Percichi, cum esset Prior S. Georgii M. Venet. an. 1571. die ,, 14. Augusti febri acuta correptus ad sex dies - & in alia pag. - Authore D. ,, Basilio Percichi de Montona Monacho Casin. Priore S. Georg. M. Ven. Pro- ,, fesso S. Petri de Perusio - est autem Montona Oppidum Histriæ prope Pisinum: quamobrem corruit conjectura de ejus Patriâ *Plebebona*, & an. Professionis in Bib. indicatâ eadem pag. 76. nam Professus est an. 1545. 4. Febr.

Leand. Albert. pag. 503. Venet. 1568.

Pag. eadem 76. lin. 36. In BASILIO ZANCAROLO.

Quod idem, Basilium nempe Zancarolum non fuisse Monachum Casinensem, sed Congregationi Casinensi addictissimum, dubio procul liquet ex Epistola Dominici Quesada ad eundem Zancarolum datâ Aretio an. 1665. die 2. Novembris, quam integram affert cl. Erasmus Gattola in Hist. Casin. impress. Ven. an. 1733. tom. 1. p. 2. pag. 770. in qua Dominicus Basilium titulis *Admodum Illustris*, *& Vestræ Dominationis* prosequitur, qui utique Monachis, & Religiosis Viris haudquaquam conveniunt, sed potius sæcularibus personis, aut etiam sæcularibus Presbyteris. Sed Congreg. Casin. Abbas, Monachum Casinensem *Paternitatis Vestræ*, uti in usu habemus, titulo nuncupasset.

De eo in Bibl. pag. 15. & seq.

Pag. eadem 76. lin. 37. Adde.

BENEDICTUS ARRIGONI Ravennas ex nobili Arrigonia Familia Mediol. Marchionatus titulo illustri, oriundus, professus est Monasticum institutum in Cęnobio S. Vitalis Ravennæ an. 1541. die 5. Junii. Fuitque vir Latinis, Gręcisque litteris apprimè excultus, & Theologica facultate, præsertim eâ, quę mores dirigit, excellens. Nam in Bibliotheca ejusdem S. Vitalis plures extant libri Gręcorum Authorum, nomine ipsius Arrigonii signati, sicuti etiam plurimi alii optimę notę, tum Latina, tum Italica Lingua conscripti,

B

scripti, ejus pariter nomine insigniti, sed quod majus est, ibidem asservantur ab eo compositi.

1 *Tractatus de Missa, & de Peccatis*, ubi 1. agitur de Missa in generali, 2. *de Peccato quid sit?* 3. *de pœnis temporalibus.* 4. *de pœnis Purgatorii.* 5. *de pœnis Inferni.* 6. *de Pœnitentia.* 7. *de Passione Domini*, Incipit, *Circa Missam in generali, considerandasunt tria &c.*, & continetur pag. 236.

Hic Ordo mihi videtur precipuus,nam Missa est propitiatio prò peccatis, Pene temporales expiant ipsa peccata, si patienter perferantur. Pene Purgatorii satisfaciunt prò peccatis in hac vita non penitus expiatis. Pene Inferni supersunt obduratis. Penitentia est remedium peccatorum. Passio denique Christi est robur, & virtus Penitentie.

2 *Tractatus de Regularibus, & transeuntibus ad Religionem.* 1. secundum Theologos. 2. secundum Canonistas.

3 *De statu Monachorum* Incipit - *Circa Religionem quatuor sunt notanda &c.* est pagg. 165. Tractatus uterque unico libro comprehenditur in 8. MS. in cujus fronte alienâ manu sic dicitur - Opera D. Benedicti Arrigonii Monachi Casinensis Ravennæ. De eo honorificam mentionem facit Thomas Thomai in Hist. Ravenne par. 4. c. 4. pag. 191. secundæ editionis, ubi inter Historicos, eum recenset, vocatque *eloquentissimum*, sed quidnam historicum elucubraverit minime indicat.

Pag. 78. lin. 11. In BENEDICTO BACCHINI.

Jo: Cinell. ejus Panegyrim in S. Nicol. Tolentin. sic laudat:

„ Che l componimenti del P. Bacchini mio Carifs. Amico, non solo riescano;
„ e si facciano ammirare su i pulpiti, ma anche sotto l' occhio, questo suo bel-
„ lifs. e giuditiosifs. Panegirico ne fa indubitata fede -

Pag. 80. lin. 12. In eodem BENEDICTO BACCHINI.

De ejus Hist. *S. Bened. de Padolyrone* meminit N. Langlet du Fresnoy in Methodo studendi hist. e Gallico in Italicum Idioma conversâ impress. Ven. 1726. in 8. apud Sebast. Colet. cap. 46. pag. 286. de eo etiam magna cum laude Hyacinthus Gimma in hist. Italiæ litteratæ tom. 1. pag. 153. & tom. 2. pagg. 668. 771. & 1128.

Pag. 89. lin. 24. Adde.

BENEDICTUS BONDIGLI Patriâ Bononiensis Cæsenæ in Monasterio S. Mariæ de Monte D. Benedicti placitis adhærere statuit an. 1698. die 26. Decemb. Inde Romam missus inter Collegii Anselmo-Benedictini sodales Theologiæ, ac Sac. Canonibus addiscendis studium adhibuit, sed quia ejus ingenium ad plura ferebatur, præter scholasticas scientias, quas Perusiæ, alibique docuit, Arithmeticam etiam, & Musicam facultatem, sed præsertim Poesim, impensè coluit, & plurima Carmina ab ejus artis professoribus haud parum commendata, composuit. Demum provectâ jam ætate sacrarum Concionum stadium decurrere voluit, illudque an. 1733. Assisii in Cathedrali Ecclesia confecit, me audiente. Lucubrationum autem ejus hic est elenchus.

1 *Discorso Accademico* del P. Lettore D. Benedetto Bondigli da Bologna Monaco Casinense, Accademico Offuscato, per gli applausi di giubilo delle gloriose nozze di Filippo V., e di Elisabetta Farnese, Monarchi delle Spagne, celebrati nel Monastero Casinense di S. Maria del Monte dal P. Abbate D. Benedetto Vittorio Rosetti da Forlì; In Cesena 1715. nell' Stamperia del Riceputi in foglio. De qua lucubratione mentio fit in Bibliotheca volanti Jo. Ci-

B Cinelli Plut. 19. pag. 29. In eo libro, in quo plures aliorum etiam Poeticæ Lucubrationes continentur, non solum laudata Oratio, sed nonnullæ etiam inscriptiones, totiusque rei narratio, Epist. quoque nuncupatoria, ac demum verba omnia Epithalamii Dramatici, Musicis notis alliganda, Bondilii sunt fætus.

2 *Drama Sacrum*, seu, ut dicunt *Oratorium*, de D. Francisca Romana, in concentum redactum à celebri Phonasco Augustino Finazzolio impressum Maceratæ an. 1722. ibidemque in Ecclesia PP. S. J. decantatum curâ, & operâ Illmi D. Amici Aloysii Marchionis de Riccis.

3 *Collectio Carminum* variorum Poetarum Academiæ Reformatæ Cæsenatensis, *de Victoriis Austriacis* contra Turcas, quam sub nomine fratris sui Doctoris Josephi Bondilii Faventiæ luci tradidit an. 1718. typis Josephi Antonii Archi Impressoris SS. Inquisitionis in 8. eleganti, eruditâque Epist. nuncupatoria Principi Eugenio à Sabadia dicatam, in quo libro pag. 49. legitur etiam ejus Ode satis prolixa 80. versuum.

4 *Dissertatio de causa funestæ mortis* nobilis Matronæ Corneliæ Zangaræ de Bandis Cæsanatis, quæ an. 1731. die 20. Mensis Maii in proprio cubiculo omni ex parte clauso reperta est tota ferè nocturno tempore combusta, quam causam effluviis sulphuris, ac nitri in ea domo congregati, aliisque rebus phisicis, ac naturalibus Bondilius attribuit, circumstantias omnes hujusce horrifici eventus clare describens, à doctis propterea, & insignibus viris, valde commendatus; de quo tragico infortunio eruditam aliam dissertationem scripsit etiam D. Petrus Paulus Ginanni, de quo 2. parte Bibl. pag. 231.

5 *Plures insuper Academicas Orationes* in aliquibus Academiis habuit, nam adscriptus fuit *Offuscatis*, & *Philomatis reformatis* Cæsenæ, cujus postremæ Academiæ fuit unus ex primis Institutoribus, seu potius Reformatoribus, & unicus Censor, *Insensatis* Perusiæ, *Philargitis* Forolivii, *Philoponis* Faventiæ, *Concordibus* Ravennæ, *Immaturis* Pergolæ, *Arcadibus* denique Urbis Romę sub nomine *Pheristidis Isidii*.

6 *Academicam Orationem* habuit in Colonia Arcadia Augustæ Perusiæ an. 1722. in laudem Innocentii XIII. de Comitibus prò ejus ad Summum Pontificatum electione, sicut etiam - *Panegyricam Concionem* Assisii in Ecclesia Cathedrali S. Ruffini; de Beatis *Jacobo à Marchia* nuncupato, & *Franc. Solano* Ord. Min. an. 1727. quo à Benedicto XIII. Pont. Max. Sanctorum fastis solemniter adscripti sunt.

7 *Innumera denique Carmina* Italica lingua cecinit omnis generis, quæ partim aliquot aliarum collectionum libellis inserta, partim in volantibus foliis impressa circumferuntur. Inter ea Ode Pindarica 114. versuum in Nuptiis Serr: Principum Antonii Farnesii, & Henrichettæ Atestinæ Parmæ, ac Placentiæ Ducum, legitur in Collectione carminum prò iisdem Nuptiis impressâ Parmæ an. 1724. pag. 74.

8 Transtulit etiam ex Gallico in Italicum sermonem tomum secundum D. Matthei Petitdidier tunc Monachi nostri è Congreg. Lotharingica SS. Withoni, & Hydulphi, nunc verò Episc. *de Concilio Constantiensi*, nam primum tomum transtulit, typisque commisit Rev. Pater Fr. Vincentius Maria Ferretti Ord. Prędicatorum, nobilis Anconitanus, Magister, & modò Inquisitor Generalis Perusiæ, qui primum illum tomum Bened. XIII. voluntate, Romæ in Typographia Collegii de *Propaganda Fide* imprimendum

cura-

curavit an. 1729. secundus verò tomus à Bondilio translatus apud eundem P. Magistrum Ferretti, Bondilio ipso concedente, adhuc remanet, ineditus tamen. Ejus titulus talis est - B

9 *Dissertazione Historica*, e Teologica, in cui si esamina qual sia stato il sentimento del Concilio di Costanza, e dei principali Teologi, che vi furono, sopra l'Autorità de' Papi, e sopra la loro Infallibilità; seguita da un' altra Dissertazione, dove si esamina, se sostenendo l' infallibilità de' Papi in materia di fede, si distruggano le libertà della Chiesa Gallicana; del P. D. Matteo Petitdidier Abbate di S. Pietro di Senon. dell' Ordine di S. Benedetto al SSmo Padre Nostro Signore Papa Benedetto XIII.

In commendationem ejus dissertationis de Phenomeno Cęsenatensi, scripsit insignem Epist. Illmus Marchio, & Eques Melitensis Fr. Thaddæus Rangoni Patritius Mutinensis, quæ talis est -

„ Frà le tante Relazioni, e Dissertazioni comparse quì intorno al veramente „ raro, e strepitoso caso dell' infelice Dama Bandi, la più esatta al certo, e „ la più dotta, e la più spiegativa è stata quella di V.R. per sentimento di tut„ ti questi intendenti, e versati nelle Filosofie, che l' hanno letta, con„ siderata, e lodata. Io per tanto, che avevo col mio prevenuto il lo„ ro, unisco adesso a cotesto tutti quelli del mio grato animo, e per „ essi la ringrazio quanto debbo, non solo perche ha voluto essere così „ facile ad appagare la mia curiosità, ma perche ancora l' ha fatto così com„ pitamente, e così pontualmente. Pronto ancor' io egualmente sarò sem„ pre in tutto ciò, che potesse occorrere alla R. V., e che ella avesse, come „ la priego, la confidenza suggerirmi, e mentre io aspetto, e desidero lo „ faccia, mi dichiaro con tutta la stima.

Modena 23. Maggio 1731.

D. V. R. Fr. Taddeo Rangoni.

Melchior etiam della Briga Cęsenas Soc. J. in Collegio Senensi Ptolomæo Theologiæ, ac Mathesis Lector, de eadem re sic Bondilio nostro scribit -

„ Il suo foglio andarà in Francia, perche mette con distinzione tutte quelle „ particolarità, che mi richiedea l' Accademia Reale delle scienze, per po„ terci discorrer sopra con fondamento, e il discorso aggiunto è degno di „ V. P., mentre in poco dice molto, e scende a render ragione delle cir„ costanze più minute.... Veda dunque V. P. che nei punti sostanziali ci „ siamo accordati, senza sapere uno dell' altro. La ringrazio per tanto del „ discorso, di cui mi ha favorito, così spinto dal Sig. Giacomo, il quale a „ tanti incommodi, che io gli ho recati, ha aggiunto ancora questo; mentre „ come ho accennato fin dal primo periodo, l' Accademia Reale non mi ri„ chiedeva altro che le circostanze del fatto, per farci sopra in Parigi i suoi di„ scorsi.... Nondimeno perche il discorso di V. P. per altro bellissimo, è in„ trecciato colle particolarità del fatto, io lo spedirò tale quale in Francia dove „ non lasciarà d' esser approvato, quanto in Italia...

Siena 3. Settembre 1731.

Denique haud parum ad ejus laudem contulerit subsequens Testimonium Academiæ Philomatum à Cl. Jacobo Mazzono Cęsenate, Dantis Comedię Defensore, ac Illustratore celeberrimo an. 1559. institutę, quę cum deinde, ut omnium rerum humanarum fert conditio, penitus fuisset collapsa, anno tandem 1716. sub Auspiciis B. V. Deiparæ instaurata, & reformata, pulchrius

B chrius refloruit, ut in libro, cui titulus - *Prose, e Rime de' Riformati di Cesena nel riaprire la loro Academia il dì 13. Agosto. 1717.* In Faenza per l'Archi, nella lettera al *Benigno Lettore*. Atti dell'Accad. sotto il di 17. Novembre 1716. Luogo dell'Impresa ✠ dell'Accademia de' Riformati di Cesena, che è una Serpe, la quale passando per un Rosajo, lascia la vecchia spoglia col motto: *Meliora induit*.

„ Al Gentilissimo, & Eruditissimo Padre D. Benedetto Bondigli Lettor Casi-
„ nense Accademico Riformato.
„ Essendo ben degno premio delle imprese letterarie, la memoria, che serva,
„ è a quegli spiriti, che furono così generosi, di gloria, e gli altri d' incita-
„ mento alle virtuose fatiche, siccome resta V. P. M. R. descritta sulla pri-
„ ma fronte degli Atti dell' Accademia Riformata per uno dei Principali suoi
„ Ristoratori, così ne debbe uscire qualche publico onorevole documento, che
„ io perciò stendo, attestando il merito, che ella, ed ha, ed averà sempre
„ con l' Accademia predetta, dalla quale sarà in perpetuo riconosciuta per
„ Padre, come al presente viene considerata per uno dei suoi lumi maggiori.
„ In fede &c. questo dì 1. di Marzo 1717. Pier Santi Caldei Segretario.
„ Luogo del ✠ Sigillo.

Pag. 91. lin. 10. In BENEDICTO CANOPHILO.

Professus est nostram Regulam an. 1523. non vero 1525.

Pag. 92. lin. 46. In eodem BENEDICTO CANOPHILO.

Verba Constant. Cajet; quibus eum laudat in lib. de Relig. S. Ignat. Instit. cap. 4. pag. 59. hæc sunt „ Benedictus Canophilus Castro Sangrinus, ob virtu-
„ tem, & singularem, qua eximiè præditus erat, prudentiam Juris, illi seculo,
„ Romanisque Pontificibus notissimus.

Pag. 97. lin. 25. In BENEDICTO CASTELLI.

Eum laudat duplici Epigrammate, & Anagrammate, Petrus Clavarinus in *Musarum Plausu*, & *Gemmea Corona* impressa Perusiæ 1643. apud Angelum Bartholum.

Pag. 98. lin. 10. In BENEDICTO GUIDIO.

In Bibliotheca S. Georg. M. Ven. extant plura ejus opera, & preter varia jam in Bibliotheca relata, hęc insuper reperiuntur.

1 *Elegia in obitu D. Mauri Bellunensis* dum esset in Feretro: incipit -
Flumina mœsta super Babilonia flere sedentes
Possumus amissi tristia damna fratris &c. constat versibus 42.

2 *Elegia alia nomine alicujus Rustici*, qui bonis suis parvis, & paucis spoliatus, Patriam, camposque deserere cogitur; incipit -
Me miserum tantos nequeo sufferre dolores
Qui mihi dum vivam vulnera Cordis erunt; & infra
En periere Canes, & crevit turba Luporum
Caprarum strages, excidiumque Boum: & post pauca
Factus inops dulcem Patriam, camposque relinquo
Et multum lacrymans non rediturus eo. Constat versibus 18.

3 Est etiam ibi alia lucubratio eidem Guidio attributa exametris versibus num. 30. ad Clariss. Virum Barbadicum: incipit -
Forsitan ignoti Musam mirabere vatis
Ad te ferre gradus, quem mille negotia pressant &c.

Sed cum infra hi etiam versus legantur.

Ad

Ad mea nam deni resident convivia Nati; & paulo post -
Quod reliquum Cereris cultor mihi pauperis agri
Legerat externi cogor consumere Mensis: & in fine
Te mea Progenies exili voce precatur
Exili nam longa hebetant jejunia vires.

B *Extremi*.

Propterea hæc lucubratio alterius videri posset, nisi exemplo præcedentis credendum esset, hanc pariter à Guidio nomine alicujus personæ multis liberis oneratę, & ad pauperiem, & calamitatem redactæ, fuisse compositam.

Pag. 101. lin. 9. Adde.

BENEDICTUS HISPANUS Monachus nostræ Congreg. scripsit -

Speculum Conscientiæ tom. 1. in 4. MS. extat in Bibl. S. Georgii M. Ven. constat capit. 25. pag. 298., sed est opus incompletum, in cujus fronte sic dicitur - *Per R. P. D. Benedictum Hispanum Congreg. Casin. Monachum*, in quo de natura actualis peccati, ideft mortalis, & venialis differitur, & Regulæ quędam assignantur, quibus utraque secernuntur, eorumque differentia specifica perlucidè tractatur. Item de Pęnitentia, de Confessione, de Indulgentiis amplissime agitur. Divinæ Scripturæ SS. Patrum, Sacrorumque Canonum Testimoniis, & Authoritatibus ubique allegatis, Melchiori Aymo Casinensi Monacho suo in Christo Filio dilecto nuncupatum.

Pag. eadem 101. lin. 43. Adde.

BENEDICTUS VENTURI ab Arimino Monachus Congreg. nostræ apud S. Petrum Urbis Mutinensis composuit libellum, cui titulum dedit -

La Porpora trionfante nei fuochi di giubilo fatti rappresentare dal Rmo P. D. Fortunato Sedazzari Abbate vigilantissimo di S. Pietro di Modena per l'assunzione al Cardinalato del Ser. Prencipe Rinaldo d'Este, dedicata al Alt. Ser. di Alessandro II. Duca della Mirandola, da D. Benedetto Venturi di Rimini Monaco Casinense nel detto Monasterò. In Modena per il Degni *1683*. in 4. pag. 47.

Continet Opusculum Epist. nuncupatoriam, satis prolixam, descriptionem deinde Molis ignivomæ cum lemmatibus Latina prosa, metroque Italico enunciatis, sequitur Ode ad eundem Rmum Abbatem cum duobus Epigrammatibus Italicis, omnia ab ipso Venturi concinnata. Professionem autem Monasticam emisit Benedictus Venturi in Monasterio S. Vitalis Ravennæ an. *1664*. die 21. Martii: in Cęnobio verò S. Petri Mutinensis fuit solum Monachus de familia, ut dicunt, non autem ab initio Monachatus ejus alumnis adscriptus.

Pag. 104. lin. 12. In BENEDICTO DE UVA.

Angelicus Aprosius in Bibl. Aprosiana Bononiæ apud Manolessum *1675*. pag. 415. & seq. ejus tria opera ab *Anfrano Matthia Fransono* inter plura alia variorum eidem Aprosianæ Bibliothecæ donata, enumerat. 1. *Il pensier della morte*. 2. *Il Doroteo*. 3. *Le Vergini prudenti*.

In ejus postremi operis commendationem curiosum hoc eruditi Poetæ Laurentii Legati Tetrastichon affert.

DE BENEDICTO AB UVA Monacho Caf. Dialogismus, Poeta, & Abstemius.

P. *Sponte Casinatem quid nunc Abstemius Uvam*
Usque legis, Latices ejus & usque bibis?

Ab. *Non ne celebratas si lætas Amazzonas Ætræ*
Et mihi sit grati. nectaris. Uva parens.

D Hec

B Hæc Aprosius. At Scipio Ammiratus in Dialogo prenotato *Il Rota*, ò vero *delle Imprese*, impresso Florentię an. 1598. apud Philippum Juntam in 4. pag. 30. *Vincentii de Uva* [qui postea Benedictus] pulcherrimum, ac ingeniosissimum Emblema multis commendat, quorum verborum venustati, ac proprietati, ne quid per Paraphrasim detrahatur, eadem immutata, veluti in suo fonte hic lectoribus degustanda propinare consultius puto.

„ Un gentilissimo Giovine Gentilhuomo Capovano nostro novello amico,
„ Sig. Bernardino, il cui nome è Vincenzo d' Uva, il quale scrive molto bene,
„ & intende le cose Latine sottilissimamente, ha fatto un' impresa, che certo
„ merita lode. Costui amando una Sig. assai nobile, & alla sua modesta fortu-
„ na di gran lunga superiore, chiamata Delia, fece una Luna con un mar sot-
„ to assai luminosa, con quelle parole d' Orazio - *nocturno renidet*; Che sa-
„ pete, che seguita *Luna mari*, e per la Luna, come a ciascuno è noto s'in-
„ tende *Delia*. Vesc. Certo l'Impresa è molto bella, e non accade dir come dis-
„ se il Giovio, che chi non è versato nel Poema d' Orazio non sà quel, che
„ segue; Che quando questo non si sapesse, basta, che la pittura il dimostra,
„ dove si vede & la Luna, & il Mare; & che la Luna risplenda la notte nel
„ Mare, & che il Mare divenga chiaro per lei, e anco manifesto ad ogni per-
„ sona, & già Virgilio ne fa ancor' egli menzione quando dice - *splendet tre-*
„ *mulo sub lumine Pontus*.

Vescovo di Potenza M. Nino de Nini.

Pag. eadem 104. lin. 38. In BERNARDINO CAMPANARI.

Ubi dicit. Jam proximus electioni Episcopatus: adde Ferentini in Hernicis; ut Franciscus Dominicus ejusdem Bernardini ex Fratre Pronepos Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Verulanæ, septuagenarius senex, ex Lauretana peregrinatione redux, & ad Sanctuaria Assisiensia religionis gratia divertens, Hospes meus, die 15. Aprilis anni 1733., quo tempore Cęnobii S. Petri Assisii Abbas eram, mihi ipsi affirmavit.

Pag. eadem 104. lin. 41. Adde.

BERNARDINUS SAIVEDRA natione Apulus Tranensis Patria in Sac. Casin. Cęnobio inter Monachos admissus, cum bonæ frugi vir evasisset, ejusdem Casinensis Monasterii Neapoli Procurator plures annos fuit; deinde Prior electus in eodem Casinen. Asceterio annis quatuor eo munere functus est; demum creatus Abbas, laudato Archicęnobio aliquandiu prefuit, quo tempore dum Neapolitani Regni Monasteria Visitatoris authoritate inviseret, Andrię in S. Marię Miraculorum oborta ęgritudine, divinis Sacramentis munitus, animam piissimè Deo reddidit an. 1624. die 18. Nov. Magno omnium Monachorum luctu, ob ingentem ex obitu tanti Viri provenientem universę Congregationi, nedum Casinensi Archisterio jacturam. Hic adhuc in juventute existens, composuit -

Dissertationes duas Italica lingua; primam *de existentia* apud Casinum Sacri Corporis SS. P. Benedicti, & quod nunquam illinc in Gallias deportatum fuerit, multis probat, quam dissertationem Matthęus Lauretus creditur vidisse. Secundam *de Monachatu Benedictino* S. Gregorii M., quę in Tabulario Casin. asservatur, teste cl. Erasmo Gattola in Hist. Mon. Casin. tom. 1. par. 2. pag. 769. ubi de eo agit, & etiam supra pag. 104. in Serie Abbatum. Affert quoque Gattola testimonium D. Antonii à Neapoli Archivi Casin. tunc prefecti an. 1624. qui eum tum prudentia, tum vitę sanctitate, & doctrinę præstantia celebrem appellat, ab omnibus propterea plurimum dilectum, & honoratum. Pag.

Pag. 105. lin. pen. In BERNARDO CLAVELLO. B

Ubi dicitur Arpinum Volſcorum olim valde celebrem Civitatem, ruinis, ruderibuſque ferè nunc obrutum &c. Intelligendum eſt de Veteri Arpino, ejuſque magnificis, ac præclaris ædificiis, præſertim à Marco Tullio, & Cajo Mario conſtructis, ut ex ipſo Clavello cõnſtat, & ut ferè omnibus ædibus antiquis ubique terrarum, Romæ præſertim, & Carthagine, eveniſſe conſpicitur, juxta illud Italici Homeri -

Giace l' alta Cartago, e a pena i ſegni
Dell' alte ſue ruine il ſito ſerba
Mujono le Città, mujono i Regni
Cuopre ogni pompa, e faſto arena, ed erba &c.

Et de Urbe Roma [antiqua nempe] Joſeph Silos Icone 3.

Reginam, ut Latii Romani, & compendia Mundi
Æternunque caput cerneret imperii
Noricus Arctoo venit Peregrinus ab Orbe
Vicit, & æthereas per juga celſa vias
Jam ſubit in Tybrim: hic jam circumſpectat, & illinc
Et ſeptem geminis itque, reditque jugis
Matrem Orbis, Dominamque Urbem dum querit in Urbe
Nuſquam Romulidum Urbs obvia in Urbe fuit.
Proh! rerum, inclamat fatum reſolubile! conſtat
Heù nihil, heù celeri turbine cuncta rotant &c.
Non Romam, at Romæ exuvias, gelidumque cadaver
Et cinerem magnæ Matris, & oſſa vides,
Quin laniata ævo, diſcerptaque vindice ferro
Hùc, illùc ſparſo marmore fruſta jacent
Non Arces, non Templa nitent, non tecta Quirini
Aurea, nec celebri ſaxa animata manu.
. . . . totum at nunc vaſta ruina eſt
Conſenuit, tremulo vertice genua labant
Nempe manent ſua fata Urbes, manet inclyta Regna
Funus atrox, Regum: & tecta ſuperba cadunt &c.
Inſpexiſſe tamen pretioſa cadavera Romæ
Inclyta ſat merces eſt, pretiumque viæ.

Et ut, magis adhuc recentiora afferamus, Epigramma Italicum Hieronymi Preti de eodem argumento adiiciamus.

Qui fu quella d' Impero antica ſede
Temuta in Pace, e trionfante in Guerra
Fu, perch' altro che il luogo or non ſi vede
Quella che Roma fu, giace ſotterra
Queſte, che l' erba copre, e calca il piede
Fur moli al Ciel vicine, ed or ſon terra
Roma, che 'l Mondo vinſe al tempo cede
Che i piani inalza, e che l' altezze atterra
Roma in Roma non è. Vulcano, e Marte
La grandezza di Roma a Roma han tolta
Struggendo l' opre di natura, e d' arte
Voltò ſoſſopra il Mondo, e in polve avvolta

B

E fra queste ruine u terra sparte
In se stessa cadeo morta, e sepolta.

Hæc Silos, & Preti de veteri Roma, licet recens Roma tanta sit Urbs, omnium totius Orbis Urbium nunc etiam clarissima, ac pulcherrima: Quid ad hæc Arpinum? culex scilicet ad Elephantem.

Licet Arpinum in præsens, ut Cl. ac doctissimus Abbas Erasmus Gattola Epist. ad me data 13. Kal. Augusti scribit - Oppidum sit amplum, & habitatoribus fræquens, honestis Civibus, ac pluribus J. U. Doctoribus refertum, & lanificio suo celebre. Esto Michael Antonius Bodrantius Lexici Geographici pag. 61. edit. Patav. an. 1691. disserte dicat, *Arpinum hodie Castrum est, & paucis constat Incolis*. Ego cum locum non viderim, Erasmo viciniori (nam Arpinum 9. tantum milliaria à Casino Monte distat), quam Bodrantio extero, ac remoto, credendum reor, quamvis ipsemet aliquot in locis laudati Lexici asseveret se Italiam, & Regni Neapolitani varias oras lustrasse.

Pag. 106. lin. 22. Adde.

BERNARDUS PENNITTINI à Panormo Poesi sacræ addictus. Ejus ingenii monumentum sunt inter alia quatuor haud parva Carminum volumina, quorum titulus,

Agiomachia, ubi plures Patrum vitæ heroicè describuntur, ac in Bibliotheca Sac. Monast. Casinen. asservantur. Ita prorsus Cl. Vitus Maria de Amico Monachus Catanensis in supplemen. ad Sicil. Sac. Rocchi Pyrrhi edita ann. 1733. Venet. quamvis ibi dicatur Panormi, tom. 2. pag. 1669. in Notitia S. Martini; sed cum illic Epocha nulla notetur idem de hoc Bernardo dicendum esset, quod supra de Adriano Miranda, & de Archangelo Zuccarato diximus, indubitanter scilicet Casinensis Congregationis Monachum eum fuisse, ex hoc solummodo, affirmari non posse: Nisi postea idem Vitus Epist. ad me data an. 1734. ex Regesto Monachorum S. Martini de Scalis attulisset ejus Monasticam Professionem in eodem Cœnobio an. 1632. die 21. Martii, ex quo dubium omne tollitur nostræ Congreg. Monachum Bernardum extitisse.

Pag. 108. lin. 4. In BONAVENTURA FINARDI.

Excessit è Vita Finardus Venetiis in S. Georgio M., ubi à tribus jam annis Abbatis munere fungebatur, pulmonum ardore, & pectoris Apostemate consumptus ineunte an. 1733. die 5. Januarii ętatis suę circiter 60. amicorum omnium, ac in primis meo, ingenti dolore.

C

PAg. 109. lin. 27. In CÆSARE GOTHO.
Ubi dicitur an. 1672. contigisse Messanensium defectionem, sic corrige 1674. ex Antonino Mong.

Pag. 110. lin. 12. Adde.

CÆSARIUS FUNETTI nobilis Cęsenas, percelebris, ac doctiss. Cardinalis de Albicis sanguine propinquus, in Cœnobio S. Mariæ de Monte extra Cæsenam Monachis nostris adnumeratus est an. 1625. die 7. Oct. Severiores ęquè disciplinas, ac humaniores litteras coluit, quarum specimen dedit sequenti lucubratione.

1 *Plau-*

C

1 *Plausus Illmo, ac Rmo* D. Stephano Brancatio S. Adriani Calabriæ Provinciæ Abbati, V. S. Referendario, & Cæsenæ Urbis Gubernatori vigilantiss. D. Cæsarius à Funettis Cæsenas in Monasterio S. Mariæ Decanus Casinensis, Philosophiæ, ac Theologiæ Lector, arguendo contra Conclusiones publicè defensas in Ecclesia PP. Eremitarum S. Augustini prò solemnis D. Catharinæ V. & M. dicatas eidem Illmo, ac Rmo, alludens ad ejusdem stemma, coram illo, virtutes ejus, rudibus licet delineamentis, adumbrans, sic dicebat &c. Elogium hoc impressum fuit an. 1643. sed absque nomine Impressoris, & loci. Abbas postea creatus, Monasterium S. Vitalis Ravennæ administravit ab an. 1664. usque ad an. 1667. quo tempore Cardinalis Cœlii Piccolominei Senensis, Legati à Latere Provinciæ Emiliæ [nunc Romandiolę] rogatu, imò jussu, sequens opus composuit, cujus hic est titulus -

2 *Introductio proemialis* ad intelligendum, & interpretandum non solum Psalterium Davidis, sed totam etiam Sacram Scripturam, acta, & habita à D. Cæsario Funetti Abbate Casinensi S. Vitalis Ravennæ, de mandato Emi, ac Rmi D. D. Cęlii Card. Piccolominei Legati à Latere Provinciæ Romandiolæ SSmi D. N. Alexandri Papæ VII. coràm eodem Emo in suo Apostolico Palatio, in quo jussit introduci *Academiam veteris, ac novi Testamenti*; hoc tamen consilio, vel proposito, ut jam supradictus Abbas incipiens à Psalterio Regis Prophetæ, esset Paraphrastes, qui sic in suggesto ratiocinatus est „ ut imperio Eminentiæ suæ obtemperaret, & ejus pietati, ac de„ votioni satisfaceret, nec non vulgaretur humillimus, addictiss. & obse„ quentiss. servus tanti Principis, qui sicut est decus, & gloria Urbis, & Or„ bis, ac ornamentum Purpuratorum Sac. Collegii, ita universæ virtutis Epi„ logus, & cunctigenæ laudationis dignoscitur grande compendium. Incipit - „ Multis Explosis argumentis, nihil præclarius, ad manum promptius, & ad „ meam imperitiam explicandi Sac. Scripturam præstantius adesse poterit, „ quam illud Atheniensis Oratoris Periclis &c. est MS. in fol. apud D. Petrum Paulum Ginanni Ravennatem Monachum, & Priorem Casinensem, & in Collegio Anselmo - Benedictino Romæ Sac. Theologiæ Lectorem, qui eandem Isagogen eruditam, pulchram, & efficacem esse per Epist. mihi testatus est; addens Cæsario propositum fuisse totum Psalterium multifariam prò sensuum literalis, allegorici, tropologici, & anagogici diversitatem explicare, ut ipsemet Cæsarius indicat, hujusce *introductionis* pag. 3. quod an perfecerit hactenus est incompertum.

Pag. eadem 110. lin. 12. Adde.

CAMILLUS AFFAROSI nobili genere Regii - Lepidi ortus, ibidem in Monasterio S. Petri Claustralem vitam elegit an. 1699. die 2. Aprilis, & post Decanatus promeritum honorem ęconomico officio in eodem Cęnobio laudabiliter functus est. Romam deinde profectus in Basilica S. Pauli Pœnitentiarii munere decoratus an. Jub. 1725. Apostolicum ministerium sedulò, ac utiliter adimplevit. Quod ad litteras verò pertinet, ex quo Cl. Benedicti Bacchini discipulus extitit, ad optima studia, præsertim antiquitatis, eximium amorem concepit, quo ductus inclyti Cęnobii sui Historiam concinnavit libris duobus distinctam, quam approbantibus Josepho Maria Sandio D. Justinæ Bibliothecario, & Augustino Randino ibidem Priore. Viris egregiè doctis, Patavii evulgavit cum hoc titulo -

Me-

C *Memorie Istoriche* del Monastero di S. Prospero di Reggio date alla luce da D. Camillo Affarosi Monaco Benedettino della Congregazione Cassin. nel Monasterio di SS. Pietro, e Prospero della medesima Città. Parte prima usque ad an. 1314. In Padova 1733. Per Gio. Battista Conzatti. 4. pag. 463.

In hoc opere intermiscet etiam Camillus compendiariam Historiam tum Episcoporum Regiensium, tum publicorum eventuum, qui aliquo modo cum rebus ejusdem Monasterii conjuncti sunt. A pag. autem 339. usque ad 352. texuntur Italicè vita, & miracula S. Venerii Abbatis, tum à pag. 363. usque ad 463. sequitur Collectio Documentorum, & Monumentorum, quæ in hisce Memoriis Historicis allegantur.

Hoc Camilli opus magna cum laude referunt Ephem. Liter. Albritianæ die 28. Augusti num. 35. an. 1734.

Pag. eadem 110. lin. 27. In CAMILLO MANCINI.

De eo etiam Vitus de Amico supplem. Sic. Sac. Notit. 1. S. Martini pag. IV. num. LXXVII. & iterum Notit. IV. S. Nicolai de Arenis pag. 55. num. X. ubi à morum comitate, & prudentia eum comendat.

Pag. 112. lin. 41. In CASIMIRO CHRANOVIO.

Scripsit etiam jussu Severini Pepe Abbatis Casinensis an. 1678.

Elogia Casinensium Abbatum ab eo loco, ubi celeberrimus Marcus Antonius Scipio desierat, quæ MSS. asservantur in Archivio Casin. ut testatur cl. Erasmus Gattola in addit., & correct. Historiæ suæ Casinatis, pag. 945.

Pag. 113. lin. 24. In CASIMIRO FRESCHOT.

De ejus libro. *Pregi della Nobiltà Veneta* meminit N. Langlet dù Fresnoi in *Methodo studendi* Historiis impress. Ital. Venet. 1726. in 8. apud Sebast. Coleti c. 46. pag. 26.

Pag. 114. lin. 42. Adde.

CASSIODORUS BERTHOLINI Mantuę Familiâ satis honestâ modo extinctâ prodiit, & in Monasterio S. Benedicti de Padolyrone Congreg. nostram ingressus est an. 1648. die 17. Sept. Vir probus, & optimi exempli, quem ego adhuc in Monastico Tyrocinio positus Romæ sępius vidi an. 1677. & seqq. ubi Monialium nostrarum S. Ambrosii de Maxima, Confessiones aliquot annis excepit. Scripsit stylo satis florido, & amęno, ut per ea tempora usus obtinebat

Breve, e succinta narrazione delle sante, e degne Virtù della divota Cassinen. M. D. Aurelia Franchi Monaca in SS. Cosma, e Damiano di Brescia dell' Ordine di S. Benedetto, composta in S. Scolastica di Subiaco l' anno 1674. adi 27. Settemb. Extat Authographa MS. in Archivo præfati Monast. SS. Cosmæ, & Damiani, unde nuper excripta fuit, & ejusdem Synopsis mihi ab Amico eruditissimo D. Angelo Calogierà communicata, quam in nostro Catalogo Virorum Sanctitate Illustrium è nostra Congregatione L. A. pag. 13. & seqq. Lectoribus exhibemus. Ceterum Cassiodorus fuit etiam Confessarius earundem Monialium SS. Cosmæ, & Damiani Brixiæ, quo tempore laudatæ quoque Aureliæ Spiritualem curam gessit. Prior deinde renunciatus ejusdem S. Benedicti Mantuani, munus summa prudentiæ laude, ac vigilantia Regularis disciplinæ quinquennio exercuit, quo expleto ibidem piissimam, & Justis simillimam mortem oppetiit an. 1696. die 23. Oct. ætatis suæ an. 67. pluribus pietatis, ac beneficentiæ suæ in eodem Cœnobio monumentis relictis, inter quæ marmoreum ejus Templi Altare in

quo

quo SSmæ Euchariſtiæ Sacramentum aſſervatur, haud parvo impendio ipſe conſtruendum curavit. **C**

Pag. 115. lin. 47. Adde.

CHERUBINUS LAZZARONUS Venetus noſtræ Congreg. Monachus, Iadræ publicus Artium Profeſſor, compoſuit. *Zara.*

1 *Epigrammata duo* Illmo, ac Rmo D. Jo: Baptiſtæ Agucchio Archiep. Amaſien. in Ser. Ven. Dominio Apoſtolicæ Sedis Legato. Venetiis apud Ant. Pinellum 1624.

2 *Epigramma* Rmo D. Cornelio Merendellæ Ab. S. Georg. M. in ejus reditu à Capitulo Generali, impreſſum.

3 *Triumphum* Franciſci Zeni Dalmatiæ, ac Epiri Præfecti; 84. verſibus Virgilianis decantatum, Venetiis per manum Ginamini 1633.

Pag. 117. lin. 19. In CHRYSOSTOMO CALVINI.

Integer titulus ejus Tranſlationis S. Dorothei hic eſt.

Sancti Dorothei Sermones XXI... à Chryſoſtomo Calabro Monacho Caſin. è Græcâ in Latinam linguam tranſlati. Venetiis apud Bologninum Zalterium 1564. in 8. nuncupatio verò libri talis eſt. „ Religioſæ non minus, quam „ Sacrarum Litterarum ſtudioſæ Juventuti Caſinati Chryſoſtomus Calvinus „ Calaber Gimilianenſis, Monachus, & ipſe Caſinas S. P. D. -

Subdit autem poſt quædam Calvinus rem notatu dignam, nempe. „ Vertebrat olim illos [Sermones], Monachus quidam Hilarion Veronenſis, homo „ ſanè Latinis apprimè eruditus; Ceterum multis quidem in locis, vel quod „ Græci Sermonis ſenſum non aſſequeretur, vel certe [quod magis credo] „ quia mendoſis uſus ſit exemplaribus, lapſus eſt, & compluribus abundavit „ erroribus &c. ex Monaſterio Melitenſi prope Raguſium idibus Maii 1563. *De eo in noſtra Bibl. 1. part. Lit. H pag. 224. & ſeq.*

Pag. 120. lin. 5. In COLUMBANO BORDONO.

In Bibliotheca S. Georgii M. Venetiarum reperitur Columbani Bordoni *Panegyris* in ſolemni tranſlatione S. Juſtinæ Patavinæ impreſſa Patavii an. 1627. apud Joſephum Sardi quæ forte eadem eſt, ac ejus Oratio in feſto S. Juſtinæ in Bibliotheca relata.

Pag. 121. lin. 22. In COLUMBANO A BRIXIA.

Ubi dicit, in fine, adde pag. 82. primæ editionis Romanæ apud Galeatium Chracas an. 1689.

Ibidem lin. 27. ubi dicit - Ne dà in luce alcune; adde, Ottave.

Pag. 127. lin. 9. n. 21. In COSTANTINO CAJETANO.

Ejus Epiſtola, de Simulacro SSmi Crucifixi in Baſilica S. Pauli de Urbe magna veneratione culto, à Michaele Juſtiniano relata, ut ibi dicitur in Epiſtolis memorabilibus parte 3. pag. 233. edit. Romæ apud Tinaſs. 1675. talis eſt-

„ La Sacra bocca, palato, e dentatura con la poſitura del SSmo Crocifiſſo „ della Sacroſanta Baſilica Patriarchale di S. Paolo, per ogni oſſervanza, „ che da vicino conſideratamente da me ſi è fatta, biſogna in ogni modo „ affermare, che non vi ſia ſemplicemente l' antico artificio fatto dal ſuo Maeſtro alcune centinara d' anni prima, che parlaſſe alla di ſe divota S. Brigida Principeſſa di Svezia, ma che v' intervenga qualche particolar grazia, e „ del divino laſciatoci dall' iſteſſo Criſto nell' atto non ſolo della ſua divina favella, ma anche doppo, come da ogn' uno ſi può facilmente oſſervare. „ Si prova queſto particolarmente, che avendo io peregrinato per tutta quaſi l' Ita-

C ,, l' Italia, e fuori di quella, & in Sicilia, & avendo visitato, e riverito quasi in ,, tutte le Città, e luoghi particolari di dette Provincie moltissime Imagini di ,, Cristo Crocefisso, & in niuna di quelle, benche ottimamente intagliate, e ,, con artificio particolare, ho visto che abbiano una sì fatta bocca, palato, e ,, dentatura con sua positura, quali a riguardarli insieme con la divozione, ,, che partoriscono internamente, si vede non so che di timore, e meraviglia. ,, Quanto alla materia di detto Santo Crocefisso è di legno Cipresso, si come ,, ho considerato con la presenza di Maestri di legname, e la Croce è di no- ,, ce, e la sua grandezza è qualche poco maggiore della statura di un uomo or- ,, dinario. Quando fu fabricata la sua Testa, è faccia, per quanto si può con- ,, siderare, teneva, sì come la bocca, così gl' occhi serrati, & il detto ,, Capo stava chino in atto di morto, il che appare dall' apertura del Costato. ,, Mà per divino volere, mentre parlò alla sudetta S. Brigida, che stava ,, orando al lato destro, si vidde, che il capo alzatosi si voltò arrivando anche ,, il Collo, aprendovi non solo la bocca, in atto di parlare, ma anche gli oc- ,, chi, che guardavano l' Istessa Santa &c.

,, Si trova l' originale nella Biblioteca della Sapienza, d' onde si è avuta per ,, opera di M. Severoli Avvocato Concistoriale.

Pag. 130. lin. 9. In eodem COSTANTINO CAJETANO.

Librorum ejus de Nummis, & Numismatibus &c. meminit Philippus Labbè etiam in *Bibliot. Biblioth.* edit. Paris. an. 1664. pag. 26.

Pag. 133. lin 22. In eodem CAJETANO.

Indicem vero MSS. Librorum Bibliothecæ Anicianæ, qui paginis XV. continetur, an. 1733. ego ipse Venetias misi ad Cl. & eruditiss. P.D. Angelum Calogiera Camaldul. ejus opusculis Philologicis inserendum, & imprimendum.

Pag. eadem 133. lin. 42. In eodem CAJETANO.

Meminit ejus ipse Alphonsus Ciaccon. in Vit. Pont. edit. Romæ an. 1677. tom. 1. col. 780. ubi loquens de B. Gregorio Cardinali Ostiensi Abbate olim SS. Cosmæ, & Damiani Romæ Transtyberim (quod Monasterium propter quotidianas panis eleemosinas pauperibus abunde elargitas, ad *micam auream* vocabatur, nunc autem Cœnobium est Monialium S. Claræ Fratribus S. Francisci Aracœlitanis de Observantia subjectum, *S. Cosimato* vulgò appellatum.] Hujus vitam, inquit Ciacc. scripsit *Constantinus Cajetanus* Abbas S. Baronti, & Romæ edidit 1616. in 4. Golmarius quoque Marsiglianus in Prologo Vitæ S. Firmani Piceni Abbatis Italicè à se descriptæ, & impressæ Tarvisii an. 1726. narrat vitam Latinam ejusdem S. Firmani à Theodorico Floriacensi Monacho anno ultimo Othonis III. Imperatoris exaratam, advectam primùm fuisse Romam circa annum Domini 1645. à Constantino Cajetano, qui illam ex antiquissimo exemplari MS. charactere Langobardico Petri Novellani Syracusis asservato, exscripserat; quæ vita extat modo Romæ in Bibliot. *Sapientiæ* inter Opera MSS. ejusdem Constantini Cajetani.

Idest Hieronymus Lagomarsinus Soc. Jesu.

Pag. eadem 133. lin. 43. In eodem CAJETANO.

Philippus Labbè ei etiam tribuit librum -

De Ponderibus medicinalibus, post Gasparem Molfium, & Simlerum in Epitome Gesneriana.

De ejus libello, *De Religiosa S. Ignatii institutione &c.* magna cum vituperatione loquitur N. Langlet du Fresnoys [is enim est Author *du Cataloque des principeaux Historiens &c.*] in *Methodo studendi Historiis* è Gallico in Ita-

Italicum translata, & Venet. impressâ 1726. in 8. apud Coletum cap. XIII. in Hist. Jesuit. pag. 53. cui propterea idem repetendum est, quod supra in his ipsis Additionibus ad Arnoldum Wionem, de eodem diximus. C

Pag. 136. lin. 7. In eodem CAJETCNO.

Ejus etiam defensionem contra Allatium, & Erythræum adornavit Al. ac doctiss. Abbas Erasmus Gattola, eamque Julio Ambrosio Lucenti Abb. Cisterciens. misit, qui Latinè suo Stylo redditam in Italiâ Sacrâ Ughelliana restricta, aucta &c. imprimendam curavit, ubi de Episcopatu Casinensi agitur.

De Constantino Cajetano Vitus de Amico suppl. Sic.Sacr.edit. Catanæ 1733. in Not. IV. S. Nicolai pag. 52. n. XVI. & pag. 53. n. V., ubi multis eum laudat. Sed ejus assertioni de perpetua Vaticanæ Bibliothecæ custodia ei à Clemente VIII. demandata, ob dicta in mea Bibliotheca, minimè assentior.

Pag. 138. In CONSTANTINO ROTIGNI.

Composuit novissimè [1733.]

Dissertationem Epistolarem pro Apostolicorum Canonum, & D. Augustini mente, *De Romani Pontificis* supra Generale Concilium Authoritate assequenda, qua de re disputationem cum *Raymundo Missori* Min. Conventualium Magistro per Epist. instituit propediem Venetiis ex Typographia Francisci Pitteri in publicam lucem emittendam, ut asserunt Ephemerides Litterariæ Albritianæ Venetiis impressæ an. 1733. die 31. Octob. ubi celebris Theologus, & doctus Criticus, & Cl. Bened. Bacchini dignus alumnus nuncupatur. Degit nunc Ravennæ Sac. Canonum Prçlector, & Tyronum in Monastica disciplina sedulus, ac diligens Institutor. Prodiit die 24. Aprilis cum hoc titulo.

De Canonibus vulgò Apostolicis ad editas jam Vindicias SS. Cypriani, ac Firmiliani, & de Papæ judicio comparatè ad Concilium prò vindicando S. Augustino à tergiversationibus nuperrimi defensoris Declarationis Gallicanæ Dissertatio duabus Epistolis comprehensa, altera Critica R. P. *Constantini Rotigni* Monachi Cassinensis in Ravennate Monasterio S. Vitalis Sac. Canonum Interpretis, altera Apologetica R. P. *Raymundi Missorii* Minoritç Conv. prò Serenissima Venetorum Republica Revisoris publici. Venetiis 1734. Apud Franciscum Pitterum Bibliopolam in 4. pagg. 98. Ita Ephemerides Albritianæ, hæc addentes „ Come consta dal titolo, la dissertazione presente viene formata da due erudite lettere, l'una Critica del Padre *Rotigno*, „ l'altra Apologetica del Padre *Missorio*. Ambe versano sopra i due celebri „ Canoni XLV. e XLVI., detti communemente Apostolici, ne quali rigettasi il Battesimo degl' Eretici; ambe dimostrano sopra di ciò l'ottime conghietture, e la fina Critica del loro rispettivo Autore per rapporto alla „ mente di *S. Agostino*; ambe finalmente sono composte con quella civiltà, ed „ onestà, che conviene ad un dotto, e religioso Critico —

Pag. 139. lin. 17. In CORNELIO CODANINO.

Ipse etiam creditur scripsisse.

Vitam D. Joannis Baptistæ Nani nobilis Veneti, Monachi D. Georgii M. Venet. morum Sanctimonia celebris, de quo Nos in Catal. Virorum Sanctit. Illûm Lit. I. pag. 21. & seqq. quç MS. reperitur in Bibl. S. Justinæ Patav. in Hist. Monast. D. Hieronymi à Potentia, de quò item in Bibliot. parte 1. Lit. H. pag. 219.

Pag. eadem 139. lin. 26. In eodem CORNELIO CODANINO.

In Bibliotheca S. Georgii M. Venet. reperitur Cornelii Veneti (qui creditur esse Codaninus) E *Ode*

C *Ode versibus Sapphicis* in laudem Rmi P. D. Aloysii Squadroni Abbatis S. Georgii M. ac Præsidis Congreg. Casinensis, est impressa, sed absque nomine Impressoris, & loci.

Pag. 140. lin. 14. In CORNELIO DE FRANCESCHIS.

Ejus Oratio in Nativitatem Domini sic inscribitur.

Cornelii Franciscii Veneti Benedictini Oratio in Natalem Domini, in Ecclesia Servorum 1572. habita; Venetiis per Jac. Simbenium 1573. in 4. An autem aliæ ejus lucubrationes typis pariter traditæ sint, adhuc habeo incompertum.

Pag. eadem 140. lin. 18. In eodem CORNELIO DE FRANCESCHIS.

Sed observandum, Cornelium hunc de Franceschis Monachum fuisse Congreg. Melitensis in mari Adriatico, ut ex nuncupatoriâ ejus Orationis in *Nativitatem Domini* patet; nisi forte etiam ipse ex eadem Congreg. Melitensi ad nostram Casinensem transierit, vel in nostris Monasteriis, ut plures alii Melitenses Monachi, Studiorum causâ aliquandiù permanserit, ex quo inter Casinenses Monachos, scriptoresque recenseri meritò possit: dicavit autem eam Orationem studiosæ Juventuti FF. Ord. Servorum B. M. Virginis, quam etiam religiosam Juventutem Hebraicam linguam, aliasque scientias edocebat, ut ex eadem Epistola nuncupatoriâ cognoscitur.

Pag. 142. lin 33. In CORNELIO MARGARINO.

Laudatur ejus Bullarium Casin., præter plurimos alios Authores, à Laurentio Marchiò Lucensi in libro, cui titulus — *Il Forastiere informato delle cose di Lucca*. Lucæ an. 1721. in 4. apud Marescandolos, pag. 105. & 106. Meminit etiam ejusdem Bullarii N. Langlet dù Fresnoy in Methodo studendi Hist. e Gallico in Italicum Sermonem conversâ, & Venetiis impressa 1726. in 8. cap. 11. pag. 39. Ad Cornelium Margarinum legitur Epistola Caroli Magri, Dominici, Hierolexici Authoris Fratris, *de Picturis* septimi sæculi, & sequentium Romæ formatis: est MS. apud me.

Pag. eadem 142. lin. 35. In CORNELIO MERENDELLA.

Corrigendus est primò annus Monasticæ Professionis, qui fuit 1592. die 17. Jan. non verò 1621. die 2. Aprilis, ut ibi per errorem dicitur; deinde animadvertendum est, eum scripsisse Epistolam in Bibliotheca relatam ad Josephum Pisanum an. 1628. non autem 1648. ut in eadem Bibliotheca perperam scribitur. Denique sciendum est, illum Abbatem fuisse S. Georgii M. Venetiarum, ex Chronologia Abbatum ejusdem S. Georgii M. Venet. ab an. 1622. usque ad an. 1627. quo ad regendum Monasterium S. Jacobi Pontidæ transivit. Anno autem 1633. iterum Cœnobio S. Georgii M. præfuit usque ad an. 1637. post quem Monasterium S.S. Felicis, & Fortunati Vicentiæ administrandum suscepit: Præter autem laudatam ad Josephum Pisanum Epistolam, alia reperitur an. 1630. ad Populum Pontidiacum, quę fuit quidem impressa, sed ut iterum imprimatur dignissima ob profundam, selectamque doctrinam, & eximiam, quam præsefert erga eundem Populum charitatem, & spiritum verè Apostolicum, quo repleta est. Ejus exemplar ab Amico nobis cōmunicatum, in gratiam pii, ac Religiosi Lectoris hic exhibemus.

„ *Cornelius Abbas de Cella*, qua detinetur, ad Populum Pontidæ Anno Do-
„ mini 1630.

„ De fenestra cubiculi, quin potius de foramine ergastuli, quo propter te deti-
„ neor, ad te locuturus, vidua Plebs mea, quid solatii, quid præsidii
„ præstare possim, vix video. Cum non solum percusserit te Dominus in honora-

bili-

C

„ bilibus Civibus tuis diro pestilentiæ flagello, & circumædificaverit adversum te, ut non egrediaris, & aggravaverit compedem tuum, & concluserit vias tuas vallis, & vectibus, sed præcipitaverit, nec pepercerit, omnia speciosa tua; destruxerit in furore munitiones tuas, & dejecerit in terram; Tollens, scilicet Sacerdotes, & Pastores tuos, qui tibi verè sunt spirituales munitiones, alterum per mortem, alterum auferens per carcerem. Doleo, quidem, super te, & doleo vehementer. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescit dolor meus, & si tacuero, non recedit à me. Verum, si & verba subtraxerit, quæ sola ei remanserunt, Pastor conclusus, quo pabulo vescentur pauculæ oves? quo duce rectam viam tenebunt errabundæ pecudes? Loquar, loquar in amaritudine animæ meæ, primò verba supplicationis, & dicam Deo. Noli nos condemnare. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, neq; novissimarum. Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, & erue nos à mala morte. Deinde loquar vobis, Dilectissimi in Christo, verba commonitionis, & dicam cum Isaia Propheta. Derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum. Tria enim hæc, si unquam præstanda fuere, modò in primis præstanda sunt, quando utraq; periclitatur salus, animę videlicet, & corporis. Abiicere, inquam, & derelinquere vias peccatorum, pravas dimittere cupiditates, & ad Deum toto corde converti. Quis scit si convertatur, & ipse Deus, & ignoscat, sicut fecit Ninivitis, & revertatur à furore iræ suæ, & non peribimus omnes, sicut plurimi vicini nostri perierunt? Quod ad me attinet, maxima mihi tristitia est, quòd prohibitus sum vos, sicut cępi, in publicis supplicationibus cum vexillo Sanctissimæ Crucis anteire, peccatorum confessiones audire, Sacrum viaticum infirmantibus exhibere, Missæ Sacrificium Deo offerre, cæteraq; sacerdotalia munia implere. Sed cum nihil horum valeam, effundo pro vobis in conspectu Dei orationem meam, & tribulationem vestram, atq; meam ante ipsum pronuncio, sperans in divina Bonitate, quòd pro sacrificio sit accepturа meum non posse, sed velle consuetum offerre Sacrificium; & utinam inveniat gratiam in Majestatis suę conspectu petitio mea, ut quam primum educar ab isto carcere. Intrepidus subito revertar ad pristinas functiones, & ad debita justitiæ, & pietatis officia. Et signo Crucis, non pharmaco munitus, aut balsamo ægrorum thalamos penetrabo securus. Quod si contingat pro vobis erigendis, & juvandis, me cadere, & succumbere; pergratum mihi erit, & persuave, pro illis animabus facilem unam, & brevem subire mortem, pro quibus Dominus meus Christus Jesus pęnas innumeras pertulit, & mortem amarissimam. Abeant, abeant onerosi illi consolatores, & consiliatores, qui dicunt animæ meæ. Transmigra in Montem, seu in Villam, sicut passer, sicut homo levis, sicut inconstans, qui onus animas curandi, quod mecum portare debuerant, à propriis humeris excutere, & à meis deiicere satagunt; & onus damnabilis negligentiæ mihi imponere nituntur, dum suadent, quòd dimissa Pastorali cura cum morbidis ovibus, ad salubriora me recipiam loca, ut vitam hanc miseriis plenam servare queam, majoribus certè, ac gravioribus suppliciis reservandam. Cum fortissimo illo Joab magni Davidis Duce, tenente cornu altaris, dum peteretur ad necem, iterum, atque iterum respondere paratus sum. Non egrediar, non egrediar, sed hic moriar. Quamvis in Domino confido, quòd non moriar. Vos interim Charissimi filii, quorum eximia charitas multis

Job. 16.
Job. 10.
Ps. 78.
Isai. 55.
Ps. 141.
Ps. 10.
3. Reg. 2.

C ,, mihi jam argumentis innotuit, ſtate in Domino, illum timere, invicem
,, diligite, invicem ſubvenite: culpas plangite, & quantum diſtat ortus ab
Pſ. 102. ,, occidente, illas à vobis longè facite. Jam enim incipiunt miſeriæ. Jam,
,, quod procul ſonabat malum in aliis, propè ſævit in nobis. Jam à nobis
,, ſpreta Divinæ comminationis verba tranſierunt in juſtiſſimæ animadverſionis
,, verbera. En morimur dilectiſſimi, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram.
,, En incipit judicium à Domo Dei, extincto nuper hujus Eccleſiæ Miniſtro,
,, qui veſtras animas regebat. En deſpicimur ab amicis, en eiicimur ab Ur-
,, banis, quaſi percuſſi à Deo, & humiliati, ità ut poſſimus cum afflicto
Pſ. 37. ,, Rege dicere. Amici mei, & proximi mei adverſum me appropinquave-
,, runt, & ſteterunt. Ubiq; cætus gementium, ubiq; chorus lamentantium,
,, ubiq; greges dolentium. Quos auribus percipiens ex hoc deſerto habitacu-
,, lo, exitus aquarum deducunt oculi mei; fletibuſque hujus Populi, lachry-
,, mas meas aſſocio, totuſque mærore tabeſco. Tabeſco, inquam, quia non
,, ex corporali præſentia veſtræ communico tribulationi, & orationi. Tabe-
,, ſco, quia nec ipſe vobis Sacerdos preſto eſſe valeo, nec alium Sacerdotem
,, vobis providere, cum unuſquiſq; ſibi caveat, ſibi timeat, ſibi conſulat, &
,, utinam benè conſulat. Quale itaque gaudium mihi erit, qui ultra hęc, in
Job. 5. ,, tenebris, & in vinculis ſedeo, & lumen Coeli non video? Non video Do-
,, minum Jeſum, qui eſt verum lumen Coeli, & vera lux mundi: Cum cellæ
,, limitibus coarctatus; nec ſacrum facere, nec minus videre permittor?
,, Verè Domine, ſuper me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus
,, tuos induxiſti ſuper me. Sed, quæſo, educ de cuſtodia animam meam
Pſ. 87. Pſ. 141. ,, ad confitendum nomini tuo: ſicut, & antea faciebam in Eccleſia hac
,, magna, in populo frequenti laudans te. Qui Populus hodie, heu ra-
Pſ. 34. ,, rus nimis, & diſperſus, pars vagatur quærens abſconſionem, & ſe-
,, curitatem à contagio, & à celeſti fulmine: pars ſedet pavidus domi, nec
,, præ timore appropinquare audet templo, ex quo, licet de loginquo, audiens
,, Fratrum meorum preces in Choro pſallentium, utcumque recreetur ſpiri-
,, tus meus; tamen quia particeps mihi non videor eſſe cęterorum canen-
,, tium te: me tanquam mortuum arbitror à corde, & vulneratum in
,, ſepulchro, cujus non ſis memor amplius. Ad Vos iterum redeo. Cha-
,, riſſimi, quos conſolari, quos animo erigere cupio, & corpore ſervare:
,, hortorque vos obnixè, ut poſt exactam peccatorum expiationem, poſt
,, humiles, & fervidas orationes, poſt carnis caſtigationem, poſt paupe-
,, rum refectionem, etiam aliquo voto publico, & communi, divi-
,, nam Juſtitiam flectere, & miſericordiam conciliare ſtudeatis, vel Capel-
,, lam Chriſto Redemptori in Eccleſia ſtatuendo; vel Sacellum D. Roccho
,, erigendo, vel donarium aliquod eidem Sancto offerendo. In quibus ſingu-
,, lis votis, quodcumque malueritis eligere, tertiæ partis expenſas ego pro
,, Monaſterio iſto me libentiſſimè collaturum promitto, ſpem maximam conci-
,, piens, quòd his mediantibus divina nos Clementia benignè reſpiciat, &
,, incolumes in tot calamitatibus nos cuſtodiat. Quod præſtare dignetur pro
,, ſua pietate Rex ille Regum, cujus viæ judicia, cujus judicia juſtificata in ſe-
,, metipſa. Cui laus, honor, & benedictio in ſæcula.

Extat etiam in Bibliotheca S. Georgii M. Ven. alia ejus Epiſtola MS. data an. 1634. die 5. Junii ad Angelum Venetum Abbatem Raguſienſem S Mariæ Lacromenſis, qui Cornelium rogaverat, ut monita, & documenta ad bo-

num

num regimen sibi præberet, in qua Epistola Cornelius Sacræ Paginæ Authoritatibus, SS. Patrum, aliorumque Scriptorum testimoniis, ostendit, quid facere quisque debeat antequam dignitatem ineat, quidque post receptum Ecclesiasticum ministerium: quæ Epistola pariter prælum meretur; ubi asserit, se tunc [anno scilicet 1634.] decimum octavum annum in Præsulatu agere; incipit „ R. P. D. Angelo Veneto Abbati Lacromensi D. Cornelius
„ Abbas S. Georgii prospere agere, & in munere Pastorali bene proficere. Ro-
„ gas amantiss. Frater, quin potius urges, ut tibi ad Abbatis munus assumpto,
„ ego in eodem, diù quidem, nescio an utiliter versatus [scio certè quod per
„ annos duo deviginti in eo jaceô pene attritus] aliquam bene regendi formam
„ dictare velim, quâ & tibi consulere, & aliis prodesse valeas, & durissimum
„ illud judicium evadere, quod iis, qui præsunt, fiet. Optimum sanè est, quod
„ petis, sed quod à me non ita facile præstari possit, cum per tam longa
„ temporum spatia Subditos didicerim tolerare potius, quam regere, susti-
„ nere magis, quam curare &c. „ quæ prosequitur div. Scripturæ, SS. Patrum, Authorum etiam profanorum, Senecæ præsertim sententiis, mirum in modum Prælatorum officium demonstrans. Nec omittendum reor, aliquos existimare, hunc ipsum Cornelium Merendellam Authorem esse Vitę Jo: Baptistæ Nani, in Hist. Monastica MS. Hieronymi à Potentia, relatæ, quam tamen alii Cornelio Codanino adiudicant, ut paulo ante diximus.

In ejus laudem [Cornelii nempe Merendellę] scripsit, typisque tradidit Epigramma Cherubinus Lazzaronus Monachus noster, ut supra in eodem Cherubino dictum est. Item aliud Epigramma in ejus commendationem scripsit Petrus Vandinus, ut in Appendice Bibliothecæ diximus.

C

Pag. 145. lin. 13. In CORNELIO CERASO A NEAPOLI.

Eum allegat Casimirus Vincentius Chranovius Monachus Polonus in Vitâ Zachariæ Petronii impressâ Neapoli an. 1678. apud Anton. Gramignanum in 4. cap. 7. pag. 93. & seqq. Item de eo Cl. Erasmus Abbas Gattola in Hist. Monast. Casin. tom. 1. par. 2. pag. 860. ubi plura tum de ejus vita, moribusque, tum de ejus lucubrationibus narrat, de primis quidem hæc; Monasticæ disciplinæ, ac paupertatis in primis observantissimus, Tyronum Magistrum in Cęnobio Mantuano aliquandiu egit, deinde Monialium nostri Ordinis in Oppido Taleacotio (olim Cassioli) Provinciæ Samnii [nunc Aprutii] itemque Sanctimonialium S. Lucæ Oppidi Quercini prope Alatrium, postulante ejus Urbis Episcopo confessiones excepit. Casinum reversus, quamvis senectute, affectâque valetudine gravaretur, divinæ tamen Psalmodiæ, die, noctuque, quoad licuit, nunquam defuit. De ejus verò ingenii fętibus hæc subdit.

Composuit, sub nomine tamen Petri Rossetti ejus Sororis Filii, honoris, ac amoris ineum gratiâ.

1. *Breve descrizione delle cose notabili di Gaeta* Città antichissima, e fortezza principalissima del Regno di Napoli, secondo le notizie Istoriche raccolte dal Sig. D. Pietro Rossetti, e divisa in dieci Discorsi. In Napoli presso Salvator Castaldo l'anno 1675. Iterumque ibidem apud Carolum Porsile an. 1683. Et demum tertiò apud Dominicum Antonium Parrinum, & Michaelem Aloysium Matium an. 1689. Cujus operis Authographum multo auctius eidem d. Erasmo Gattola Cajetano, ipse Cornelius dono dedit.
2. *Historia del Monasterio di S. Liberatore* della Majella in Abruzzo [quod Sac. Casin. Archisterio adnexum, & subiectum est] quam sub nomine *Francisci Danese*, typis Neapolitanis tradidit anno ... Item

3. *Soda*

C

3. *Soda Politica*. 4. *Sagra nave regolare*. 5. *Gabbia de' Matti*. 6. *Della necessità della Penitenza in questa vita*. 7. *Punti quattro sopra il vivere de Religiosi*. 8. *Istruzione dei Novitii*. 9. *Regole per discernere i peccati mortali da veniali*, discorrendo sopra i dieci Commandamenti, e quelli di S. Chiesa, e i sette peccati mortali, 10. *Istruzione per far bene la Confessione*; & hæc quidem Italicè.

Latinè autem præter Elogia Monachorum Cassinensis Cœnobii sui temporis, de quibus Nos in Bibliotheca pag. eadem 145., & laudatus Erasmus loco citato fusius, digessit etiam.

11. *Theologiam moralem* duobus tomis in folio parvo. Itemque duos alios tomos in 4. quorum primus hunc præfert titulum.

12. *Notabiliora circa moralem Theologiam* primi tomi manuscripti; alius verò, *Difficultates quædam super varias doctrinas* notatas in duobus tomis MSS. tractantibus de Morali Theologia. Quæ lucubrationes extant in Cas. Biblioth.

Pag. 146. lin. 17. In CYPRIANO BENAGLI.

An. 1731. in minoribus Comitiis Brixię celebratis in Monast. S. Euphemię die 15. Aprilis creatus fuit Prior Claustralis.

D

PAg. 149. lin. 18. In DAVIDE ANGLO.

Fuit David familia *Codnero*, & Alumnus S. Vitalis Ravennæ factus an. 1606. die 11. Novembris. Post aliquot annos in Angliam rediit, ibique haud parvo tempore magno zelo Catholicę fidei, Apostolicas Missiones obivit, & ob pietatem, ac sapientiam, qua eminebat, Ser. Marię Mediceæ Galliarum Reginæ in paucis charus, eique à sacris Concionibus, & Eleemosinis fuit. In Anglia constitutus nonnulla elucubravit accomodatissima ad Orthodoxę Religionis defensionem, & ad Romanæ, idest Christi Ecclesię honorem maximè congruentia, quæ à viris eruditis luce dignissima judicabantur. Verum dum in Italiam reditum maturaret, ut ea per typos publici juris faceret, ab Anglicis Satellitibus omnia ab eo fuerunt ablata, & perierunt, quorum jacturam in Epist. nuncupatoria alterius operis mox indicandi, ipse commemorat, ac deflet. Regressus tandem in Italiam, cum ad illius manus pervenisset libellus Anonymus, quo Author æqualem D. Petri, ac D. Pauli potestatem fuisse autumat, ejus confutationem suscepit, quam etiam typis tradidit cum hoc titulo-

1. *Analysis compendiosa authoritatum* ab Anonymo quodam Authore ex SS. Patribus adductarum pro equali S. Petri cum S. Paulo potestate in regenda olim Romana Sede Apostolica; Authore P. D. Davide Codnero Londinensi, Decano Congregationis Casinensis Missionario Apostoiico, & Christianiss. olim Reginæ Mariæ de Medicis à Concionibus, & Eleemosinis. Ravennæ typis Petri de Paulis, & Jo. Baptistę Joannelli 1647. pagg. 55. in 8. Cardinali Bernardino Spadę dicata, incipit- *Andabatas olim ferale Gladiatorum genus &c.* Hęc autem Analysis est tantum Isagoge, seu introductio longe majoris operis, quod moliebatur, ut ipsemet fatetur pag. 12. his verbis. „ Nam „ fusiori refutatione ad omnia singillatim respondendo me quam primum paro, „ & colligo- quod an perfecerit, & evulgaverit, me adhuc latet. Item ejus ingenii fętus sunt.

2. Ora-

D

2. *Oratio in funere Augustiss. Mariæ de Medicis* Franciç, & Navarrç Reginç. Ad illmos, & amplissimos Optimates Galliç. Parisiis apud Dionysium Langlçum 1643. 4. pagg. 8.
3. *Ode carmine Jambico expressa* 50. versibus constans in laudem Rmi P. D Ambrosii Maggii Cremonensis: Ravennç ex Typographia Impressor. Camelium an. 1646. in fol.
4. *Elogium de eodem Rmo P.* qui secundo creatus fuit Præses. Ibidem apud eosdem 1646. in fol.
5. *Elogium de Emo. Cardinali Carolo Rossetto.* Ibidem typis Petri de Paulis; & Jo: Baptistç Joannelli 1646.
6. *Ode Carmine Jambico expressa* pro utroque Paschate feliciter auspicando. Ibidem apud eosdem in fol: 1646. constat versibus 92.
7. *Carmen Hendecassyllabum*, sive nocturna lucubratio super illa verba Lucç: *nemo mittens manum ad aratrum &c.* Ad Paulum Bononiensem Monachum Congregationis Casinensis, dum à Novitiis excedens, solemni Religionis voto ad Aras in S. Vitalis Cçnobio Ravennç 13. Kal. Junias 1646. qui dies Pentecostes festus erat, sese solemniter obstrinxit. Ibidem apud eosdem 1646. in fol. versus sunt 65. extant hçc opuscula Codneri in Bibl. S. Georgii M. Ven.

Pag. 154. lin. 13. In DOMINICO QUESADA.

In Bibl. S. Georgii M. Ven. extat MS. in 4. ejus *Oratio de Pœnitentia SSmi P. N. Benedicti* dicata Rmo D. Angelo Gryllo Cœnobii S. Pauli Abbati dignissimo.

Pag. eadem 154. lin. 15. In eodem DOMINICO QUESADA.

Fuit autem Dominicus Quesada nobili stirpe progenitus, sed ex Hispania oriundus: Prioris etiam munere functus est: Ecclesiam Casinensem XXV. millium ducatorum impendio ędificavit difficillimis ob annonç penuriam temporibus; Sacrarium quoque argenteis vasis ditavit, totumque Cçnobium multa supellectili auxit. Prçter Casinense, & Aretinum, Perusinum etiam S. Petri, Sublacense S. Scholasticç, Aversanum S. Laurentii Monasteria administravit.

Ejus Synodum multis laudat Fr. Joseph Theologus Cardinalis Filomarini Archiepiscopi Neapolis, cujus ille jussu eam recognovit, Epist. ad ipsum Dominicum data, in qua inter cçtera ejus Isagoges ad Synodales materias summorum Pontificium ore dignissimas dicit, tum ob dictorum efficaciam, & energiam, tum ob doctrinç prçstantiam, & gravitatem &c.

De eo fusius agit Cl. Abbas Erasmus Gattola Hist. Casin. tom. 1. Part. 2. primo quidem pag. 709. & seqq. in serie Abbatum, deinde in ipsa Hist. pag. 770. ubi affert integram Epist. Italicam ejusdem Dominici ad Basilium Zancharolum, datam Aretii 1655. 2. Novemb. in quâ primò è re Casinensis Cçnobii, ac Monachorum fuisse dicit, commendatum eum à sè eisdem, ut humanas, Grçcas, Latinasque litteras ibidem doceret, ejus potius comitati devinctissimum se profiteri, quod in suo eruditiss. Opere se quoque tot inter prçstantissimos Prçsules recensere voluerit. Quodque longe majus est, quod se eodem, quo doctiss., ac meritiss. Angelum de Nuce Elogio, comprehendere, ac honestare dignatus sit. Cçterum ęgrè admodum se ferre, illum Aretium ad suum Monasterium minimè divertisse, ubi quædam sua opera, quç sub calamo habebat, ei ostendere proposuerat &c. Quæ autem, aut quot fuerint illæ Quesadæ lucubrationes, aut ubi nam Gentium remanserint, ęquè mihi, ac Gattolç ignotum. Denique Jo: Caramuel, qui in Bibliotheca inter Quesadç laudatores affertur, ejus honorifi-

De eo in Bibl. part. 1. L. B. pag. 76. in medio. Infulata Zodiaci Mystici Virgo.

rifi-

rificam mentionem facit in *Theologia Morali Fundamentali*, in Epiftola ad eximios PP.DD. Magiftros Sac.Theologiæ Doctores, & Profeffores &c. Obiit autem Quefada, fponte jam in ordinem redactus, anno 1664. die 3. Oct. ętatis fuę anno LXIV.

E

Pag. 155. lin. 38. In ERASMO GATTOLA.

Opus fuum Gattola tandem evulgavit an. 1733. fed cum hoc titulo multò quidem diverfo ab eo, quem mihi olim ipfemet Cafino tranfmiferat.

1 *Hiftoria Abbatiæ Cafinenfis*, per fæculorum feriem diftributa, quâ Leonis Chronicon à Petro Diacono ad annum 1138. continuatum, in plerifque fuppletur, & ad hæc ufque noftra tempora ex probatifs. authenticifque documentis producitur, infertis operis initio, Monafterii defcriptione, & ad calcem, pro laudati Chronici Authoribus Apologia; ftudio, & labore D. Erafmi Gattola Cajetan. Abbatis *S. Matthæi fervorum Dei*, & celeberr. Cafinen. Archivi Præfecti. Pars prima, à primo conftructi Monafterii Sæculo, nempe ab anno Chrifti 529. ad Sæculum VIII. feu ad ann: Chrifti 1200. Venetiis apud Sebaft. Coleti an. 1733. in fol.

2. Pars, feu tomus II. ibidem apud eundem pariter in fol. ab anno Chrifti 1200. ad annum 1725. ideft à conftructi Monafterii Sæculo VIII. ad Sæcul. XIII.

3. *Ad Hiftoriam Abbatiæ Cafin. Acceffiones*, quibus non folum de jurifdict. quâ ab an. 740. eadem ufque nunc gaudet Regum, Imperatorum, Pontificumque beneficentiâ, deque Cafin. Archivi præftantia prolixè differitur, fed & Civitates, & loca Monafterii, eorumque antiqua rudera defcribuntur, gravefque clarorum virorum de Liri fluvio hallucinationes referuntur, & emendantur, additis Riccardi à S. Germano, & Anonymorum Cafinen. Chronicis à mendis expurgatis, unoque, ac altero Emortuali, & Kalendario ab ejufdem Archivi Codicibus excriptis. Venetiis apud Sebaft. Coleti 1734. in fol. tom. 1. in duas partes divifus pagg. 906. Eum, ejufque opera, quæ referunt, plurimum laudant Ephem: lit. Albritianæ nempe *Hiftoriam Cafin.* an. 1733. *Acceffiones* verò an. 1734. die 28. Aug. 2. 35. Sed poftremum hoc ejus opus, nempe *Acceffiones* pofthumum eft. Nam Cl. Author obiit Cafini nuperrimè, & quidem piiffimè, Kalendis nimirum Maii anni 1734. ætatis fuæ an. 72. cum ipfe anno 1662. in hanc lucem prodiiffet, cui in Cafinenfi Bafilica, folemniter, ac honorificentifs. ac fi illius Archifterii Abbas tunc effet, parentatum eft, habita funebri Oratione à D. Angelo Longo ibi Sac. Theologiæ Prælectore. At quantum eidem Cęnobio, imò univerfæ Reipub. Litterariæ detrimenti Erafmi obitus attulerit, explicari vix poteft, ob facræ anquitatis, præfertim Monafticæ, & Cafinenfis, profundam, reconditam, & prorfus fingularem eruditionem, qua erat præditus, cui reliquę virtutes, quę optimum decent Monachum, ornamentum, & decus addebant. Tumulatus fuit in Cęmeterio S. Annę, ejufque corpus pęculiari capfula ligneâ tamen, & populeâ, nam lignum aliud nobilius pręfto non erat, cum ipfe alioquin cedrina, & aurea dignus effet reconditum fuit, appofita ad ejus caput plumbea pyxide, & intus breviffima infcriptione in pergamena, cujus nam corpus illud effet, indicante, cum pręterea Stephanus dę Stephano,

nunc

nunc Casinen. Archimandrita marmoream inscriptionem in Casinen. Archivo ad perennem ejus celeberrimi Præfecti laudem erigendam imperaverit. E

Pag. 156. lin. 10. & seq. In eodem ERASMO GATTOLA.

Ubi dicitur Ecclesiarum omnium Casinen. Diœcesis bona, ac latifundia tribus Inventariis confectis in libros redegit, quæ Inventaria Sacra Romana Rota approbavit in decisione *nullius*, *seu Montis Casini Manutensionis* an. 1714. coram Lancetta. Non satis res explicatur: nam Erasmus [ut ipsemet aliâ Epistola ad me data 13. Kal. Sept. ejusdem anni] scribit, tot Inventaria concinnavit, quot sunt Ecclesiæ, Pia loca &c. unius cujusque Oppidi, vel Castri jurisdictionis Casin. ex quibus Inventariis Sac. Rota Romana, tria approbavit, Ecclesiarum scilicet *Receptitiarum S. Mariæ*, *S. Pauli*, *& S. Mariæ de Piternis* Oppidi Cervaris. Causa autem deficientis narrationis fuerunt priores notitię hujusce rei non adeò clarę, ac distinctæ, mihi Casino transmissę.

Pag. 159. lin. 6. In EUGENIO GAMURRINI.

Composuit etiam Eugenius.

Historiam Aretinam, quam se vidisse MS. in Episcopio Aretino testatur Lagoqueus in Notis Fastorum Francisci Dyni, quam tamen historiam nunc reperiri Florentiæ in Bibliotheca Medicea S. Laurentii, à nobili viro fide dignissimo nuper accepi. Ceterum eandem Aretinam Historiam à Gamurrino contextam refert quoque Ludovicus Jacobilli in Vitis SS. Umbriæ, & idem Franciscus Dyni in sua *Defensione Papatus*, *& Martyrii S. Felicis* Papę II. impressa Lucæ in 4. an. 1732. apud Leonardum Venturinum pag. 54. Inter Censores autem Gamurrin. est etiam Abbas Macchionus Clusinus in responsione criticâ ad eundem Gamurrinum, impressâ Neapoli apud Rosellum, & iterum Romæ auctâ apud Marcum Campanam. At anno 1666. item Romæ prodiit in lucem libellus cum hoc titulo.

Albero della Famiglia Dragona Confidata descritto, e difeso dal Conte Alberto Schlifer. In Roma per il Varese 1666. in 12. qui Comes in Epistola ad Lectorem ita fatur „ Prima, che tu entri a leggere, convien che sappi, che „ io non ho scritto per altro fine, che per difendere l'Albero della Famiglia „ *Dragona Confidata* da alcune Oppofizioni fatteli, dopo che fu dato alle stam„ pe dal P. D. Eugenio Gamurrini Monaco, e Decano Casinense „ ex quibus verbis intelligitur, hanc arborem Genealogicam à Gamurrino typis traditam fuisse antequam Historiam suam Genealogicam familiarum nobilium Etruriæ, & Umbriæ publici juris faceret, nam primus tomus ejusdem Historię Genealogicæ non nisi an. 1668. evulgatus fuit Florentiæ apud Honuphrium.

Pag. eadem 159. lin. 28. In eodem EUGENIO GAMURRINO.

Meminit ejus Historiæ Genealogicæ N. Langlet Du Fresnoy in Methodo Studendi Hist. Italicè impressâ Venetiis 1726. in 8. apud Coletum Cap. XVIII. pag. 344. Laurentius Marchiò Lucensis, in Libro, *Il Forastiere informato delle cose* di Lucca impress. Lucæ 1721. in 4. apud Marescandolos pag. 99. Julius Negri Histor. Script. Florentin. pag. 503.

Pag. 161. lin. 39. In EUTHYTIO CORDES.

In libro MS. Orationum in Concilio Tridentino habitarum à Stephano Cataneo Abbate S. Mariæ Gratiarum in Agro Placentino, qui asservatur in Monasterio S. Mariæ de Cęsena, ejusque exemplar Parmæ in Cęnobio S. Jo. Evangelistæ, legitur pagin. 101. Epistola nomine Rmi Pręsidis, & Deffinitorum nostræ Congregationis Rmo D. Carolo Cardinali à Lotharingia, qui petierat

Monachum aliquem, pro reformando quodam Monasterio nostri Ordinis, qua de re laudati Patres Cardinali respondent, missuros se Euthytium, ut Gentis mores, loci consuetudines, Monasterii situm, magnitudinem, ac vires exploraret &c, quod idem repetitum est in Catalogo Reformatorum, ubi de eodem Euthytio agitur.

F

PAg. 163. lin. 17. In FABIANO COLUMBO.

Ejus Opusculum *Elettuario di Gemme Divine* &c. impressum iterum fuit Panormi apud Jo. Baptistam Ricciardum an. 1727. in 8. Operâ Cl. Antonini Mongitore, qui nomen proprium *Fabiani*, non *Fabii*, ut in Bibliotheca [incuria ut puto Typographi] ei apponendum curavit; nam aliàs idem Opusculum absque Authoris nomine impressum fuerat.

Pag. eadem 163. lin. 37. In eodem FABIANO COLUMBO.

Ubi dicitur Cl. Mongitorium errasse in hujus Authoris nomine, *Fabium* eum prò *Fabiano* appellando, addendum est, Mongitorium ipsum prò sua singulari ingenuitate, errorem hunc, alioquin adeo levem, qui fortè Typographi potius fuit, jam correxisse, tam in Indice nominum, & cognominum, qui est ad calcem 2. tomi, quàm in alio suo insigni opere, cui titulum dedit, *Palermo divoto di Maria Vergine* tom. 2. impresso Panormi in 4. an. 1720. pag. 99. ubi eum à Juventute ferventissimâ in Deiparam pietate præditum asserit, à qua Congregationem nostram ingrediendi spiritum ei afflatum dicit, & pag. 362. ubi eum virum æque doctum, ac probum cum opinione Sanctitatis defunctum vocat. Qui laudatus Mongitorius idem etiam egregiè admodum præstat in omnibus aliis erratis, vel à se, vel à Typographis, vel ab aliis in sua Bibliotheca patratis, diligentissimè corrigendis, tam in Appendicibus jam impressis, quam in aliis mox imprimendis, quæ res illum verum, magnumque litteratum ostendit, cui veritatis amor, & splendor, non fucatæ sapientiæ umbra, unicè cordi est.

Pag. 165. lin. 31. In FELICIA RASPONA.

Non adeò quidem libenter Felicia Monasterium ingressa est, nec Cęnobiticam Vitam satis studiosè auspicata, sed postea supernâ aspirante gratiâ, concepto cęlestis spiritus fervore, toto corde ad Deum conversa, Christi bonus odor tota in Civitate, ne dum in Cęnobio esse cępit. quod etiam non nihil antea è Monasticę disciplinę culmine collapsum, Felicia verbo, & exemplo ad optimam frugem reduxit. Ipsa interim bonarum litterarum, ac Musicę artis studiis multam operam impendens, ex iisdem haud parum solatii; ac honesti oblectamenti capiebat. Hinc factum, ut clarissimi ejus temporis vates summis laudibus eam celebrarent, à Moniali, quæ ejus vitam, utpote socia, & comes individua, litteris consignavit, accuratè collectis, inter quas duæ extant pręclarissimi Poetę, & Equitis *Commendatoris Annibalis Cari*, quæ in principio ejus Carminum leguntur impress. Venet. in 8. per Bernardinum Juntam 1584. pag. 2. Felicia autem ingenii sui, studiorumque, veluti dulcissimos fructus, Italica lingua, solutâque oratione ad propriam, aliarumque Monialium, omniumque Christifidelium spiritualem utilitatem, quædam composuit, typisque evulgavit, nonnulla etiam metro cecinit in nostra Bibliotheca relata.

Pag.

Pag. eadem 165. lin. 34. In eadem FELICIA RASPONA.
Ejus liber de *Cognitione Dei* sic inscribitur.
Ragionamento della Sig. D. Felice Rasponi di Ravenna Monaca in S. Andrea sopra la Cognizione di Dio; Operetta non men fruttuosa, & utile all'anime nostre, che curiosa per quelli che si dilettano di leggere. In Bologna appresso Alessandro Benacci in 8. sed annus impressionis desideratur. Hunc librum imprimendum curavit D. Lucretia Roberti, cui Raspona illum MS. dono dederat; quæ in Epistola ad Lectorem, sic de Felicia loquitur „ Mi „ condussero nelle stanze della Sig. D. Felice Rasponi, Donna veramente all' „ età nostra, oltre la nobiltà, e chiarezza del Sangue, singolarissima in tutte „ quelle cose, che possono in Donna Illustre, di buono ritrovarsi; perciochè „ in lei si vede [come in un chiarissimo specchio] tutta la bellezza di Elena „ Greca, l'onestà di Lucrezia Romana, l'animo, e prudenza di Zenobia, e „ la dottrina, che si legge esser stata nelle sorelle di Socrate Filosofo &c. Thomas denique Thomai Hist. Par. par. 1. cap. IV. pag. 14. & seq. ita eam laudat. „ Al presente si trova Abbadessa dell'onorato Monasterio di questo Tempio [S. Andrea] la Molto Rev. D. Felice Rasponi, Donna veramente all'età „ nostra rarissima, e d'immortale memoria degna, siccome ne fa ampia fede tra „ le altre opere bellissime fatte da lei, quella che tratta della *Cognizione di Dio*, „ e l'altra dello *stato Monacale*, le quali ambedue si veggiono alla luce del „ Mondo non senza gran meraviglia, e stupore di tutti quelli spiriti geniali, „ che si dilettano della virtù „ ex quo colligimus, Feliciam alia opera lucubrasse a nobis hactenus ignorata.

Pag. 168. lin. 4. In FELICE PASSERO.
Professionem Monasticam emisit an. 1575. non verò 1570.

Pag. eadem 168. lin. 42. In eodem FELICE PASSERO.
Leo Allatius in *Dramaturgia* impress. Romæ 1666. Indice 2. pag. 382. Felicis Passeri etiam hoc opusculum refert.
David Perseguitato.

Pag. 170. lin. 23. In FELICE ROMA.
Ubi dicit, eum obiisse an. 1607. sic corrige 1707.

Pag. 173. lin. 9. In FLAMINIO PATE.
Inter Abbates in generalibus Comitiis congregatos Perusiæ an. 1643. invenitur etiam Flaminius Patè laudibus exornatus a Petro Clavarino S. Petri de Perusio Priore in *Musarum plausu*, & *Gemmea Corona* impressâ ibidem in 4. apud Angelum Bartholum ann. 1643. duplici videlicet Anagrammate, & Epigrammate.

Pag. 174. lin. 43. In FORTUNATO ULMO.
Ejus etiam extat in Biblioth. S. Georgii M. Venet. MS. in fol.

1 *Elegia ad R̃mum Abbatem Angelum Gryllum*, composita anno 1619. die 1. Jan. incipit. Bonum omen.

Nuncius hinc Pauli venit qui ad limina sacra
Magni ortus Christi, quo celebrasse diem
Contigit, austero vidit te, incedere vultu
Angele cum hinc lætus psalleret inde chorus &c.

Constat versibus 46. item.

2 *Epigramma Italicum* ad Simulacrum SS̃mi Crucifixi in Ecclesia ejusdem S. Georgii M. olim à Philippo Brunelleschi inciso espirantis actu; est impres-

sum, sed absque loci, & Impressoris nomine; denique Elegia 28. versuum sic inscripta.

3. *Posteritati Incitamentum*, Imagini Thomæ Mauroceni Turcarum terroris affigendum monumentum &c.

G

PAg. 178. lin. 37. In GABRIELE CASTAGNONO.

Ejus extant in Bibliotheca S. Georgii M. Venetiarum.

Prò SS. D. N. Innocentii Papæ X. stemmate, Augurale Elogium. Neapoli apud Jacobum Gussatum 1644. in fol. item.

Conciones duæ Panegiricæ, quarum prima in honorem S. Januarii habita fuit in Ecclesia Archiepiscopali Neapolis in festo ejusdem S. Tutelaris; Secunda de laudibus S. Sosii Episc. Misenatis, & M. impressæ in 4. Neapoli apud eundem an. 1645. Josepho Lomellino D. Severini Abbati dicatæ die 10. Oct. anni ejusdem 1645.

Invenitur ejus Elogium cum reliquis Monachorum Casinensium à Cornelio Ceraso conscriptis, & in Tabulario Casinensi asservatis.

Pag. 184. lin. 4. In GREGORIO CORTESIO.

Ejus liber *de Adventu S. Petri Romam* extat etiam MS. in Bibliotheca Vaticana sign: Cod: 355. 4.

Pag. 187. lin. 34. In GREGORIO DUCO.

Ejus *Scaccheida* impressa iterum fuit pariter Vicentiæ in 4. anno 1607., in quo opere plano, ac simplici stylo describuntur Maurorum, ac Scitharum bella, & Amazonum res gestæ. Ipsius etiam labor est.

Raccolta di lagrime di Poeti diversi per la morte di Eleonora d'Este, impressa ibidem, sed nomen Impressoris, & locus impressionis desiderantur.

Pag: 289. lin. 14. Adde.

GREGORIUS NAVA natione Siculus Syracusis ortum habuit an. 1682. die 23. Julii, Genitoribus origine Illustribus Nicolao Nava, ex Dynastis Bonæfidei, & Angelâ Bonannâ Principis Linguæ-Grossæ filiâ. Anno 1697. Sæculo nuncium remisit, & in Cœnobio S. Nicolai de Arenis Urbis Catanen: Monasticam vitam profiteri voluit, unde post datam Philosophiæ operam, Romam mittitur, ut in nostro D. Anselmi Collegio Sacrâ Theologiâ, ac Jure Pontificio imbueretur; quod cum feliciter ei cessisset, è re nostra esse visum est, illi, quæ adeo egregie didicerat, alios docendi onus imponere. Pertulit id novennio Catanæ in suo professionis Cœnobio, ex quo cum ejus doctrinæ fama longius manasset, Sanctiss. Inquisitionis Consultor, & Censor,& Catanensis Diœcesis examinator Synodalis,ac Illustriss. Raymundi Rubi Episc. Catanensis Theologus electus fuit, quibus in honorum gradibus vixit usque ad annum 1731.qui die 4.Aprilis terminum vitę ei imposuit,cum in nostra Congregatione ab an: 1714. Decani munere decoratus fuisset. Edidit.

Theses Orbis Philologici ad mentem D. Anselmi, sive, ex Philosophica Historia selectas Controversias ad illam spectantes. Messanæ Typis Victorini Maffei 1709. in 4. Manuscripta prælo parata.

2. *Responsa Canonico-Moralia*. 3. *De Bulla Cruciatæ*. 4. *De Oratoriis privatis*. Ita prorsus aliis tantum verbis Cl. Antoninus Mongitore in adjunctis ad suam

Bi-

G

„ Bibliothecam Siculam propediem edendis, ex quibus, quæ ad Casinenses Monachos Regni Siciliæ pertinent decerpta, mihi perhumaniter communicavit per Epistolam an. 1733. die 18. Novemb. & Vitus de Amico in suplem. Sic. Sac. Catanæ 1733. Notit. 4. pag. 56. num. XII.

Pag. eadem 189. lin. 37. Adde.

GREGORIUS PATERNO', ex nobilissima Progenie Catanæ ortus an. 1590. Octavio Paternò, & Livia Cultelli Parentibus, in seculo Gualterius dictus Prior Cenobii S. Nicolai de Arenis, ac morum comitate, & scientia commendatus, scripsit.

Super Cantica Canticorum, in quo de Ecclesiæ militantis, ac triumphantis honoribus disserit. Opus verè pium, quod Lectoris studium incendit, ac pietatum fovet, proditque Authoris virtutem; obiit Gregorius 1644.

Tota hæc narratio est D. Viti de Amico Monachi Catanensis, & Prioris in Supplem. Sic. Sacr. Rocci Pyrrhi iterum editæ an. 1733. tom. 2. pagg. 1183. in Notitia S. Nicolai de Arenis, cumque in ea Vitus annum obitus Gregorii Seculo XVII. assignet, extra omne dubium est, Gregorium Paternò Congreg. nostræ Monachum fuisse; quamvis id Vitus clarè non exprimat, Professionis ejus Monasticæ annum, diemque saltem indicando, sicut etiam, an ejus opus impressum, & quo loco, & anno fuerit, an verò MS., & ubi reperiatur.

Pag. 190. lin. pen. & seq. In GREGORIO SAYRO.

Haud verum est, Sayrum, Congregationis Benedictinæ Anglicanæ primò alumnum fuisse, ac inter præcipuos ejusdem Congreg. Sodales numeratum; deinde nostris adscriptum, nam cum adhuc Sæcularis homo esset, Casinum veniens, ibidem post Tyrocinii annum Monasticam Pro essionem emisit an. 1589. die 28. Oct. ut ex Chartulà ejus Professionis propria ipsius manu exaratâ, & in Casin. Tabulario etiam num custodita, teste Cl. Abbate D. Erasmo Gattola ejusdem Archivi Præfecto, liquido apparet, quod idem Gattola fusè repetit in *Accessionibus Hist.* suę Casin. impress. Ven. 1734. pag. 944. itemque ex ejusdem Sayri Epistola nuncupatoria ad Clem. VIII. Operi suo, *de Sacramentis in Genere* præfixâ, in quà inter cetera hæc „ ac tandem ali-
„ quando divina favente gratia, volente, ac vocante Deo, D. Benedicti Or-
„ dinem, licet ubique sanctissimum, ob regularem tamen Casin. Cong. & pre-
„ sertim sacri illius Casin. Cenobii observantiam, toto Orbe celeberrimum in-
„ gressus fuerim, omnem operam &c. Denique inde quoque patet, quod Anglicana Congregatio per ea tempora, unico tantum Monacho, eoque decrepito sene constabat, à quo facultate sibi tributa, Thomas Præstonus Anglus Casinensis Cœnobii Monachus Anglicanam Congreg. instauravit, Monastico habitu pluribus Anglis Juvenibus indutis. Is autem Thomas Casini Monachus effectus est an. 1591. biennio scilicet postquàm Sayrus ibidem nostris sociatus fuerat. Ea autem Anglicanæ Congr. instauratio non ante Sæculum XVII. evenit.

De eo 2. par. Bibl. pag. 200. lin. 13. & in Catal. Reform. & Vir. Sanct. Illustrium.

Pag. 191. lin. 8. In eodem SAYRO.

Provecta jam ætate Sayrum obiisse, non autem an. ætatis suæ 32. nondum expleto, ut ibi dicitur, constat ex Epist. nuncupatoriâ præfixâ *Clavi Regiæ* ejusdem Sayri impress. Ven. an. 1607. apud Baret. Baret. fol. pagg. 1128. iterumque ibidem per eundem an. 1615. & à D. Mauro Monacho Anglo Cardinali Mont-Alto dicatæ, ubi §. 3. sic Maurus loquitur „ Pater quidem
„ ipse (Sayrus) priusquam finem dedit, finem accepit, & jam plenus fide, ple-

Editioni hujusce operis.

G

„ plenus operum, dierum plenus, ut manipulus Tritici in tempore collectus
„ in abundantia sepulchrum ingreditur, &c.

At ego Bononiæ in S. Proculo supra januam Aulæ Rmi Abbatis sub Imagine ejusdem Sayri sæpius sic legi: *Obiit ætatis suæ anno XXXII.* Quamobrem hoc dicendum superest, vel ibi Scriptorem per inscitiam, aut incuriam erraſſe, vel temporis diuturnitate deletam aliquam numeralem literam, quæ præpoſita præfato numero sic — LXXXXII. vel sic melius LXXXII. Sayri ætatem 82. annorum esprimere debuiſſet, si plenus dierum è vivis exceſſit. Quo magis mirandum est à nemine hactenus ex tot doctiſſimis viris, vel Bononiæ commorantibus, vel illàc transeuntibus, & liberalis curiositatis gratia Urbis Cœnobia, sicut alia publica loca (ut fieri solet) inviſentibus, errorem illum (si error est), fuiſſe deprehensum, & ut corrigeretur admonitum: ò utinam scire poſſemus quo verè ætatis suæ anno Sayrus vitam expleverit! sed mihi modo datum non est, hanc adire Corinthum.

Interim per Amicum Antiquitatis peritum memoratam inscriptionem in præfato S. Proculi loco existentem denuo lustrandam curavi, ut constaret, an ita ut retuli se haberet, vel ego, qui non semel eam ibidem aspexi, hallucinatus semper fuerim. At ille integram, totidemque verbis ac litteris exscriptam mihi transmisit die 19. Septem. 1733. nempe — D. Gregorius Sayrus Anglus Mon. Casin. omni prorsus disciplinarum genere eruditus, ut ejus scripta indicant, flor. An. M. D. CII. obiit ætatis suæ an. XXXII.

Præterea cum Sayrus an. 1589. die 28. Octob. profeſſus ſit, & an. 1602. objerit inter nostros annis dumtaxat 13. versatus est, quo adeò brevi tempore si omnia sua Opera moralia concinnavit, æquè mirum fuerit, quam si tantum ad an. 32. vitam produxiſſet, vel si adhuc in sæculo degens eadem Opera moralia, aut eorum partem [res omnino inusitata] elucubraſſet. Rursus si plenus dierum diem suum obiit, & inter nos 13. solum annos moratus est, senem admodum eum Congregat. nostram ingreſſum fuiſſe dicendum erit. Præſſiori igitur trutina adhuc opus hic est.

Ceterum Baretius præter eam Clavis Regiæ editionem à se celebratam præfato anno 1607., & aliam an. 1615. tertiam quoque adornavit an. 1618. pariter in fol. Cardinali Scipioni Burghesio dicatam, cui novas, utilesque additiones appoſuit R. D. Franciscus Baretius laudati Baretii filius, quæ fuit quinta hujus operis editio eodem Baretio teste, præter aliam Col. Agrip. 1608.

Pag. eadem 191. lin. 29. in eodem SAYRO.

Ejus Clavis Regia impreſſa primum fuit Venetiis an. 1604. Authore Georgio Draudio in Bibliotheca Claſſica.

Pag. 192. lin. 14. In eodem SAYRO.

Ejus Meditatio in Pſalmum *Miserere*, & in *Pater noster* nuperrime fuit typis tradita Venetiis an. 1733. apud Sebaſtianum Coleti Operâ Cl.D. Erasmi Gattola, in sua Historia Monaſterii Casinen. tom. 1. Par. 2. pag. 763. & sequen.

H

PAg. 201. lin. 5. Adde:

HERCULEM TAMBUSIUM Monachum Ferrarienſem, & poſtea Episcopum Ravellanum, in Catalogo Episcoporum recensuimus, sed in

Bi-

H

Bibliotheca inter Scriptores minime enumeravimus, quia nimirum aliquid eum elucubrasse tunc nobis notum non erat; At cum nuper ex Antonio Libanorio *in Ferraria Aurea* part. 1. pag. 85. impressa Italicè Ferrar. an. 1669. apud Mareftos, didicerimus, eum scripsisse Opera pulcherrima.

De Ecclesiasticis Ritibus - De Vita Spirituali; & de Græco transtulisse quasdam - *Præclaras lucubrationes Veterum Authorum* [quorum tamen nomen non exprimit] omnia quidem publicâ luce dignissima, ipse quoque Casinensium Scriptorum albo omni jure adscribendus est.

Ceterum Libanorius in ejus laudes effusus, primo illius stirpem satis honestam, virorumque illustrium fęcundam parentem, dicit, deinde Ingenii felicitatem in addiscendis humanioribus litteris, linguâ presertim Grȩcâ, qua veluti maternâ utebatur, celebrat; Monachum verò scientiâ, ac optimis moribus conspicuum, præcipua Congregationis munera, atque Generalis Procuratoris in Romanâ Curia officium obtinuisse narrat; & ob eruditionem à Julio III. cui erat in paucis charus, Episcopum renunciatum an. 1555. die 18. Sept. tum pręclaris vitæ exemplis, ac sanctis moribus, tum Pastorali vigilantiâ, ac solicitudine, plurimum credito sibi Populo profuisse. Reversum in Patriam Principum Estensium varia negotia procurasse, à quibus honores, & privilegia pro sua familia consequutum, & an. 1563. die 23. Martii petentibus Monachis nostris eorum perpulchrum, ac magnificum templum D. P. Benedicto sacrum solemniter dedicasse, quod recens una cum amplissimo, regioque Monasterio ædificaverant. Denique an. 1570. mortales exuvias in eadem Patria deposuisse, atque in Ecclesia S. Francisci sepultum, ex Guarino lin. 2. pag. 54. Ughello Ital. tom. 1. pag. 104. post an. millesimum, quibus addendus Placidus Romanus in supplem. ad Petrum Diaconum *de Vir. Illustribus Casin.* sed animadvertendum est, tam Ughellum, quam Libanorium aliosque perperam dicere, Herculem creatum Episc. à Julio III. an. 1555. die 18. Septem. nam Julius III. die 23. Martii anni prædicti 1555. mortem obiit, ut clarissimè Alphonsus Ciacc. in Julio III. Card. Pallav. in Hist. Conc. Trid. pag. 416. edit. Roman. 1664. lib. 13. quare etiam in nostra Bibliotb. hęc Epocha emendanda est.

Cum nempe ex Pomposiano antiquissimo Cęnobio juxtà Mare Adriaticum in convallibus Comaclensibus ob aeris intemperiem in Urbem Ferrariam se recipere coacti sunt.

Pag. 208. lin. 22. In HIERONYMO BENDANDO.

Juvenis, & adhuc in sęculo degens Valerianum Ravennatem Virum magna virtute, ac selecta eruditione pollentem, ut ejus Opera impressa indicant, Rhetoricæ Artis Præceptorem habuit, in cujus postea obitu Hieronymus pulcherrimum Epitaphium concinnavit, quod lapidi insculptum Valeriani tumulum contegit, illudque affert etiam Hieronymus Fabri *Sac. mem. Raven.* part. 1. pag. 117. At Bendandus postmodum in celebri S. Vitalis Cęnobio Monachus effectus est an. 1626. die 10. mensis &c.: *Ejus Panegyris in laudem Venetæ Reip.* impressa fuit Bononiæ apud Hæredes Benaccii 1644. Author libri, *Glorie degl' Incogniti*, duodecim alias *Declamationes* impressas Bendando attribuit, diversas quidem illas à declamationibus in *Conviva Platonico* enunciatis - In ejus laudem Odem scripsit Franciscus Lolli Ravennas quæ legitur inter *Lyrica ejusdem Premata* impressa Venetiis an. 1660. apud Milochium in 12. pag. 100. cui operi nomen impofuit *Pallade lagrimante*; incipit - *Quel dì, che avara puote &c.* In Ephem. Liter. Italiæ tom. 4. pag. 456. vocatur Bendandus; *Vir ætatis suæ, suæque Religionis doctissimus*; Jo; Cinellus, qui citatur de eo agens, in Bibl. vol. Plut. 6. pag. 65. agit etiam de

H de eo Plut. XVII. pag. 49. Seraphinus quoque Pasolinus, qui eum laudat in Lustr. Raven. Part. 6. lib. 15. pag. 45. celebrat pariter illum in Vir. Ill. Rav. l. 3. c. 1. pag. 48.

Pag. 212. lin. 18. Adde.

De eo in Catal. Vir. Sanctitate Illustrium.

HIERONYMUS PETRONIUS, Frater Germanus magni Servi Dei Zachariæ Petronii, Fractis, quod est Campaniæ Oppidum Cajet. Diœcesis, nobili Familia prodiit, & in Casinensi Asceterio Monasticis votis se Deo dicavit an. 1591. die 25. Martii, fuitque vir non minus insigni probitate, quam doctrina conspicuus. Vicarii Generalis Diœcesis Casin. plures annos magnæ integritatis laude munus exercuit; creatus postea Prior, ac deinde Abbas titularis, fidelissimè, exemplo fratris, ad obitum usque Deo adhæsit, qui ei feliciter contigit an. 1636. scripsit.

Vitam alterius Fratris sui Marci Antonii Petronii Presbyteri sæcularis in odium Ecclesiasticæ Immunitatis, & obedientiæ Episc. suo debitę a nefariis quibusdam instar S. Thomæ Cantuarien. occisi, Martyris propterea titulo digni, quę vita asservatur. in Tabulario Casin. Hieronymus autem non solum invictâ fortitudine parentationi hujus fratris sui adfuit, sed Cajetano etiam Episc. scripsit, quatuor adhuc fratres sibi superesse ad obeundam mortem haud absimilem eadem de causa paratissimos. Ex Hist. Casin. Cl. D. Erasmi Gattola tom. 1. par. 2. pag. 768.

Meminit etiam ejus, ingenti cum honore Casimirus Vincentius Chranovius Polonus in vita laudati Zaccariæ Petronii edita Neapoli an. 1678. cap. 1. pag. 3. quem Casimirum Nos etiam in Catal. Viror. Sanctit. Illustrium, ubi de Hieronymo pariter agimus pag. 10. lin. 21. allegamus.

Pag. eadem 212. lin. 30. In HIERONYMO MINIATI.

Descripsit etiam Romæ degens.

De eo in nostra Bibl. lit. A. pag. 201. & seqq.

Portianam conjurationem, ut constat ex Epistola Hieronymi Alliotti ad eundem Hieronymum Miniati datâ an. 1472. die 7. Decemb. Quæ autem fuerit illa *Portiana Conjuratio*, adhibito non solum pro mea virili parte studio, sed consultis etiam eruditissimis Viris, inter quos Ludovico Antonio Muratorio, inveniri, ac sciri nullatenus adhuc potuit; neque dixerit quis pro *Portianâ*, legi debuere *Pazzianam*, ex eo quod circa ea tempora, aliquot nobiles Florentinis, quorum præcipui erant Pazzii Mediceorum æmuli, contra eosdem conjuratione initâ in ipsâ Metropolitanâ Ecclesiâ, atque inter ipsa Missarum solemnia Julianum Mediceum natu minorem interemerunt, Laurentium vero ejus seniorem fratrem in gutture vulnerarunt, nam hoc facinus contigit an. 1478. 25. April. Miniatus autem Portianam conjurationem descripsit an. 1472. sex nimirum saltem ante Pazzianam consprationem ann is, quod fieri, si de hac sermo illic esset, nonnisi per prophetiam potuisset.

S. Reparatę, seu S. Maria de Flore.

Pag. 121. lin. 23. In HIERONYMO RUSCELLI.

Cum Abbas esset Casinensis Cęnobii scripsit.

6 *Ephemerides rerum omnium, ac Litium*, quę in dies notatu dignæ accidebant, sane admodum utiles, tum ad posterorum eruditionem, tum ad mores, & consuetudines retinendas, tum denique ad jura, & prærogativas sartas tectas servandas; extant hucusque in Tabulario Casin. incipiunt ab an. 1590. usque ad 1595., quo regimen illud dimisit, earum initium est „ essendosi fin „ dal principio della Riforma della Congregazione nostra Casinense, ed an„ che avanti in qualche particolar Monasterio, introdotto un Libro nominato di

H

„ di *Ricordi &c.* dove sommariamente si raccolgono le cose notabili, massime „ intorno alla cura del temporale, cavandosene da questi lume, ed utile di mol- „ ta importanza, come si è discorso, dove si sono introdotti, e riformati detti „ libri, e trovandosi in questo Sagro Monasterio con molta diligenza incami- „ nati diversi ordini di scritture, e meglio da posteri riordinate, non solo ser- „ vono giornalmente all' occasioni, ma sono splendore di questo Sagro luogo, „ servendosene molti popoli a terminare le loro liti, e pertinenze &c.

Pag. eadem 222. lin. 26. In eodem HIERONYMO BUSCELLI.

Notandum est, octona illa carmina [quæ Itali *stanze* vocat] *de Nativitate Domini*, non esse fętum Hieronymi Ruscelli, ut in veteri Indice librorum Bibliothecæ S. Georgii M. Venet. per errorem dicitur, sed esse genuinam lucubrationem Jo. Evangelistæ Mormilii, de quo secunda parte Bibliothecę pag. 36. qui carmina illa eidem Hieronymo Ruscelli dicavit. At scriptor Indicis dedicantem cum eo, cui dedicatio facta est, perperam confudit. De Hieronymo Ruscelli novissime Mich.Ang. Belf. in Lyc. Aug. pag. 121.

Pag. 223. lin. 16. In HIERONYMO SYLVA.

Hunc Hieronymum Sylvam probabilius existimo eum esse, qui Patriam habuit Castrum Goffredi in ditione Mantuana, quique Monasticam Professionem emisit in Monasterio S. Benedicti Padolyronensis an. 1534. die 12. Julii, fuitque Abbas S. Salvatoris Papiæ an. 1581. cum istum præter temporis rationem magis congruentem, tum sibi, tum lucubrationi suæ, tum denique ei, cui illam nuncupavit, aliqua etiam bonarum literarum congnitione imbutum fuisse, aliunde quoque constet, quod de primo hactenus minimè patet.

Castel Giuffre.

Pag. 225. lin. 39. n. 2. In HILARIONE GORBETTA.

Ubi dicit 2. *Oratio in Telismanum*. Adde.

In dissertationibus Cl. Augustini Calmet Monachi Lotharingi Gallicè ab eo Authore editis, & in Latinum Idioma à Dominico Mansio egregiè conversis, demumque in Italicum sermonem translatis à Lamberto Cajetano Pomsampieri, utroque Lucensi, & Lucę impressis an. 1729. apud Sebast. Dominicum Cappuri in 4. tom. 1. dissert. 18. pag. 222. lin. 9. & seqq. dicitur, *Talismanum* esse magicam figuram, qualis erat illa, quæ Canis ęrei formâ apud Beelsephonem in confinio Egypti, & Maris Rubri, à Grotio ex Rabbinis asseritur, vel potius fingitur, aut somniatur extitisse, veluti Idolum, cui limitis illius custodia credita erat, qui Canis æreus latrando Israelitarum fugam Ægyptiis prodidit. At vero Turcæ Telismanos vocant suos Sacerdotes. Lucas Wading. Annal. Min. ad an. 1342. n. 10. sed apud Græcos Telismani, seu Stichii sunt Characteres Magici; Claudius Salmasius in Kerkoetium variis in locis; Gaffarellus, de *Curiositatibus inauditis*, & alii, ut *Du Gange* in Glossar. & quidem Salmasius de Telismanis ita loquitur, *de Annis Climactericis* pag. 579. „ Numquam fiebant hæc Telesmata sine alicujus statuæ erectione, aut imaginis „ sculpturâ, quæ ad Horoscopum signi, & planetæ Epemuasin sive ingressum „ in aliquod signum, constitui solebat ab horum Telesmaton artificibus, aut „ sculpi: Scorpius formabatur, vel sculpebatur contra morsus scorpii horo- „ scopandi scorpii signo. Aliæ imagines, vel hominum, vel bestiarum effin- „ gebantur cum aliquo habitu, vel figura, vel consecratione ad pericula va- „ ria, aut casus, insultus hostium, aut incursus bestiarum, aut alios casus de- „ pellendos, quæ omnia, ut dixi, Telesmata, & Stichiomata dicebantur.

Nam per id temporis magica ars in Egypto valdè dominabatur Janne, & Mābre Magorum Pharaonis sūc Principibus. Exodi 7. 12. & postea sæculo XV. Eræ Christianæ cujusmodi superstitio Talismanorū scilicet, plurimum revixerat. Neque enim ex Corbettæ libro dignosci potest an in personā aliquam, an verò in rem ipsam magicā, orationem illā scripseris.

Pag. 227. lin. 48. In HILARIONE GENUENSI.

H

Cl. Scipio Maffei Veronen. in lib. cui titulum fecit, *Traduttori Italiani*, Ven. 1720. in 8. apud Coletum pag. 33. Hilarionem Genuensem interpretem asserit *Tractatus S. Augustini de S. Virginitate*, & pag. 38. *Tractatus S. Basilii de Virginitate*, & denique pag. 47. *sermonis* cujusdam, *S. Ephrem Siri*, quos omnes impressos dicit Brixiæ an. 1566. Justus Fontanini, in lib. della *Eloquenza Italiana* Class. XIV. §. 3. affert verum, ac integrum titulum Operum Hilarionis Genuen. è Græco in Italicum sermonem translatorum, scilicet *Della perfetta Verginità*, de SS. Basilio, ed' Agostino, con una breve disputa della Castità, è un succinto discorso in lode della medesima di S. Efrem, è alcuni spiritualissimi esercizii di S. Gertrude Vergine tradotti da Ilarione Genovese. In Brescia presso i Marchetti an. 1566. in 8. Quamvis autem hunc Hilarionem Monachum Casinensem fuisse neuter eorum exprimat, fuisse tamen, & quidem eum ipsum, de quo Nos in Bibliotheca, & nominis, & Patriæ, temporis quoque, ac loci impressionis ratio, omnino convincunt.

Ibidem In eodem HILARIONE.

In lib. MS. *Orationum* in Conc. Trid. habitarum a Stephano Cataneo Abbate S. Mariæ Gratiarum, Cæsenæ in Monast. S. Mariæ de Monte asservato pag. 135. dicitur, demandatam fuisse Hilarioni Genuensi, unâ cum eodem Stephano Cataneo, a PP. nostris in Dieta anni 1557. congregatis, censuram in Opera D. Maximi a Florentia, *Novum* nempe *testamentum* e Græco in Latinum Sermonem ab eo translatum, Typisque inconsultis nostris superioribus traditum, sicut etiam *Catenam auream*, quam in Epistolas D. Pauli confecerat, qui Hilarion ibidem egregiè commendatur, ejusque Epistola eandem censuram continens, RR. PP. D. Isidoro à Placentia, & D. Andreæ ab Asula Abbati S. Benedicti scripta, quibus eandem censuram examinandam iidem Patres commiserant, optimæ notæ esse cognoscitur.

De eo in 2. part Bib. pag. 107.

Pag. 228. lin. 28. In HILARIO BONONIA.

Verba quibus eum laudat Angelus Maria Arcioni in libello *de SS. Parmensium Translatione* an. 1661. pag. 32. hæc sunt: „ Et in un' altro Anniversario celebratosi il mercordi per gli Benefattori, predicò il P. Abbate D. Hilariò di Milano pel desiderio, che mostrò di sentirlo questa Città, restando impressa in questi Letterati la memoria del valore di questo Padre fattosi qui conoscere nelle replicate prove di due Quadragesimali, e d' un' Avvento.

Parma.

Pag. 229. lin. 20. Adde.

HIPPOLYTUS BALLARINI Novariæ honestâ familia prodiit, fuitque primum Monachus Congr. nostræ Casinensis, sed postea adulta jam ætate ad Camaldulensem Congreg. transivit Venetiis in Monasterio S. Michaelis de Muriano an. 1533. sed quo nomine anteà vocaretur, quove in Cœnobio nostris adscriptus fuerit, adhuc me latet; nam cum ex una ad aliam Congreg. fit transitus, etiam nomina aliquando mutari consueverunt. In veteri quidem Regesto, apud me Monachorum nostrorum, reperiuntur plures Monachi nostri Patriâ Novarienses, sed quisnam fuerit, qui postea D. Hippolytus Camaldulen., divinare non possum. Quod verò Casinensis Monachus extiterit, liquidò constat ex Codice MS., qui Ravennæ asservatur in Monasterio Classensi Monachorum Camaldulensium, in quo Abbates ejusdem Cœnobii recensentur, ibidemque hæc notatio, Casinensis scilicet Hippolyti Monachatus, scribitur an. 1556. quo ille Classensis Abbas creatus fuit, teste Cl. ac doctiss. Abb. Petro Canneto immortalis memoriæ, in Epist. ad Rmum Abbatem Camal-

H

maldulen. D. Jo: Benedictum Tassis data an. 1694. 25. Januarii. Camaldulensium igitur Hippolytus insertus albo, adeò laudabiliter se gessit, ut brevi admodum giganteis veluti gressibus ad primarias Ordinis sui dignitates pervenerit; nam an. 1538. anno scilicet à Professione V. Visitator [quo munere an. etiam 1549. functus est] ac deinde plurium Monasteriorum Abbas, S. Michaelis scilicet de Muriano bis, S. Mariæ Carcerum in agro Patavino, Cœnobii quoque Classensis, demumque totius Congreg. Generalis Præses electus fuit an. 1557. qua in dignitate an. sequenti 1558. die 27. Septem. migravit ad plures Venetiis in prælaudato S. Michaelis Cœnobio. Scripsit Hippolytus librum hujusce tituli -

1 *Tractatus de diligendis inimicis*, piis hominibus summè utilis. Impressus quidem fuit liber in 4. sed annus, locusque impressionis, & nomen Impressoris desiderantur, quamvis ex nuncupatoria Epist. Jo. Baptistæ Patavino Camaldulensium Moderatori, data ex Cœnobio S. Michaelis de Muriano Kal. Jan. an. à Christo nato 1546. annus etiam, quo opus publicam lucem aspexit, constare possit. Hic liber è Latino in Italicum Idioma translatus fuit cum hac inscriptione -- *Trattato d' amare i Nemici* del R. P. D. Hippolito da Novara Mon. Camald. molto utile à tutti i fedeli, tradotto da Messer Franc. Monosino da Prato Vecchio, in Venet. 1555. per Bartolomeo Imperatore in 8. Ita in Bibl. Cinelliana Plut. XI. pag. 66.

2 *Itinerarium mei D. Hippolyti de Novaria* Generalis Congregationis, & Ordinis Camaldulen. & S. Michaelis de Muriano, eorum, quæ pro tempore, ex officio præfato, acta, gestaque fuerunt. Incipiens de anno 1557. Ita reperitur inter MSS. S. Matthiæ de Muriano ejusdem Congregationis [quæ duo hæc conspicua Monasteria circa Murianum obtinet] estque pagg. 56. in 4.

De Hippolyto Ballarini præter Cinellum, & Cannettum in præcitata Epistola, agunt quoque Lazarus Aug. Cotta de Ameno *in Musæo Novar.* Ventura Minardi Camald. in tractatu, *de Bagni di Caldiero nel Territorio Veronese* Veronæ 1594. apud Hieronymum Discipulum, in 8. pag. 52. à tergo, ubi eum ob virtutes, & probitatem, Principibus acceptissimum, cunctisque cordatis viris gratissimum dicit. Denique Regesta actorum Capitularium Congreg. Camald. Sign. L. I, quæ clarè erroris convincunt Thomam Mini Camald. in *Catal. SS. Beatorum*, aliorumque Illustrium Virorum ejusdem Congreg. impress. Florent. 1606. in 4. pag. 47. de tempore electionis ipsius Hippolyti in Generalem Moderatorem, illud an. 1554. assignantem, mortem verò 1556. sicut etiam August. Fortunium in Hist. Camald. par. 1. lib. 3. Cap. 24. & 25. ubi in eundem errorem impingit.

Pag. 231. In HIPPOLYTO PUGNETTI.

Ubi dicit „ Elogia Virorum Illustrium litteris, & armis Augustæ Perusiæ, re-
„ manserunt ibidem apud Doctorem Petrum Paulum Christiani : adde: At
„ idem Doctor Christianus hac de re à me requisitus, respondit per Epist. datam Perusiæ tertio Kalen. Julii an. 1731. pauca tantum aliquot Perusinorum elogia à Pugnetto delineata potius, quam composita relicta sibi fuisse, quorum nulla habita ratione, ipse ex Cæsaris Alexii Manuscriptis, aliisque probatissimis tum Authoribus, tum documentis desumptâ materiâ, omnium tam armis, quàm litteris Illustrium ad eam diem Perusinorum suo Marte, suoque stylo Musæum absolutissimum, prò virili adornasse, nondum tamen typis consignatum. At Pugnettus Epist. ad me data Farfâ 17. Kalen. Majas

H

an. 1734. pergit asserere, Elogia Illustrium Perusinorum à se rite, ac rectè composita fuisse, & elaborata, præsertim Defunctorum. Ego cum ea non viderim, nec quot, & qualia sint perpenderim, litem hanc dirimere haudquaquam possum, sed potius ipsis horum elogiorum scriptoribus, vel cuilibet alteri dirimendam relinquo.

Ibidem lin. 27. In Eodem.

Sed hæc Pugnetti Opuscula non omnia, multoque minus ea, quæ ad Italiæ Concilia, & Tridentinam Synodum pertinent, ad umbilicum perducta hactenus sunt, nec Colophon illis additus, sed multâ adhuc limâ, & secundis curis indigent, quas nescio, an Pugnettus deinceps sit illis amplius adhibiturus, nam nuper in Sublacensem specum una cum aliquot aliis Monachis, Nicolai Mariæ Tedeschi Archiepiscopi Apamensis, & Congreg. Sacr. Rituum à Secretis operâ, & beneficentiâ, à SS. D. N. Clem. XII. approbatâ, & commendatâ, illuc congregatis, se se recepit, ut ibi regulari observantiæ, solitudini, abstinentiæ, orationi, chameuniis, sacrisque Christi fidelium confessionibus audiendis, strictiori deniquè pœnitentiæ totus incumberet. Quare D. O. M. exorabam, ut ejus, sociorumque inceptum opus tam egregium confirmare, augere, & ad perfectum culmen perducere, demumque perseverantiæ dono coronare dignaretur. Sed an. 1733. Pugnettus Sublaco quoque discessit, & ad Farfense Monasterium se contulit, non alia utique de causa, nisi ut in majori solitudine, Deo, sibique unice vacaret; Quamvis enim Sublacensis specus, ratione situs, locus sit ab hominum consortio remotissimus, undique tamen confluentium, devotionis, ac Sacramenti Pœnitentiæ percipiendi gratiâ fidelium turmis, frequentissimus in dies redditur, ex quo nimirum Clem. XI. P. M. concessione [Caroli Barberini Card. opera] Monachi quatuor Pęnitentiarii, ejusdem ac almę Lauretanę Domus, aliarumque Basilicarum authoritatis, quotidie quidem, sed pro singulis semel in anno, ibidem constituti sunt. Sperabam igitur, fore ut Farfæ ultimam, otio illo i : beato, suis opusculis Pugnettus manum imponeret, sed hac spe me decidere coegit ipse Pugnettus, qui alia Epist. ad me scripta 8. Maii 1734. asserit, multa se ex suis operibus non ita pridem aliis donasse, multa dissipasse, multa denique huc, illucque dispersisse, consilio mihi quidem minimè probato, utpote intempestivo: sed cum Farfæ Pugnettus ob aeris gravitatem in adversam valitudinem incidisset, ejusdem reparandæ causa iterum Sublacum rediit.

De eo in Bibl. par. 2. pag. 115 & in Catal. Episcopor. pag. 42.

Pag. 232. lin. 44. In HONORATO FASCITELLO.

Ejus Carmina leguntur in *deliciis Poetarum Italorum* collectis à Ranutio Ghero, & editis Francofurti an. 1608. in 16. par. 1. pag. 952. & novissimè inter Carmina aliquot Illustrium Italorum, Patavii apud Josephum Cominum an. 1719. in 4. Opera Viri Cl. Jo. Antonii Vulpii, qui in Epist. ad Lectorem, eadem Fascitelli carmina, utpote *Catulli elegantiis affluentia* commendat; & in fronte eorundem *elegantissima* ea nuncupat. Affert deinde plures alios Auctores eum laudantes, nempe Doctiss. Petrum Victorium Epist. l. 2. Epist. ad ipsum Fascitellum, ubi inter cętera „ Te semper amavi, & propter admi„ rabiles virtutes merito suspexi &c. „ Marium Conradum lib. 13. *de lingua Latina*, ubi inter celeberrimos Latinæ linguæ superioris ætatis Professores, Pontanum scilicet, Castilionem, Varchium, Jo: Baptistam Arcuccium, Cottam, Navagerium, Fracastorium, Amalthæum, Marullum, Gambaram, etiam Fascitellum enumerat, quorum tamen scriptis non minus quam

Vir-

Virgilii, Horatii, aliorumque Veterum, posteritatem adjuvandam asserit. Ferdinandum Ughell. in Ital. Sac. quem Nos etiam in Catalogo Episcoporum pag. 21. ubi de eodem Fascitello, allegamus.

Scipio Ammiratus in Dialogo *il Rota, overo dell' Imprese*, excuso Florentiæ in 4. an. 1598. apud Phil. Juntam 4. pag. 47. prope finem narrat, Fascitellum multa dixisse de antiqua Inscriptione in quodam viridario existente. Sed inter omnia Fascitelli carmina lepidissimum videtur Endecassyllabum ad Paulum Jovium, de reditu suo Romam. Lege.

Jovi, quem potè nil novi latere
Refeisti ne hodie tuum sodalem
Qui te plus reliquis tulitque, fertque
Et semper feret in suis ocellis
A' duro tibi Samnio rediisse?
Neges ò utinam, senex beate
Sic sit, ipse ego, nuntiusque primus
Bisque hoc nomine carus esse possim.
Sed seu sic habeat, quod ipse malim,
Se res, sive aliter, tuus sodalis
A duro tibi Samnio reversus
Te solvere jubet, manusque pronus
Absenti, ut licet, osculatur ambas.
Hoc primùm, a regione tum remotà
Vectos caseolos dat, atque pernas,
Addit præterea Lepusculosque
Duos, quos ab Anagniæ ruinis
Venator tibi tradidit ferendos
Tu ne despice qualecumque munus
Paulo post aderit sodalis ipse
Cum rerum tibi saecula novarum
Canet versiculos suos jocosos
Tu gravem tuam Historiam repones.

Pag. 232. lin. 44. In HONORATO MEDICEO.

Corrigendus est annus Professionis Monasticæ, quam emisit an. 1572. non autem 1574. ut ibi per Typographi errorem dicitur; nec verum est, Honoratum prosequutum fuisse Annales Casinenses à Placido Romano inchoatos, ut mihi antea relatum fuerat, nam, ut nuper à Cl. Abbate Erasmo Gattola didici, Epist. ad me data Casino 13. Kal. Aug. 1733. [quod etiam repetit in *Accession. Hist. suæ Casin.* pag. 942.] Placidus Petruccius Annalium suorum tomum primum ab erectione Casinen. Cœnobii incæpit, usque ad an. 1138. ubi olim Petrus Diaconus desierat; secundum verò ab eodem ann. 1138. usque ad 1580. At Honoratus Annales suos ab ann. 484. exorditur, perducitque usque ad an. 1610. in 3. partes distributos. Quæ omnia nemo ipso Erasmo Casinen. Tabularii monumentorum omnium callentissimo, certius scire umquam potuit.

Pag. 234. lin. 46. In HONORIO ANSALONE.

In Regesto Professorum S. Martini de Scalis extra Panormum cujus exemplar nuper ad me transmissum fuit, notatur ejus Monastica Professio an. 1579. die 29. Nov. ex quo tempus ejus Professionis in Bibliotheca adscriptum ann. 1532. die 8. Dec. corrigendum est, sicut etiam annus 1570. quo ab Arnoldo Wione Honorius floruisse dicitur, & verius existimandum cum Mongitore, eum claruisse an. 1590. nam Vitus de Amico in Suplem. Sic. Sac. notit. 1. S. Martini pag. VI. num. XV. idem efferit, floruisse nempe circa an. 1590.

Pag. eadem 134. lin. 49. & pag. 235. lin. 6. In HONORIO JORLANDA.

Idem Vitus ibidem num. IV. ejus Tractatum *de Duabus Mariis*, varia eruditione dicit refertum.

Pag. 235. lin. 47. In HONORIO THOTO.

Ubi dicit *Repertorium Archivi S. Angeli de Cajeta ab Honorio concinnatum exscri-*

H *cripsit nitido, pulcherrimoque charactere D. Cornelius Rosetti à Neapoli Sac Monast. Casin. Professus*; Cl. Abbas Erasmus Gattola Epist. ad me datis 13. Kal. Augusti, & 16. Kal. Sept. an. 1733. putabat esse corrigendum cognomen Amanuensis Cornelii, & Cerafo pro Rosetto scribendum, asserens ab an. 1564. usque ad 1660. neminem Casini Monachi habitu indutum, nisi D. Cornelium à Verona, cognomine Biemma, & D. Cornelium Cerafo à Neapoli, de quo Nos in Bibl. p. 1. L. C. pag. 145. Sed animadvertendum est, hunc etiam Cornelium, ut plures alii, vel dupplici cognomine fuisse — *Cerafo de Rosettis*, vel cognomen hoc Rossetti, quod ejus sororis filii erat, Petri nempè Rossetti, Cornelium usurpasse, sub cujus pariter nomine, & cognomine opus quoddam evulgavit, ut suprà dictum est in hisce ipsis Additionibus ad pag. 145. lin. 13. sed jam pudet in re nullius momenti, & verba, & tempus conterere.

Pag. 239. Adde.

HYACINTUS DE CASTRO, Panormi natus ex Hispania tamen oriundus, Monasticum induit cucullum in Cœnobio S. Martini de Scalis an. . . . . . die . . . . . . ubi quoad vixit, conspicuæ pietatis præbuit exempla, quod idem clarè testatur devotissimus ab eo conscriptus libellus editus suppresso nomine cum hoc titulo.

1. *Corona del P. S. Benedetto*; 2. *Memoria del suo glorioso Transito*; 3. *Rinovazione dei voti Religiosi*; 4. *Cristiane proteste, e Indulgenze*; 5. *Segno de S. Mauro per gl' infermi*; 6. *Assoluzione di pena e colpa per i Moribondi*; 7. *Religiosi doni della Religione Benedittina, e numero dei suoi Santi*. In Palermo per Gasparo Bajona 1714. in 16. & iterum ibidem apud eundem 1720. pariter in 16. Vivere desiit Hyacinthus in Monasterio suo ann. 1720. die 2. Martii. Ex Additionibus Antonini Mongitore ad suam Bibliot. Siculam, MSS., sed propediem imprimendis, mihi per Epistolam humanissimè, quod pertinet ad Casinen. Monachos illius Regni, communicatis an. 1733. die 18. Nov.

Supra pag. 48. lin. 32. In HIERONYMO MINIATI.

Ubi dicit, Inveniri, aut sciri nullatenus adhuc potuit. Adde.

Quænam scilicet fuerit Portiana conjuratio.

Sed tandem notitiam hanc, & quidem absolutissimam obtinui, à doctiss., & eruditiss. Francisco Valesio, qui prò consueta sua, ac singulari humanitate, Epistolâ ad me datâ Romæ Nonis Maii 1735. docuit, *Porcianam conjurationem*, eam fuisse, quam Stephanus Porcari nobilis Romanus, familiâ modo extinctâ, contra Nicolaum V. Pontificem Max. an. 1453. orditus est, eâ scilicet ambitione, ut Romam in Reipublicæ formam restitueret, quod facinus Porcarius capite luit, qua de re loquuntur etiam B. Platina in Vita ejusdem Nicolai V., Pius II. in suis Commentariis, ac omnium fusissimè Stephanus Infissura in Diariis, quæ Jo: Eccardus publici juris fecit; en igitur causa, cur Viris etiam doctissimis ea conjuratio non ita obvia fuerit. Ortum id ex Amanuensis, vel inscitia, vel negligentia, qui prò *Porciana*, vel *Porciara*, *Portianam* conjurationem scripsit.

Quæ à Porcio Catone originem se trahere venditabat.

Rerum Romanarum Italica lingua.

AD-

ADDITIONES, ET CORRECTIONES SECUNDÆ PARTIS

Tam quæ in ipso Opere ad calcem uniuscujusque Litteræ, Alphabeti ordine, appositæ fuerunt, tam quæ postea longè majori numero adiectæ sunt.

SCRIPTORUM, QUI ADDUNTUR SECUNDÆ PARTI.

Nomina.	*Cognomina.*	*Patriæ.*	*Monasterio.*
Januarius	Salines	Neapolitanus	S. Severini
Ignatius	Georgii	Ragusinus	Melitensis
Julius	Calinus	Brixiensis	
Leonardus	Vairus	Beneventanus	
Nicolaus	Florentinus	S. Mariæ	Florentiæ
Nicolaus Maria	Riccioli	Catanensis	S. Nicolai de Arenis
Paulus	Ballantini	Florentinus	SS.Flor. & Lucillę Aretii
Petrus	Cœlestinus	Messanensis	S. Placidi de Calonero
Petrus	Orlando	Panormitanus	S. Placidi Messanæ
Placidus	Mennus	Ragusinus	Lacromensis
Robertus	Garzias	Panormitanus	S. Martini de Scalis
Romualdus M.	Rizzari	Calatanixetensis	S. Nicolai Catan.
Seraphinus	Gonzalez	Panormitanus	S. Martini de Scalis
Silvester	Michaeli	A Vasto	
Victorinus	Paternò	Panormit.	S. Mart. de Scal.
Vincentius	Neapolitan.		
Vitus Maria	De Amico	Catanen.	S. Nicol. de Aren.
Zaccharias	Serenus	Romanus	Casini.

In Indice Authorum, qui de nostris Scriptoribus Secundæ Partis mentionem faciunt L. G. ubi dicitur: *Glorie degl' Incogniti* adde. Author hujus libri est, vel Franciscus Lauredanus, vel Jo: Baptista Moronus, vel Hieronymus Brusonus, ut supra in Additionibus Primæ Partis clarius, & fusius dictum est.

IN

IN INDICE COGNOMINUM SCRIPTORUM

SECUNDÆ PARTIS ADDENDI.

Pag. 7. lin. 7. In JACOBO CARRARA.

Vita S. P. Benedicti ab eo ex Gallico in Italicum fermonem translata impreffa tandem fuit Venetiis an. 1733. apud Chriftophorum Zane in 4.

Pag. 8. lin. 46. In JACOBO CAVACCIO.

Ejus Hiftoriæ S. Juftinæ meminit N. Langlet du Frefnoy in Methodo ftudendi Hiftoriis ex Gallico in Italicum Idioma converfa, & Venetiis imprefsâ an. 1726. in 8. apud Coletum cap. 46. pag. 263. tom. 2.

Pag. 9. lin. 25. Adde.

JANUARIUS SALINES Neapoli nobili familiâ, ex Hifpania tamen oriundâ, prodiit, ibidemque in Cęnobio S. Severini, noftris adfcribi voluit an. 1710. die 21. Augufti. Ingenii præditus acumine, poft datam Philofophiæ, ac Theologiæ operam, Romam miffus, in noftro D. Anfelmi Collegio, Theologiæ, ac Sacrorum Canonum curfum confecit: Neapoli deinde in laudato S. Severino, demumque Ticini Regii in S. Salvatore eafdem facultates docuit; compofuit.

Notas ad Imperium Occidentale Caroli Sigonii impreffas cum eodem Sigonii libro; una cum aliis Virorum eruditifs. Notis, Mediolani an. 1733., ut referunt Ephemerides litterariæ Albritianæ ejufdem anni, Venetiis editæ. Quarum Annotationum cenfuram Rmus P. Præfidens duobus noftris doctiffimis Monachis Jo: Gafparo Beretta, publico in Ticinenfi Gymnafio Profeffori, & Jo: Andreæ Aftezzato S. Simpliciani Priori demandavit, quorum alter Epiftolâ ad me datâ Brixię 3. nonas Febr. 1734. afferit eafdem Januarii Notas, licet breviufculas, admodum tamen doctas, & eruditas effe, dignas propterea haud exiguâ commendatione, & plaufu.

Pag. eadem 9. lin. 39. Adde.

IGNATIUS GEORGI Nobilis Ragufinus Congreg. Melitenfis in Mari Adriatico

I

tico Alumnus factus an. 1707. . . . . jure, ac meritò in hac Scriptorum Casinensium Bibliotheca honorificum locum meretur; præterquam quod enim Melitensis Congregatio auspiciis Pauli III. Pont. Max. à Chrysostomo Calvini à S. Gemiliano, Casinensi Monacho, ad normam nostræ Congreg. reformata, vel potius veluti ex integro fuit instituta, ex quo Melitenses Monachos inter Casinenses recensendos nemo inficiari, aut æquè revocare possit in dubium, ipse etiam Ignatius, ut plerique alii laudatæ Congreg. Melitensis Ascetæ, aliquot annis in nostris Monasteriis, Venetiis, & Patavii scientiis strenuè vacando, insigni profectu commoratus est, quod ut impensius faceret, oblatam Abbatis dignitatem in sua Congreg. recusavit an. 1714. quamvis jam diù esset Prior, quam nihilominus postea superiores sui ei detulerunt, & an. 1723. die 2. Maii electus fuit Præsidens ejusdem Melitensis Congreg. & ferè eodem tempore à Republica Ragusina Theologus, & Consultor; quod tamen munus impedimento illi minimè fuit, quin optimis adhuc studiis incumberet, quibus multiplicem doctrinã, & omnigenam eruditionem acquisivit, ut plura, quæ scripsit, vulgavitque Opera testantur, videlicet Illyricâ linguâ. *De quibus Not fuit locis*

1 *Usdasi Mandaliene pocornize* Spilli od Marsiglie Spievani po D. Ignatiu Giorgi Opatu Melitenskomu Kcemisce josc, raslike Piesni duhounie, i diello Spraune, Slofcene od Istoga prilagaju, idest.

Suspiria Magdalenæ pænitentis in Specu Massiliensi, carmine expressa à D. Ignatio Georgi Abbate Melitensi, Poema Thelogico - Mysticum, cui subnectuntur etiam plures aliæ poeticæ lucubrationes, tum sacræ, tum profanæ ab eodem compositæ. Additur in fine liber primus ejusdem Magdalidos ab eodem Authore heroico carmine Latinè redditus. Venetiis 1728. apud Christophorum Zane in 4. opus insigne, & pulcherrimum pagg. 226. preter præfationes.

2 *Vulgatæ Psalmorum editionis* in locis obscurioribus aliarum versionum, ac Interpretationum claritate interpolatæ, Illyrica Metaphrasis cum notis, sive *Saltier Slovinki* Spievan pò D. Ignatiu Giorgi Opatu Melitenskomu. *Psallite sapienter* Psal. 46. Venetiis 1729. apud Christophorum Zane sub signo S. Ignatii in 4. pag. 512. præter pag. alias 44. Prologomenorum.

3 *D. Paulus Apostolus* in mari, quod nunc Venetus sinus dicitur, naufragus, & Melitæ Damaltensis Insulę post naufragium hospes, sive, de genuino significatu duorum locorum in Actibus Apostolicis, cap. 27. E 27. *Navigantibus nobis in Adria*; cap. 28. A. *Tunc cognovimus quia Melita Insula vocabatur*. *Inspectiones Anticriticæ*. Authore D. Ignatio Georgi Benedictino, è Congreg. Meliten. Ragusina: Adiicitur brevis dissertatio de Catellis Meliteis. Venetiis in 4. apud Christophorum Zane 1730. pagg. 312 præter 54. prologomen - & figuras æreas. Adnectitur Epist. Cl. Equitis Antonii Vallisnerii ad eundem Ignatium, in qua varia experimenta *Terræ Candidæ*, seu Boli Melitensis in Mari Aphrico contra viperarum morsus afferuntur, & confutantur; quæ Epist. allata jam fuerat à doctiss. & cl. Viro D. Angelo Calogierà Camaldulensi Monacho S. Michaelis Muriani Venet. & Sac. Theologię Lectore, selectâ, reconditâque Philologia ornatiss. & Litteratos omnes operâ, ac eruditione sua juvandi studiosissimo, tom. 3. Collectionis variorum Opusculorum pag. 193., quæ Collectio continet innumeras ferè dissertationes, aliosque ingenii fętus plurium Italorum potissimum recentiorum, quæ cum MSS. essent, ac parvæ molis, facillimè disperdi poterant, ac perire, nisi

I nisi Calogeræ labor, ac diligentia eorum perennitati consuluisset, qua sane cura eximiam laudem, & commendationem consequutus est, cum de Rep. Literaria benemerentiss. ita sese præstiterit, & adhuc præstare pergat; nam undecim jam tomos in 12. eorundem Opusculorum ab anno 1728., usque ad 1735. evulgavit Venetiis per Christophorum Zane. Sed ad Ignatium redeamus. Ejus quoque labor est --

4 *Il Novitio Benedittino*, overo, Brevi insegnamenti di ciò, che il Novitio di qualunque Istituto religioso deve nell'interno, è nell'esterno quotidianamente pratticare. Opera tradotta dal Latino, & accresciuta con alcuni discorsi alla stessa materia confacenti, da un Monaco Benedettino Nero della Congreg. Melitese. In Venetia per Cristoforo Zane 1730. in 12. pagg. 380. præter Præfationem. Hujus libri primus Author fuit D. Philippus Franciscus Monachus Congreg. S. Mauri, qui illum Gallicè composuit, edideitque sub titulo *Exercitiorum Spiritualium cujuslibet diei pro Tyronibus*, postea verò Monachus alius Anonymus ejusdem Congreg. S. Mauri auctum illum Latine reddidit, Ignatius demum Italicè. Habet MSS. à se composita.

1 *Antiquitates Illyricas* à diluvio Noachico ad ortum Christi Domini, quas subsequuntur dissertationes fere 200. ad loca dubia in iisdem Antiquitatibus illustranda opportunæ, & in 3. classes divisæ; quarum prima dissertationes Illyrico-Dalmaticas, secunda Illyrico-Thracias, tertia Illyrico-Sarmaticas complectitur. tom. 2. in fol.

2 *Epinicium Principi Eugenio à Sabaudia*, Turcarum triumphatori, libris 4. decantatum, cum aliis omnigenis Poematiis Latinis. Additis Poematibus Anecdotis Ælii Lampridii Cervini Poetæ sub sæculi XV. finem Laureati, aliorumque. in 8.

3 *Miscellanea variarum dissertationum* Theologicarum, Canonicarum, Phisicarum, Philologicarum &c. in fol.

Pag. 10. lin. 17. In IGNATIO SQURCIALUPI.

Ubi dicitur, recuperasse eum Casinen. Cœnobio *plurima prædia, Oppida, aliaque olim amissa*, idque ex Authoribus, qui de eo agunt, inter quos M. Antonius Scipio gravissimus Sctiptor ibi allatus pag. 11. l. 44. in elogiis Abbatum Casin. 2. edition: pag. 215. & seq. appellat Ignatium *Casinen. Cœnobii restauratorem, ejusque Bonorum recuperatorem*; animadvertendum est Cl. Abbatem Erasmum Gattolam Hist. Casin. nuperum Scriptorem, & à pluribus annis Casin. Tabularii Præfectum, ideoque omnium ejusdem Monumentorum scientiss. Epist. ad me datâ 13. Kal. Aug. 1733. diserte inficiari Oppidum aliquod, aut Castellum Archisterio Casin. ab Ignatio recuperatum fuisse.

Pag. 11. lin. 15. In eodem IGNATIO SQUARCIALUPI.

Ejus liber *de Visione Fernandi Consalvi* reperitur M. S. in Bibl. S. Georgii M. Ven. cum hoc titulo.

Compendiolus Visionis Illmi Principis Fernandi Consalvi; de Reformatione Monasterii Casinen. est pagg. 5. incipit „ Divinam Illmi Fernandi Consalvi „ Visionem &c. 11. finit. Videas bona Domini in terra viventium, juxta Pro„ phetæ verbum, omnibus diebus vitæ tuæ in senectute uberi, & benedictio„ nibus longævitatis multis.

Ibidem lin. 28. In Eodem.

Extat etiam ibidem aliud ejus.

Carmen Elegiacum ad B. Virg., & preces super vitæ exitu, incipit.

Ad

I

Ad te confugio supplex Regina Polique.
Terrarumque potens, & mea damna queror &c.

Sunt autem ista carmina n. 218. manu Costantini Cajetani, sicut etiam laudatum opusculum, *De Visione Fernandi &c.*, exscripta; qui asserit fuisse à se correctas, & ordinatas Ignatii lucubrationes, quæ vitiatæ fuerant, partim Amanuensium negligentiâ, partim ob ejus immaturam mortem, immaturam scilicet ejus scriptis, quæ forsitan ad ultimam lineam minimè perduxerat, non verò personæ, cum anno ætatis suæ LXXVIII. mortem objerit, quam nemo immaturam dixerit.

Pag. 12. lin. 25. & seqq. in eodem IGNATIO SQUARCIALUPI.

Leonem X.Pont.Max. precibus, & persuasione Ignatii Squarcialupi impulsum, pensionem IV. millium aureorum, quam sibi, dum Casin. Monasterii *Commendam* Julii II. Pont. Max. rogatu dimitteret, reservaverat, & Pontifex creatus adhuc retinuerat, benignè eidem Cœnobio indulsisse; idque ex Petro Ricordato, qui ibi explicatur, præter Placidum Puccinellum locis. ibidem allegatis, narratur, sed laudatus Gattola id multo magis negat, asserens Leonem adhuc Cardinalem Casinensis Cœnobii *Commendæ* cessisse hac inter ceteras conditione publicis tabulis consignatâ die 22. Febr. 1504. more Florentino, ut scilicet, si contingeret, disponente Domino, eum ad summum Pontificatum assumi, illico, & re ipsa pensio eadem cessare intelligeretur, & ad idem Monasterium redire, sublata de eadem Pensione tam prius, quam postea secus aliquid faciendi, quacumque facultate. Ego sanè uni Erasmo, credendum potius existimo, qui documenta hæc, sicut & reliqua omnia, in suo fonte degustavit.

Pag. 15. lin. 9. In INNOCENTIO CŒSIO.

Ejus etiam sunt fetus sequentia Opuscula.

1 *Vetustate legum conservantur Imperia.* Oratio habita Venetiis in Comitiis Generalibus Casin. Regii-Lepidi typis Prosperi Vedrotti an. 1690. in 12. 2. *Gubernantium concordiâ, ac justitiâ Respublicæ conservantur.* Oratio habita ibidem prò gratiarum actione post Generalia Comitia, ibidem apud eundem eodem anno in 12. 3. *Insulæ Benedictinæ pretiosis Apocalypsis lapidibus exornatæ.* Oratio in Funere Reverendissimorum Abbatum Casin. habita in eisdem Comitiis Generalibus. Ibidem apud eundem eisdem an. & forma. 4. *De S.P. Benedicto in Casino Monte Apollinis, & Veneris Idola prosternente.* Carmen; Ibidem apud eundem ut supra. De hisce Opusculis loquitur Dionysius Andreas San-Cassani tom. 20. Bibl.Vol.Cinelliauæ impress. Patavii in 8. an. 1718. apud Jo. Baptistam Conzatti Pluteo 20. pag. 72. & 73. 5. *Vita Pulcheriæ Augustæ* impress. in 12. sed annus, & locus impressionis à me desiderantur. 6. *Panegyris in laudem Ill.mi, & Excell.mi Francisci Mauroceni* Equitis, & D. Marci Procuratoris, ac Venetæ Classis Imperatoris Augustissimi, dum relatâ e Turcis victoriâ Patras, Naupactum, duasque Naupacti Arces Venetis subegit armis. Illustriss. atque excellentiss. D. Hieronymo Ascanio Justiniano dicata. Venetiis an. 1687. apud Franciscum. Valvasensem: pagg. 11. in fol. cum nuncupatoria Epist. & ad Lectorem admonitione; reperiuntur hæc opuscula in Bibl. S.Georgii M. Venet.

Pag. 16. lin. 17. In JOANNE PERUSINO.

De eo nuperrime Michael Angelus Belforti Oliv. in Lyceo Auguf. edit. Neap. an. 1733. per Felic. Moscam. 12. pag. 80. ubi sapientia illustrem, pietate illustriorem illum voc...

I Pag. 18. lin. 17. In JO. ANDREA ASTEZZATI. Scripsit etiam
1 *Epistolam*, in qua annus XVII. supra DCCC. Bernardi Italię Regis emortualis ostenditur, & aliæ Lotharii Imperatoriis, ac Ludovici Junionis ejus filii à vulgatis noviter observatę Epochæ exhibentur; est impressa, licet locus non exprimatur, ut creditur, Mediolani, sicuti etiam ibidem data est, ex edibus S. Simpliciani pridie Idus Januarii 1733. in 4. pag. 49. Scripta autem fuit eruditissimo D. Laurentio de Georgiis Papiensi, Cisterciensi Monacho, & in Cęnobio S. Ambrosii Mediolani Tabularii Pręfecto, Antiquitatis scrutatori studios., sibi ex studiorum etiam similitudine in paucis amico, qui Astezzati sensum, de quibusdam Ludovici Imperat. Epochis, & de anno emortuali Bernardi Italiæ Regis exquisierat. Is dissertationem hanc Epistolarem, publicâ luce dignissimam censens, eam insciò Authore imprimendam curavit. In Epist. ad Lectorem, nomine quidem Typographi editâ, sed ut existimo ab eodem D. Laurentio digestâ, in laudem hujusce Opusculi sic dicitur.

Jo. Gasp. Beret. de quo in Bibl. L. l.

„ Hæc Epist. Corollarium haud injucundum erit rebus antea ab eodem Authore „ discussis in adnotatis ad dissertationem Italiæ Medii Ævi Anonymi Mediolanensis. Quæ omnia, quamvis Epist. limites non excedant, molem superant gravitate rerum in ipsa discussarum, & Scriptorum coetaneorum, ac „ recentiorum testimoniis ab Authore productis — In laudem verò ejusdem Authoris hæc initio idem præfatur „ Jam Litterator. Reipublicæ notum est celeberrimum nomen D. Jo. de Astezzatis Brixiani Monachi Benedictino-Casinensis, qui publicæ luci donans opusculum *Evangelistæ Manelmi De obsidione Brixiæ*, tot illud Commentariis, atque Adnotationibus exornavit, ut haud parvam apud bonos omnes laudem, commendationemque retulerit; tum maximè ob artis criticę peritiam, cujus ope obscuriorum temporum tenebras detergens, restituta Diplomatum serie, & Cronologiæ ratione, non mediocrem sibi famam, Lectoribusque delectationem contulit, ac proventum. Ephemerides quoque Litterariæ Albritianę Venetiis evulgatę an. 1733. die 29. Augusti perhonorificè de hac eadem Epistola, ejusque Authore verba faciunt. „ Il nome dell'Autore è celebre fra gli eruditi per il suo Libro intitolato *Evangelistæ Manelmi De obsidione Brixiæ* stampato in Brescia in 4. e questa lettera è piena di eruditione antica, e di sode riflessioni sopra varii Diplomi malamente da altri intesi, e riferiti, difendendo con modestissima critica il suo assunto, massime contro l' Anonimo insigne Autore della famosissima Disertatione *Italiæ Medii Ævi*, in fol. e sue difese in altro volume in 4. „ ambedue stampate in Milano, Opera Philippi Argilati, qui insuper nuperrime inseruit tomo IV. Caroli Sigonii *de Regno Italiæ* Epistolam aliam ejusdem Jo. Andreæ Astezzati ad ipsum Argilatum olim Pontidâ scriptam, *De correctione Tabulæ Palestinæ* Nicolai Sansonii celebris Geographi, cum aliquot notulis qui quidem Argilatus inscio, nihilque tale suspicante Astezzato arbitratu suo id sibi vindicavit, cum aliud sit publicæ luci exponendum, aliud privatis curis, & domesticis scriniis recondendum aliquid scribere, quamvis Astezzatus vel in ipsis primis lineis à scopo minimè aberret. Ex prima verò Astezzati Epist. cognoscimus alia item opera ab eodem elucubrata, nempe.

1 *Illustratio Chronologiæ* Pontificum, Cęsarum, & reliquorum Italiæ, & Franciæ Regum à sęculi VII. circiter exordiis ad usque finem XII. ex illorum Epistolis diplomaticis, aliisque documentis accuratè itinera persequendo; cujus operis licet non adhuc absoluti fama occasionem dedit communi Amico nostro

nostro eruditiss. mihi scribendi, fuisse ab Astezzato compositam Historiam Langobardicam, quod tamen ipse Astezzatus Epist. ad me data 8. Kal. Octob. 1734. disserte inficiatus est. I

2 *Notæ ad Regnum Italiæ Caroli Sigonii* cum animadversionibus modestissimis, ut semper illi fuit in more, non solum in ipsum Sigonium, sed in Baronium etiam, Pagium, aliosque. Sed quia in idem Regnum Italiæ Cl. Joseph Antonius Saxius Notas pariter contexuit propediem imprimendas, idcirco *ne aliquot à tanto Viro preoccupata* (Astezzati sunt verba) videretur repetere, integrum ipsum opus, vel hac de causa oblivioni censuit esse donandum. Item ab anno, vel eo amplius, sub calamo habet dissertationem.

3 *De itinere Alexandri III. Pont. Max.*

Quia autem in perlustrandis, recensendis, verisque ab apocryphis secernendis Antiquitatis documentis, admodum præstat, ideò ut hanc egregiam operam variis in Tabulariis impenderet, fuit requisitus. Igitur nullis parcens laboribus, ut Remp. Literariam juvare posset, ordinavit 1. *Tabularia* Monasteriorum nostrorum S. Faustini, & Jovitæ Brixiæ, & S. Juliæ Monialium ejusdem Urbis, eorum omnium indicibus absolutissimis concinnatis, premissaque singulis brevi eorundem Cenobiorum erectionis narratione, digestis pariter materiarum titulis ordine Alphabetico, & Chronologico, quod sanè plurimum confert, tum ad invenienda, tum ad intelligenda eorundem Archivorum diplomata, & monumenta; prosequutus est quoque. 2. *Indicem Tabularii* Monasterii nostri S. Euphemiæ ejusdem Brixiæ olim à Cornelio Margarino inchoatum ab anno scilicet 1650. ad hæc usque tempora 1733. Recto item ordine disposuit. 3. *Archivum magni Nosocomii* S. Mariæ vulgo *di Campagna* in Urbe Placentia, cujus tamen Indicem haudquaquam digessit ob suum ab eadem urbe Placentina Brixiam versus discessum, denique ordinandum suscepit. 4. *Tabularium Monasterii nostri* S. Jacobi Pontide agri Bergomensis, ejus Diplomata recensens, monimenta disponens, ac recognoscens, omniaque in optimam formam redigens, in quo studio præclaro æque, ac proficuo, indefesso labore usque ad annum 1734. quo Placentiam ad Prioris officium exercendum rediit, perseveravit, omni propterea laude, ac commendatione, non minus quam ob tot alia egregie adeo ab eo elucubrata dignissimus.

Pag. 18. lin. 37. In JO. ANDREA RICCIO.

Ex Cl. Erasmo Gattola in Hist. Casin. tom. 1. part. 2. pag. 775. discimus, Jo: Andream Riccium.

1 *Varios divinæ paginæ Codices* explanasse, à Genesi nimirum ad Ecclesiasticum usque, tomis tribus in fol. item. 2. *De Theologia scholastica, & Morali* tom. 2. pariter in fol. 3. *De sex Mundi ætatibus* tom. 1. in fol. qui sex tomi Latino sermone conscripti, & venustissimis figuris identidem exornati, asservantur in Casin. Bibl. MSS. edidit quoque. 4. *Epitomen Architecturæ* de Ordine Salomonico integro ad Alex. VII. P.M. an. 1663. ex quo libro cognoscimus Joannem Andream *adhuc parvulum* scripsisse *De Immaculata Deiparæ Conceptione* ad Paulum V. P. M. Idem autem Gattola eodem tomo, eademque parte 2. sed aliquantò supra pag. videlicet 760., ubi de *Piis Viris*, asserit Jo. Andream in sua Vallisoletana Congreg. Generalem Concionatorem fuisse, & in lectione Sacræ Scripturæ, Sacræque Theologiæ haud mediocriter versatum. Denique sanctè obiisse an. 1681., ætatis suæ anno pariter 81.

Pag.

I Pag. 25. lin. 42. In JO: BAPTISTA FOLENGO.

Richardus Simon in Criterio Bibliothecæ Dupinianæ à Paris 1730. Chez Genau to.2.l.2.C.XI.p.112.& seqq.asserit, ejus Commentaria in Davidicos Psalmos impressa primò fuisse Basileæ apud Insingrin an. 1549. sed hoc minime verum esse eorundem editio celebrata Patavii an. 1542. Basileæ vero an. 1547. clarè demonstrat: quamobrem editio illa Isingriniana tertia sit oportet.

Ceterum quamvis Richardus Dupinium carpat, non quòd Folengum eximiè laudet, quod jure factum dicit, sed quia testimonium Augusti Thuani in ejus laudem afferat, quod parum ad rem facere, in ea materia, contendit, ipse nihilominus Simon Folengum magnopere commendat, docti, prudentis, & optimo judicio præditi Commentatoris,& ultra communem sui temporis Theologorum cętum supereminentis, semper titulis eum prosequens, non omittens tamen ejus Authographum, ubi ad Hebraicum textum recurrit, paraphrasim esse Campensis, quo Duce hac in re semper sit usus.

Pag. 29. lin. 36. In JO: BAPTISTA de MIRO.

Setin. In libro impresso Romæ an. 1727. cui titulus *Dissertatio Historica* Dominici Georgii, *de Cathedra Episcopali Setinæ Civitatis in Latio* cum Appendice monumentorum eandem Ecclesiam, & Civitatem illustrantium, legitur in hac eadem Appendice Epist. Jo: Baptistæ de Miro tunc Bibliothecæ Vaticanę Custodis, paginarum ferè quinque de Codice Ecclesiæ Setinæ, ad Emum Cardinalem Corradinum, tunc Clem. XI. Prodatarium &c. in quo Codice, nunc in Vaticanâ Biblioth. existente, hęc continentur. 1. Vita S. Lidani. 2. Kalendarium ejusdem Setinæ Ecclesiæ. 3. Quædam carmina in laudem præfati S. Lidani. 4. Tabula Lunationum.

Pag. 31. In eodem JO. BAPTISTA de MIRO.

Novissime ejus peronorificam mentionem facit Mich. Ang. Belfor. in Lyceo Aug. impr. Neapoli 1731. pag. 170. ubi sapientibus ipsis stuporem,eum excitasse scientiarum varietate, plurium linguarum præsertim Græcæ peritiâ affirmat; idque post ejus obitum; quo adulationis suspicio omnis evanescit.

Pag. 36. lin. 5. In Jo: EVANG. FLORENTIA à PANORMO.

Vitus etiam de Amico Sup. Sic. Sac. not. 1. pag. III. Caroli Estensi Archiepisc. Panormitano ob virtutem, & scientiam adm. charum eum fuisse dicit. Abbatem S. Martini de Scalis, Cęnobium ære alieno, quo premebatur, liberasse. Humanissimum, & Regularis disciplinæ observantiss. Ecclesiæ ornamentum auxisse, communi mensa,unicâ in dormitorio cellâ, & vulgari lecto contentum, monasticis exercitiis die, noctuque incubuisse, nihil verbis docuisse, quod non firmaret exemplo.

Pag. eadem 36. lin. 27. In JO. EVANGELISTA MORMILIO.

Inter alia, quæ Mormilius scripsit, præterea, quæ in Bibliotheca referuntur, sunt etiam quædam carmina Italica.

In gloriosissimam noctem Nativitatis D. N. J. Christi R. P. D. Hieronymo à Perusio Abbati S. Monasterii Casinensis dicata an. 1590. die 24. Decembris ex S. Maria de Albaneta propè Montem Casinum, quæ Venetiis in Bibliotheca S. Georgii M.Ven. extant. Sunt autem octona Carmina (vulgo stanze) 64. MSS. incipiunt.

Padre del Ciel, che il tripartito impero *E con incomprensibil' Magistero*
Solo governi col divin consiglio. *Mandasti in terra l'unico tuo Figlio.*

Sed sciendum, in Indice librorum præfatæ Bibliothecę S. Georgi M. per errorem

rem Scriptoris ejusdem indicis tribui hæc carmina ipsi Hieronymo Ruscellio; cui dicata à Mormilio fuerant, ut supra in correctionibus primæ partis, ubi de eodem Ruscellio, dicitur, & emendatur. Ceterum ejusdem Mormilii in eadem Biblioth.S.Georgii M. reperiuntur MSS. etiam sequentia Opuscula. I

1 *Epicedium in Assumptione Deiparæ Virginis* Rmo P.D. Angelo Sangrino Abbati Casinensi dicatum; est paginarum undecim in 4. 2 *Epicedium in funere Illmi Caroli La Noja* Sulmonæ Principis. 3. Plura insuper Epigrammata, & alia. *De eo in Bibl. P. par. L. A. p. 23. & seqq.*

Pag. eadem 36. lin. 35. In JO. EVANGELISTA A' NEAPOLI.

De voto Jephtæ Galaaditæ, de quo dissertationem scripsit hic Jo. Evangelista: vide, si placet, ad pleniorem eruditionem Augustinum Calmet Monachum Lotharingum Congreg. SS. Withoni, & Hydulphi in *Thesauro antiquitatis sacræ, & profanæ* Gallicè ad eo edito, & à Dominico Mansio in Latinum, demumque à Lamperto Cajetano Ponsampieri Lucensibus in Italicum sermonem converso, & Lucæ impresso an. 1729. apud Sebastianum Dominicum Capuri in 4. pagg. 538., & seqq.

Pag. 44. lin. 34. Adde

JO. STEPHANI à Genua in Bibl. S. Georgii M. reperiuntur:

1 *Oratio habita in Monasterio D. Justinæ* an. 1645. prò Adventu Rmi P. D. Andreæ Arcioni Sac. Casinensis Cœnobii Abbatis, ac totius Congregationis Præsidis impressa typis Sebastiani Sardi in 4. 2 *Elogium ad eundem Rmum* impressum Bononiæ typis Tebaldini an. 1645. in fol. 3 *Gratulatio Elogio expressa* Rmo P. D. Andreæ Mancuso secundò in Casinensium Præsidem electo: impress. in fol. sed locus, annus, & Impressoris nomen desiderantur. An autem hic Jo: Stephanus à Genua idem sit cum Jo: Stephano Marenco pariter Genuensi, de quo in Bibliotheca eàdem pag. 44. licet nominis, & Patriæ similitudo suadeat credere, nec temporis ratio discrepet, persuadere tamen nisi clarius constet, hactenus minime potest.

Pag. 48. lin. 36. Adde.

JOVITA GIRALDI Patriâ Venetus S. Georgii M. Ven. alumnus an. 1629. die 27. Aprilis scripsit.

L'Astrea Pacifica, Panegyris R.P.D. Andreę Mancuso Congr.Cas. Præsidi nuncupata an. 1648. di 21. Martii, impressa Ven. eodem an. apud Franciscum Milocum pagg. 37. in 4. Item composuit.

2 *Plura Elogia*. 1. In Horatium Barbadicum D: Georgii M. Abbatem, & Cas. Congr. Præsidem, Patavii apud Cribellos fol. 1639. 2. In Jo: Baptistam Rato Abbatem. Ibidem apud eundem 1646. 3. In D. Angelum de Andreis. Ibidem apud eudem eodem anno. f. 4. In Rm D. Hermagoram Basadellum unà cum Epigrammate Italico breviori. Patavii typis Pauli Frambotti an. 1645. f. 5. In Rm P. D. Andream Mancusum Congr. Cas. secundò Præsidem. Venetiis typis Milochi 1648. in fol. 6. In Rm D. Ambrosium Maggium. Patavii typis Cribelli annis 1646. f. 7. In Rm D. Claudium de Benedictis. Ibidem apud Milochum 1648. f. 8. In Rm D. Desiderium Petronium Fractensem S. Mariæ Miraculorum Andriæ impress. in f. sed sine loci, & Impressoris nomine, & anni notâ. 9. in RRmos D. Placidum à Neapoli, & D. Jo. Baptistam à Monteopuli Visitatores. Neapoli typis Secundini Roncalioli 1633. in fol. 10. In Rm D. Maurum de Cambiis in fol. 11. in Rmum D. Andream Arcionum Patavii apud Paulum Frambottum 1645. 12. *Orationem* ad RRmos D. Aloysium a Patavio, & *Madrigale.* *De eo in Bibl. p. 1. L. D. p. 149. De eo in Bibl. 2. p. L. M p. 99. sicut etiam de Andrea Arcionio 1. p. L. M. pag. 77.*

I & Marcum Venetum Visitatores an. 1641. est MS. f. pag. 6. 13. *Ob Victoriam ad Phocentia littora de Turcis reportatam* ad Philippum Molinum.

Pag. 49. lin. 24. In JOVITA de RUBEIS.

Etiam ipse invenitur decoratus duplici Epigrammate, & Anagrammate à Petro Clavarino in *Plausu Musarum*, *& Gemmea Coronâ* impress. Perusiæ an. 1643. apud Bartholum: Fuit quoque Abbas S. Placidi de Calonero extra Messanam in Sicilia, teste Vito de Amico in Suppl. Sicil. Sac. pag. 18. n. LXI.

Pag. 53. lin. 18. In ISIDORO CLARIO.

In Criterio Bibl. Authorum Ecclesiasticorum &c. Ludovici Ellies Du Pin, cum elucidationibus, & supplementis Ricchardi Simonis, & cum animadversionibus Anonymi, Gallicè; Parisiis apud Genò 1730. pag. 96. & seqq. idem Simonius haud parum vituperat tum Isidorum Clarium, tamquam non satis Hebraicæ linguę, & Critices sacrę peritum, & opus supra vires aggressum, antiquę scilicet correctionis Latinorum Bibliorum, tum ipsum Dupinium, ac si non rectè, nec jure Isidoro adeo insignes, ac ingentes doctrinæ, & ingenii dotes attribuerit, præcipuè quod idem ejus opus, *ex Sapientioribus, solidioribus, ac utilioribus, quæ umquam in Sacra Biblia elucubrata sint, unum appellet*, additque Simonius, Pamelium minime probare idem Isidori opus, nimis audax ab eo vocatum; sed cum tot alii celeberrimi Authores pręter Dupinium idem Isidori Biblicum Opus summis laudibus efferant, Simonii, & si qui sunt alii, vituperationes, aut detractiones parvi, aut nihili faciendę videntur. Hoc tamen ex eo didicisse non ingratum Lectori fuerit, Isidorum sub Elia Levita Judęo valde docto, Venetiis Hebraicis Litteris operam navasse.

Un des plus Savans, des plus solides, & des plus utiles, qui ayent esté faits sur la Bible,

Pag. 56. lin. pen. In eodem ISIDORO CLARIO.

Idem tradit [cum scilicet scripsisse *Librum de Divinis Officiis, & Commentaria* in Opera S. Isidori Hispalensis] Georgius Draudius in Bibliotheca Class. pag. 325. ex quo videtur Cozzandus idem sumpsisse, verum Draudio illud ipsum, quod Cozzando diximus, repetendum est.

In Bibl. S. Georgii M. Venet. extat Isidori Clarii.

De arte amandi [Deum] tomus in 4. libris tribus constans carmine Elegiaco, quorum primus sic incipit.

1. *Quid sit Amor, veræque vias sectabimur artis*
Hæc prima est cursus meta petita mei.
Dicite Io Comites, nec Io bis dicite mecum. Secundus sic
Sit satis & festa cingere fronde caput.
Cingite Palladiis socii mea tempora ramis. Tertius sic
Phœbea nondum Virgine digna tegi. Item

In eodem tomo est ejusdem Isidori adhortatio ad eundem Librum, ut se permittat corrigi à doctiss. Poeta Georgio Anselmo, quæ sic incipit.

Incomptus liber es, rudisque, & omni
Sorde Sordidior, lutosus, asper &c. constat similibus versibus 39. Insuper ibidem est aliud Isidori Clarii *Ad Honoratum Condiscipulum Carmen Natalitium* in Regenerationem utriusque, versibus exametris, paginarum 4. incipit —

Natales iterum advenit lux aurea nostros
Alma quibus patrio afflavit nos gratia nutu,
Cęlicolum quoniam est ortu data vita secundo.

No-

Nobilior &c. Nam ut ex nostris Regestis apparet, ambo, Isidorus scilicet, & Honoratus eodem die vitam Monasticam inceperunt. I

Pag. 58. lin. 1. & 2. Ubi dicit Octavius de Rubeis in Elogiis Hist. Illustrium Brix. pag. 288. Adde.

Multis eum laudat Italicè, ex quibus hæc magis peculiaria excerpsimus. — A Monachis nostris maturè admissum verentibus ne à FF. Conventualibus S. Francisci præoccuparetur - A Paulo III. Episc. creatum, sed ea mentè, ut mox Cardinalem renunciaret, quod ille præsentiens, aulam, urbemque statim reliquit, quippe qui ipso etiam Episcopatu se ipsum indignum existimabat. Ad ejus funus populos undique confluxisse, præsertim ex Piceno, eum veluti Sanctum omnes religiosiss. venerantes; De eo novissime Hyacinthus Gemma in Hist. Italiæ Literatæ tom. 2. pag. 571., ubi etiam de nonnullis aliis ex nostris.

Pag. eadem 58. lin. 17. & 18. In eodem ISIDORO CLARIO.

Ubi dicit; Ludovicus Jacobilli in Vitis Episcoporum Fulginei ibidem impress. *1626*. pag. 152. & seqq. adde, & iterum de eo agit in Appendice Bibliothecæ Umbriæ impressæ Fulginei an. *1658*. apud Augustinum Alterium pag. 314. & seq. ubi præter Opera à nobis ex variis Authoribus enarrata, alia affert, quæ nullibi hactènus legeram, nempe

1. *Commentaria super* 2., *&* 3. *de Anima*.
2. *Commentaria super Phisicam, & Posteriora Aristotelis*.
3. *Vitam Constantini Imperatoris* ab Eusebio Cesariensi editam, e Greco in Latinum translatam. Meminit etiam idem Jacobillus prefati ejus Operis, *de Arte Amandi Deum*, quod Nos MS. asservari diximus in Bibl. S. Georgii M. Ven. asseritque scriptum illud fuisse *contra Ovidium*. Pergit autem Jacobillus enunciare ibidem, Isidorum reliquisse pariter
4. *Quinque Volumina Orationum* super Evangelia, super Pater noster, super multas virtutes, & contra nonnulla vitia. 5. *Sex volumina Orationum extraordinariarum* super diversas festivitates anni, super tria præcepta, super Passionem Domini nostri. 6. *Duo volumina Orationum* Synodalium ab eo habitarum in Synodis Fulginei ann. 1547., & 1554. 7. *Decreta Synodi Fulginei* super vitam S. Feliciani M. Episcopi Fulginei, & Patroni, & alia digna Opera; hæc ille; quorum tamen pleraque ea esse crediderim, que adhuc extare Fulginei apud nobiles Viros *de Giglis* diximus in Bibliotheca pag. 55., & 56.

Pag. 59. lin. 15. In ISIDORO LANFREDINI.

Transtulit etiam in Italicum sermonem.

Memorie scritte di mano propria di Carlo II. Rè d'Inghilterra, e publicate in Londra in lingua Inglese, e doppo tradotte in Francese, ed inviate à Firenze dall'ottimo, e dottissimo Padre Daniello Papebrocchio della Compag. di Giesù, ed ora tradotte in lingua Italiana dal P. D. J. L. In Firenze per Ant. M. Albini in 4. an. *1686*. Ita Jo. Cinellus Bibl. Vol. Plut. 18. pag. 35. impress. Ferrariæ apud Barberium *1716*.

Pag. 60. lin. 32. In ISIDORO MONTAUTI.

Pauli III. P. M. accessum ad Padolyronense Cenobium à Placido Puccin. narratum Chr. Abb. Flor. p. 82. & seqq. referunt etiam Benedictus Lucchinus noster, Abbas S. Mariæ Gratiarum in agro Placentino, cap. 9. p. 197. Chronici Comitissæ Mathil. impress. Mantuæ apud Franciscum Osannam an. 1593.

I

L' anno 1542. 20. Aprile.

„ Il SS. Padre Paolo III. andò per sua devozione al Monastero di S. Benedetto, „ e per esservi stato invitato dal R.P. D. Marco da Pontremoli, Abbate in quei „ tempi del Monastero, & essendo (il medesimo SS. Padre) stato famigliarissimo in minoribus con esso Rev. Abbate, volle favorirlo con la sua Maestà „ Pontificale personalmente, e fù ben mille volte cosa meravigliosa, che un „ tanto Pontefice, venisse in tempo di un pieno Capitolo Generale, e che i „ RRmi PP. Congregati non punto lasciassero gli affari suoi. Il sudetto Rev. P. „ Abbate D. Marco sapendo, che S. S. stava in abboccamento con l' invittissimo Carlo V. Imperatore in Bussetto.... L'invitò in nome di tutta la Con„ gregazione al Monastero. Venendo già per barca, molti Prelati l'andarono „ ad incontrare fino al fiume Pò, e tutto il resto del Capitolo, e Convento „ ordinario s' incaminò processionalmente ad incontrarlo al Portone del Mo„ nastero, & essendo il P. Beatiss. arrivato, fù accompagnato da tutti solen„ nemente alla Chiesa, & indi alla Camera dell' Abbate superbissimamente ap„ parata con tutta l' Infermaria di Tapezzarie mandate al Monastero dal Cardi„ nale Hercole Gonzaga, ed accompagnato il S. Pastore alle stanze con ogni „ riverente maniera il M. R. P. Presidente, & il R. di S. Benedetto gli bagia„ rono il SS. Piede in nome di tutto il Capitolo, e Convento. Indi tutti pro„ strati in terra pigliassino la benedizione, dando luogo agli altri. Visitò dipoi „ tutto il Monastero per affatto, e con grandissimo piacere di S. S. volle pa„ rimente vedere tutti gli atti Capitolari andando nel Diffinitorio, e nella „ stanza de Giuditii; Il che visto, e considerato del Monastero la grandezza, „ pieno di ammirazione disse queste parole — *est magnum Cœnobium, & admirabile valde*-Et Hippolytus Donesmondi Minor de Observ.in Hist.Eccles.Mantuæ impressa ibidem an. 1616. apud Aurelium,& Ludovicum Fratres Osannas par.2.lib.7.p.17. „ non devono tacersi in questa occasione le lodi date al Mo„ nasterio di S. Benedetto dall' istesso Pontefice Paolo III. mentre ritornando „ verso Roma da Nizza di Provenza, ove aveva parlato con Carlo V., e col „ Re Francesco, come si è detto, e passando qui presso volle a parte per par„ te vederlo con grande sua meraviglia, sicche rivolto a i Prelati, che l'ac„ compagnavano, disse *est magnum Cœnobium, & admirabile valde*, e volle „ anche per suo gusto trovarsi presente nel Diffinitorio ad alcune azioni „ Capitolari di quei Padri, che allora celebravano il loro Capitolo Generale, „ ne il Cardinale Ercole, & essi insieme tralasciarono sorte alcuna di splen„ didezza per onorarlo finche partì.

Gonzaga.

Pag. 61. lin. 17. In ISIDORO MORATINI Add.

Hæc Familia Moratini ab an. 1423. Forolivii,inter præcipuas numerabatur: *Memorie della famiglia Alidosia*: impressæ Romæ anno 1734. pag. 75.

Pag. 62. lin. 9. & seqq. In ISIDORO de Sù.

Scripsit autem Isidorus de Sù Patriâ Parmensis, Vir quidem optimis litteris egregiè excultus, hanc Vitæ D. Gertrudis brevem Synopsim rogatu Rmi Abbatis D. Benedicti Asinarii nobilis Taurinensis, sed ab Asta Liguriæ oriundi, Viri morum probitate, & omni virtutum genere ornatissimi, an. 1730. die 17. Sept. immaturè, ac omnium bonorum dolore defuncti, qui ut erat magna in eandem D. Gertrudem religione accensus, ita in aliis quoque Christifidelibus eam augendam hoc libello sperabat, quem propterea ut typis traderetur propediem curaturus erat, nisi importuna mors editioni intercessisset. Jamque opusculum à Censoribus D. Tiberio Gentili, nunc Abbate,

I

te, & D. Antonio Capiccio nunc Priore prò impressione approbatum fuerat, sed ob eam causam remanet adhuc ineditum apud Monialem Ord. nostri in Cœnobio S. Anastasii Civitatis Astensis in Liguria sub Duce Sabaudiæ, in præsens Sardiniæ quoque Rege, ubi Benedictus Asinari Abbas cum esset Monasterii nostri D. Petri, cujus etiam erat Alumnus, diem clausit extremum. Cupiebat autem Isidorus modestiæ causa, ut ejus hæc lucubratio Anonyma prodiret, præfixo tantum nomine indefinito, (*cujusdam eidem S. Virgini devoti*) At æquum est, ut veritas palam fiat, & nemo promerita laude fraudetur. Sed & alios ingenii fœtus protulit Isidorus, quorum tamen peculiarem notitiam, eadem ipsius obsistente modestia, obtinere adhuc non potui.

Pag. eadem 62. lin. 38. Adde.

JULIUS CALINUS Patria Brixiensis Monachus nostræ Congreg. scripsit *Orationes duas* recitandas Mediolani in S. Simpliciano, primam an. 1581. die 7. Martii in recensione Corporum Sanctorum ejus Ecclesiæ, alteram an. 1582. in translatione eorundem. Prima sic incipit „ Si unquam Ingenii ubertatem, verborumque copiam, atque facilem dicendi rationem optavi, nunc „ maxime opto, quòd apud vos gravissimos viros de re gravissima sum verba „ facturus, ut rem prò dignitate tractem, & animum cujusque vestrum depascere, atque vos quadam orationis suavitate perfundere digne valeam „ in fronte dicitur *Oratio habenda*. Secunda sic incipit „ Neminem vestrum „ esse arbitror, qui non ingenti lætitia efferatur propter inspectionem istam „ diu animo conceptam, atque omnibus votis optatam, qua Sanctos istos „ Patronos nostros mirari, venerari, ac colere possumus &c. est imperfecta. In nostris Regestis duo inveniuntur Julii Brixiani. Primus Cœnobii S. Euphemiæ alumnus factus an. 1544. 9. Aprilis alter SS. Faustini, & Jovitæ Professus an. 1572. 24. M. Junii. Quis horum Author istarum orationum, mihi incompertum.

L

PAg. 74. lin. 4. In LEONE MATINA.

In Bibliot. S. Georgii M. Venet. extat ejus.

Elogium in Rmum Silvium Stellam Congr. Casin. Præsidem impressum Papiæ apud Jo: Andream Magrium in fol. sed deest annus impressionis, qui tamen fuit 1645. ut constat ex *Ungue Elogiorum* ejusdem, in quo idem Elogium inter cætera invenitur; Item. *Elogium in Rmum P. D. Theodorum Schilinum* Brixien. Congr. Casin. Præsidem. Patavii apud Jo: Baptistam Pasquati in fol. Sed notandum in hoc Elogio Leonem scribi cognomine *Grati*, ideo fortasse, quia duplici cognomine fuerit, ut plereque Hispanæ, & ex eis oriundæ plures tum Neapolitanæ tum Siculæ Familiæ. Dicitur quoque ibidem Academicis *Otiosis* adscriptus.

Pag. 76. lin. 14. In LEONE PAVONIO.

In ejus laudem scripsit tria Epigrammata Petrus Clavarinus in *Plausu Musarum, & Gemmea Corona &c.* impressa Perusiæ an. 1643. apud Angelum Bartholum. Hujus Leonis Abbatis tunc S. Petrii Perusii voluntate, translata fuit decentissime ex agro ad Ecclesiam ejusdem S. Petri, Ven. Imago Bea- *De eo in Bibl. L.P. pag 131.*

I 2 tiss.

L tifs. Virginis de Lilio nuncupata, ut refert idem Petrus Clavarinus in fine laudatę *Gemmeæ Coronæ*, in cujus Sac. Imaginis laudem plures poeticas lucubrationes à se compofitas ipfe Clavarinus ibidem adnectit.

Pag. eadem 76. lin. 42. Adde.

LEONARDUM VAIRUM Beneventanum O.S.B. Joannes Hallevvordius in *Bibliotheca curiosa* edita Francofurti, Authorem facit *Librorum trium de Fascino* impress. Ven. apud Aldum 1598. fed cum ibi non indicetur, eum fuiffe Monachum Cong. Cafin. noftris illum adfcribere certò non poffumus, donec id evidenter conftet.

Pag. 84. lin. 28. In LUDOVICO BARBO.

Ejus Declarationes in Regulam S. Benedicti prò Congreg. Vallifoletana, an. 1733. Cl. ac Doctifs. Viro D. Angelo Calogierà Monacho Camald. S. Michaelis Muriani Venetias mifi inter ejus Opufcula Philologica imprimendas.

Pag. 86. lin. 28. In eodem LUDOVICO BARBO.

De eo etiam Antiochus Honuphrius in *Heroum Præconiis* impr. Maceratæ in 4. an. 1683. pag. 113. & Paulus Morigia *de Origine Religion.* cap. 44. Petrus Crefcentii *Coron. Nobilit. Ital.* par. 2. pag. 144. Aloyfius denique Bourier in *effigebus Fundatorum, & Reformatorum*.

Pag. 88. lin. 30. Adde.

LUDOVICUS MORINI Mutinæ vitæ ufuram adeptus, ibidem in Monafterio S. Petri Cęnobiticę Regulę fefe addixit an. 1681. die 22. Junii. Sublime à Natura fortitus ingenium, in qualibet fcientia, ad quam animum applicuit adeò profecit, ut Cl. Benedictus Bacchinus, qui aliquandiu cum eo vixit, tum de fe, tum de illo id ingenuè identidem fateretur, fe quidem, prout ingenii vires fuppeterent, in re literaria aliquid affequi, Morinum verò tanta præditum mentis claritate, & perfpicacia, tanto intellectus acumine, ut nullo negotio, quidquid vellet efficeret; obftrufiora nempe fcientiarum folo intuitu penetrans, implicatiora doctrinarum primo ictu diffolvens, remotiora difciplinarum unico greffu attingens. Oftendit id Morinus, vel cum Parmæ in noftro D. Jo. Evan. Cęnobio fcolafticas facultates docuit, vel dum Arimini eafdem publicè profeffus eft, vel dum fępius variis in fuggeftis Panegyricas Orationes magno eruditorum plaufu, ac fræquentia recitavit, vel denique dum Ragufii (cujus Reipublicæ aliquandiu Theologus, & Confultor extitit) Quadragefimales Conciones haud femel habuit, felectæ ubique, ac multijugis eruditionis, profundæque Sapientię famam promeritus; fed præcipuè eam laudem retulit, cum Arimini coram Emo Epifc. Cardinali Devia cum Hæterodoxo Pfeudominiftro Bafileenfi publicam de Chriftiana Religione difputationem inftituit eo fucceffu continuatam, ut Catholica veritas magnificè triumpharet, & Hęrefis propugnator manum ori imponere cogeretur, & confufus abfcedere. Operam etiam fuam laudato Bacchino in componendis Ephemeridibus Literatorum contulit; quod opus tanti non folum in Italia, fed extra etiam, potiffimum apud eruditos Germanos, femper eft habitum. Obiit Morinus Mantuæ in Monafterio S. Benedicti an. 1731. die 29. Sept. ætatis fuæ an. 78. fingularis doctrinę, & reconditæ eruditionis famam relinquens, ficut etiam.

Philofophiam ad Cartefii placita Mathematicis demonftrationibus refertiffimam, quę extat MS. apud D. Petrum Paulum Ginanni Monachum Ravennatem, & Priorem. Continet Logicam, & Metaphificam digeftas pag. 104. &

L

& Phisicam explicatam pag. 168. incipit -- *Impudentissimæ temeritatis reus esset, qui naturæ arcana penitus examinanda susciperet Logicæ præsidio destitutus &c.* Proposuerat etiam Quadragesimales Conciones Ragusii habitas typis tradere, sed propositum hoc effectu caruit.

Pag. eadem 88. lin. 30. Adde.

LUDOVICUS NAVA Syracusis in Sicilia nobili stemmate ortus die 2. Augusti 1688. Frater Gregorii Nava, de quo in Addit. pr.par. Monasterium Catanense D. Nicolai de Arenis, ubi Deo se manciparet, elegit an. 1704. Philosophica, ac Theologica doctrina excellens, easdem facultates, præsertim quæ ad Fidei Dogmata, & mores spectant, haud paucis annis, aliis tradidit. In nostra Cong. Decanatus, extra vero Consultoris, & Censoris SS. Inquisitionis, itemque Examinatoris Catannen. Diœc. gradus obtinuit; superstes est hoc eodem an. 1735. publici juris fecit.

1. *Tripartitæ Philosophiæ Nucleum*, quo Rationalis, Naturalis, & Moralis doctrina ad mentem D. Anselmi Abbatis Beccensis, & Archiep. Cantuarien. Ord. S. Bened. CXCVI. Thesibus exponitur examinanda; Catanæ Typis Simonis Trenti 1726. in 4. 2. *Theses Theologicas* ad mentem D. Anselmi; Ibidem apud eundem 1728. in 4. Habet insuper MSS. *Responsa Canonico-Moralia* brevi imprimenda. Ex Epist. Cl., ac Doctiss. Viri Antonini Mongitore ad me data Panormo die 18. Nov. 1733., in qua Additiones Bibliothecæ suæ (Siculæ) ad Monachos nostros spectantes propediem cum aliis ab eo in publicam lucem emittendas perhumaniter communicare dignatus est. Et ex Vito de Amico supplem. Sic. Sacr. Catan. 1733. not. 4. pag. 56. n. 12.

M

PAg. 92. lin. 11. In MARCO ANTONIO SCIPIONE.
Ejus inscriptiones duas in Bibl. memoratas, *de Peste Placentiæ grassante* primam, *de Adventu Hispanorum militum in agrum Placentinum* alteram, [una cum septem aliis Elogiis Sacris, quorum unum in S. P. Benedictum est longiusculum, cetera breviora], quia erant anecdota Venetias misi ad Cl. Doctissimumque, ac de tota Republica Litteraria benemerentiss. P. D. Angelum Calogiera Monachum Camald. S. Michaelis de Muriano Venet. inter ejus opuscula Philologica imprimenda.

Pag. 94. lin. 47. Adde.

MARIANUS ARMELLINI natus est Anconæ in Piceno an. 1662. die 10. Decembris. Anno vero Jubilei 1675. Parentibus jam vita functis, Romam perductus fuit, ubi postquam humanis litteris aliquot annis operam dedisset, in Cœnobio D. Pauli Cucullo Monastico donatus fuit an. 1678. die 10. Mensis Martii, exactisque partim Casini, ubi triennio mansit, partim Romæ Philosophiæ, ac Therlogiæ studiis, easdem disciplinas Ticini Regii, ac Florentiæ aliquandiu docuit, ibique celeberrimi Antonii Magliabecchi, qui *An.* 1689. tunc immensæ propemodum eruditionis famâ florebat, non sine Bibliothecæ Benedictino-Casinensis, quam ex eo jam tempore, imò aliquot annis antea moliebatur, profectu, & augumento, literaria consuetudine frui meruit. Inde Aretium missus Monialium S. Claræ strictioris observantiæ, quas *Muratas* vocant, confessiones aliquandiù excepit, quod munus postea

M

stea Ameriæ, ac deinde Romæ apud Moniales nostras continenter exercuit. Aretio Romam rediit an. 1695. statimque eruditissimi Equitis Prosperi Mandosii nobilis Romani, Romanequæ Bibliothecæ Authoris, hortatu, & impulsu, ad prosequendum, absolvendumque præfatæ Bibliothecæ suæ Opus. vehementer incensus fuit, & ut ingenuè fatetur, pluribus Authorum tum nostratium, tum exterorum notitiis egregiè adiutus. Nec id tamen obstitit, quin sacras etiam Conciones Adventus, & Quadragesimæ temporibus, pluriumque Sanctorum Panegyres triginta ferè annorum spatio in conspicuis Italiæ Urbibus, assiduè haberet, parique annorum serie Christi fideles rite confessos à peccatorum vinculis absolvit, idque an. Jubilęi 1700. in Basilica S. Pauli Apostolici etiam Pęnitentiarii titulo decoratus præstitit. Anno 1722. die 27. Aprilis in Comitiis minoribus Neapoli celebratis, Prior extra numerum, & sequenti anno 1723. die 24. Aprilis in majoribus Mantuæ habitis, accedente Innocentii XIII. cujus Frater Germanus Bernardus M. de Comitibus S. R. E. postea Cardinalis in Monastico Tyrocinio ejus sodalis fuerat, dispensatione, Abbas renunciatus, Monasterium Senense S. Eugenii annis omnino sex administravit, & postea Assisiensis S. Petri, annis quinque, nunc verò S. Benedicti, & Feliciani Fulginei Cęnobium ab uno jam anno regit, Scriptorum, aliorumque virorum Illustrium Casinensium memoriis è latebris eruendis invicto labore, licet septuagenario major semper desudans; edidit-

Anconæ Assisii, Forosempronii, Perusii, Pisauri Ravennæ, Reate, Regii Lepidi, Romę, Senogaliæ Tuderti, Tiburæ, Urbini, alibique.

1. *Bibliothecam Benedictino-Casinensem* tom. duos in fol. primum inpressum Assisii in præfato S. Petri Monasterio, Typis Feliciani, & Philippi Campitelli Fratrum an. 1731. secundum in eadem Civitate apud Andream Sgariglia Impressorem Episcopalem, & Publicum an. 1732. Additur.
2. *Appendix de Viris litteris* Illust. è Congreg. Casin. de quibus tamen non constat, an aliquem ingenii sui fętum scriptis consignaverint. Fulginei Typis eorundem Fratrum Campitelli 1732.
3. *Catalogos tres, I. Episcoporum, II. Reformatorum, III. Virorum Sanctitate Illust.* è Congreg. Casinen. in fol., quorum primus, & secundus impressus est Assisii per eumdem Sgariglia an. 1733. Ex tertio autem Catologo, qui Romæ fuit impressus an. 1734. vitam magnæ Dei famulæ Margaritæ Corradi Monialis Benedictinæ è Latino, quo primo illam composuit, in Italicum etiam Idioma convertit, seorsim Deo dante imprimendam.
4. *Additiones, & Correctiones* Bibliothecæ Benedictino-Casinensis librum sub pręlo sudantem, cui accessit.
5. *Appendix quorundam* tum Scriptorum, tum Episcoporum, tum denique Virorum Sanctitate Illustrium aliarum per Italiam Ord. S. Benedicti Congreg.
6. *Analectorum librum*, in quo ea, quæ ad Bibliothecam construendam olim præparata, ac postea ut superflua, vel nimia, partim deleta, partim rejecta sunt, in unum volumen, veluti fragmenta collegit, ubi plura haud spernenda reperiuntur &c. MSS.
7. *Quadragesimalium Concionum* cursum, ut dicunt 8. *Concionum Adventus* duplicem Cursum. 1. ad Populum. 2. ad Moniales. MS. 9. *Panegyricarum orationum in Varios Sanctos* lib. 10. *Pareneticarum Concionum* ferè ex tempore Ameriæ habitarum, sæviente horribili Terræmotu an. 1702. libellum.

Ejus meminit Angelus M. Quirini (nunc Cardinalis) in Diss. de Monastica Ital. Hist. conscr. Romæ 1717. notat. ad pag. 55. p. 95. Io Marius Crescimb. Hist. valg. Poes. 2. impress. diss. 5. clas. 3. n. 151. pag. 472., & in Hist. S. Ma-

riæ

M

riæ in Cofmedin lib. 6. c. 3. num. 1. pag. 256. Jo: Andreas Aftezzati in Notis ad Evang. Manelmi Comm. de Geftis Francifci Barbaro editis Brix. an. 1728. Bernardus Pez Melic: ep. X. Apol. pag. 235. Petrus Paulus Ginanni in Hift. Canon: Portuen. Raven: variis in locis. Cl. Erafmus Gattola in Acceffionibus Hift. fuæ Cafin. non femel, ubi etiam aliquando eum corrigit, quod maximi amoris, ac beneficii loco ab Armellino habitum eft; pag. autem 929. loquens de Matthæo Laureto; *de ejus* (inquit) *moribus, ac doctrina confulatur fecunda pars Bibliothecæ Benedictino - Cafinenfis pag. 97. confectæ ab erudito P. Abbate D. Mariano Armellini*, & pag. 945. loquens de D. Jo: Evangelifta à Neapoli, ejufque libro, *de Voto Jephtæ Galaaditæ : notitiam hanc (fubdit) acceptam referimus celebri Authori citatæ Bibliothecæ*. Vitus de Amico in fuppl. Sic. Sacr. Catanæ 1733. tertio quoque verbo. Ephemerides liter. Venet. Albritianæ an. 1733. menfis Januarii, quæ ejus Opus diligenter referunt, ficut etiam ejus Catalogos tres impreffos an. 1733., & 1734. Cl. Guido Grandi Camald. in refponfione ad Fidelem Soldani Monachum Vallis Umbr. Plures denique Epift. Cl.ff. Virorum poft Bibl. impreff. in ejus Operis commendationem fcriptas qui volet, legere poterit ad calcem præfatarum Additionum, & Correctionum, quæ jam ad impreffionis finem properant.

Pag. 96. lin. 40. In MATTHÆO LAURETO.

Scripfit præterea Lauretus an. 1618.

1 *Appendicem ad Tractatus* de exiftentia S. P. Benedicti Cafini, & de Monachatu S. Gregorii M. in qua explodit ea, quæ Antonius Jepefius autumat de Translatione Corporis ejufdem S. P. Benedicti ad Floriacenfe Monafterium, deque ejus ad Cafinenfe reductione una cum objectionibus Caroli Sauffaii in Annalibus Ecclefiæ Aurelianen. lib. 4. quæ Appendix affervatur MS. in Tabulario Cafinen. eftque pagg. 23. 2. *Plures etiam fermones* Latino, atque Italico idiomate Lauretus compofuit in Evangelia, de feftivitatibus Domini, Deiparæ, Sanctorum, & in Dominicis Adventus, & Quadragefimæ, tom. 1. in folio comprehenfos Cafini pariter in Archivo cuftoditos; Item. 3. *Tractatum* valde prolixum *de Auxiliis*, five de Gratia, & libero Arbitrio : extat ibidem, ex Erafmo Gattola in Hiftoria Monafterii Cafin. tom. 1. p. 1. pag. 769.

Pag. 97. lin. 30. In MATTHIA VENUSINO.

Profeffus eft Cœnobiticam vitam an. 1571. non 1572.

Pag. 102. lin. 39. In MAURO MARCHESIO.

Compofuit etiam *Epigramma Italicum* in laudem Rmi D. Anaftafii Galdioli, publici in Gymnafio Patavino Profefforis, cum primum electus fuit Abbas S. Grifogoni Jadræ, dicatum eidem Rmo Abbati à Julio Tortofa Monacho Cafinenfi, impreff. in fol. fed deeft locus impreffionis. Item aliud fimile *Epigramma* pro navali Victoria de Turcis relata à Jacobo Riva Equite, & fupremo Quinqueremium Ser. Ven. Reip. Architalaffo. Impreffæ extant in Bibl. S. Georg. M. Venet.

Ibidem lin. 46. in margine, ubi corrigitur *Carth.* & reponitur *Cifter.* delenda eft hæc vox *Cifter.*, & relinquenda *Carth.* nam verè Morotius compofuit *Theatrum Cronologicum Carthufien.*

Pag. 107. lin. 21. In MAXIMO MASI.

De eo plura dicuntur in lib. MS. Orationum in Concil. Trident. habitarum &c. Stephani Catanei Novarien. Abbatis tunc S. Mariæ Gratiarum

M

in Agro Placentino, qui Cęsenę in Tabulario Cęnobii nostri S. Mariæ de Monte extat, pag. 135. an. 1557. ex quibus constat Maximum

1. *Catenam auream in divum Paulum* ab ipso versam edidisse, quæ vel idem Opus est cum Œcumenii Commentariis in omnes Epistolas D. Pauli ab eodem Maximo è Gręco in Latinum conversis, vel eidem Operi adnectitur, qua de re Fulginei nunc existens, librisque ad hanc collationem faciendam omnino carens, nec Lectorem, nec me ipsum certiorem ullo modo reddere valeo. Nam hujusce Operis examem R. D. Isidoro Abbati Patres nostri commiserunt; sed quia ex eodem Cataneo videtur Maximus *Catenam* illam Italica, imò Etrusca Lingua digessisse, dicendum erit, vel eam *Catenam* non idem, sed diversum Opus esse a Commentariis Œcumenii à Maximò translatis, vel illud prius Etrusco sermone exarasse, & postea in Latinum vertisse. Item ex eodem Stephani libro constat Maximum

Notis marginalibus, Præfationibus, & Argumentis appositis.

2. *Novum Testamentum* è Greco transtulisse [sicut etiam alia ex Latino] sed quia citra Præsidis, & Deffinitorum authoritatem Opus hoc impressit, causam dixit apud Nostros. At quoniam aliqua in hoc idem Opus ex Tigurinis Bibliis derivaverat, delatus fuit liber ad Romanos Inquisitores, quorum acta, simulque Maximi versionem R̃mi PP. Præses, & Visitatores in Dieta an. 1557. Stephano Cataneo, & Hilarioni Genuensi Viris doctissimis discutiendam, & censorio stigmate inurendam tradiderunt: & Stephanus quidem Maximum sicuti ab Hęresis nota defendit, ita vix crimen effugisse ait, *ambitionis*, *& nimiæ securitatis*, ne dicam *Audaciæ*. Hilarion autem, licet alia via, alioque dicendi genere, in eandem nihilominus sententiam convenit, Maximum *imprudentiæ*, *crassæque vecordiæ reum putans*, *Hęresis verò jure censeri posse reum non putans*. Item apparet Maximum scripsisse.

3. *Apologiam*, *& semina*, sed arbitratu suo, inquit Stephanus. Quæ omnia optimè consonant cum iis, quæ ex Arnoldo in nostra Bibliotheca de eodem Maximo diximus. De Luciano verò Masi ejus vel Fratre, vel Patruo, de quo Nos in Apendice Virorum scientia Illustrium, de quibus tamen nescitur, an aliquid scriptis tradiderint, vide infra in Adjunctis ejusdem Appendicis Lit. L.

Pag. 100. lin. 19. In MICHAELE DE JUDICE.

Edidit quoque suppresso nomine

Il Corteggio degli Angioli, che applaude al merito, e alla gloria di S. Rosalia Vergine Palermitana nella Trionfale solennità del 1725. In Palermo per Francesco Ciche 1725. in 4. Multum etiam desudavit in editione *Bibliothecæ Historicæ* Regni Siciliæ impressæ Panormi an. 1723. in fol. typis ejusdem Francisci Ciche, perperam tamen sub nomine Jo: Baptistæ Carusi, cum revera prodierit studio, & labore Abbatis de Judice in cujus Operis tom. 2. pag. 985. usque ad pag. 1000. habetur. *In Epistolas Joannis Saresberiensis S. Thomæ Cantuariensis, & Petri Blesensis* D. Michaelis de Judice Abbatis Casinensis *excursus historicus*. In quo celebriores Normannos è Gallia, aut ex Anglia sæculis XI. & XII. in Siciliam Insulam appulsos adnotavit, Historię Siculę, cujus pars pręcipua illi fuerunt, clariorem lucem se allaturum confisus. Obiit quidem Panormi in S. Carolo 1727. sed ejus corpus ad Monasterium S. Martini tumulandum delatum est, cujus Cęnobii Bibliotheca alias valde conspicua, & insignis, Michaelis ditissimâ Bibliothecâ, quę ad fere quinque millium scutatorum Romanę monetę pretium pertingit, plurimum aucta,

&

M

& locupletata eſt. Funebrem Orationem in ejus laudem habuit in Academia *Boni Guſtus* Abbas Andreas Lucchefius Meſſanenſis, ut Cl. Antoninus Mongitore in *Additionibus* ad ſuam Bibliothecam Siculam MSS. ſed quam primùm publicè edendis, teſtatur.

Pag. eadem 100. lin. 20. In eodem MICHAELE DE JUDICE.

Eum laudatus Antoninus Mongitore in alio Opere, cui titulum fecit, *Palermo divoto di Maria Vergine &c.* tom. 2. lib. 4. impreſſo ibidem an. 1720. apud Bajonam, pag. 381. inter eos Panormitanos Scriptores (quorum Centuriam texit) enumerat, qui Opus aliquod in honorem, ac laudem ejuſdem SS. Dei Genetricis concinnarunt; idque ob *Additiones*, & *Notas* ad deſcriptionem Regii Templi, ac Monaſterii Monregalenſis Deiparæ Sacri, à Jo: Aloyſio Lello olim adornatam, de qua Nos etiam in noſtra Bibliotheca fusè diſſeruimus.

Pag. 111. lin. 24. In eodem MICHAELE DE JUDICE.

Vitus de Amico in *Suppl. Sic. Sacr.* Not. 1. S. Martini pag. V. n. LXXXI., & iterum ibidem pag. VIII. n. XXXII., & demum tertio notit. XI. SS. Bened. & Aloyſii Panormi, ubi diem clauſit extremum pag. 165. n. XIIII. ad ann. 1725. nobile ejus ſtemma, eruditionem, ſcientiam pietatem, morum ſuavitatem, prudentiam, liberalitatem, præſertim in locupletanda S. Martini Bibliotheca quinque voluminum millibus, omnium denique virtutum cumulum, multis quidem, ſed vix promerito laudat.

N

PAg. 114. lin. 7. Adde.

NICOLAUS Monachus Abbatiæ Florentinæ compoſuit.

Confeſſione utiliſſima, Italicè; uti totidem verbis legitur in Bibl. volant. Jo: Cinelli Plut. 1. pag. 63. ſed ibi minime exprimitur, an Monachus fuerit Congreg. Caſin. an non: fuiſſe autem crediderim ex nota nomini ejus præfixa D. ideſt Don. vel Dominus, quæ nominibus Monachorum Cong. Caſinen. præponi ſolet; niſi forte is fuerit *Nicolaus de Albicis* nobilis Florentinus, ut valde probabile puto, de quo Nos Bib. p. 2. pag. 112. l. 12. qui alumnus quidem fuit S. Benedicti de Padolyrone factus anno 1443. ſed aliquandiu etiam Monachus *de Familia*, ut dicunt, Abbatiæ Florentinæ extitit: nec apud laudatum Cinellum docetur, an Nicolai lucubratio impreſſa, an verò inedita ſit, nec ubi reperiatur.

Pag. eadem 114. lin. 45. Adde.

NICOLAUS MARIA RICCIOLUS Nicolai Riccioli, & Aſmundo, de quo in Bibl. p. 2. pag. eadem 114. lin. 7. ut exiſtimo, gentilis, Patriam agnoſcit Urbem Catanam, in qua ex præclara ſtirpe, Genitoribus Aſcanio Maria Riccioli Bagnaræ Dynaſta, & Anna Paternione, Vitæ uſuram accepit an. 1695. 26. die Aprilis, & an. 1709. jure primogeniti, quo potiebatur, cunctiſque Mundi illecebris abrenunciatis, in Monaſterio S. Nicolai de Arenis ad æternam hæreditatem meliori titulo obtinendam, arctiori vinculo ſe Deo obſtrinxit, ad quod ſubſidium etiam ſcientiæ, præſertim ſacræ, optimum ratus, quæ ipſe longo tempore, ac ſine fictione dicit, aliis quoque ſine invidia communicavit. Philoſophiam, Theologiam ſcolaſticam, & dogmaticam, Eccleſiaſticas inſuper leges ſeptennio diſcipulis tradens. Poſtmodum in Catanenſi *Ab an. 1714. uſque ad an. 1721.*

 Lyceo

Lyceo Dogmaticæ Theologiæ, & Historiæ Prælector dictus, perhonorificum munus usque in præsens adimplet. Ejus doctrinâ Episcopus Catanensis usurus, Consultorem, & Examinatorem illum constituit. Nostra autem Congregatio, Decani, & Concionatoris ornamentum ei detulit. Musas insuper cupidè coluit. Academicis Jovialibus Catanæ aggregatus an. 1731. eorum Princeps electus fuit, cui plurimos annos precamur, ut eat semper de virtute in virtutem. ejus hactenus habemus

1. *Veritatum Catholicarum Enchyridion*, in quo Polemicæ Dissertationes de Dogmate, de Scriptura sacra, ac de Traditionibus ad Verbi Divini, tàm scripti, quàm traditi Authoritatem, inconcussum Ecclesiæ Romanæ-Catholicæ Judicium, Summorum Pontificum decisiones; sacrorumque Conciliorum decreta, Sanctorumque Patrum doctrinas, collimatę exhibentur; nec non varii Gentilium, Hebræorum, Hæreticorumque errores, & ex Historia Ecclesiastica quamplures decerptę Controversię opportunè attexuntur, ac juxta recentis Critices peritissimorum hominum leges resolutioni consignantur.

2. *Le statue della virtù* d' intorno al sepolcro dell' Illmo, e Rmo Monf. Fr. D. Raimondo Rubi, e Boxados Vescovo di Catania. Oratione funerale recitata per le sue solenni Esequie celebrate nel Duomo della sudetta Città li 20. di Genn. 1729. In Catania nella nuova stamperia di Simone Trento pagg. 61. in 4. 3. Plures etiam *Dialogos Poeticos* edidit Catanæ concinendos, aliaque suppresso nomine. Nunc autem longe majus opus dogmaticum in plures tomos divisum aggressus est. Ita prorsus, aliis licet verbis cl. Antonin. Mongitore in adjunctis MSS. ad suam Bibliot. Siculam [brevi tamen imprimendis] mihi per Epistolam 18. Nov. 1733. de nostris Casinensibus Regni Sicilię Scriptoribus humanissimè communicatis; & Vitus de Amico in supplem. Sic. Sacr. Catanę 1733. notitia 4. S. Nicolai de Arenis, pag. 56. num. XII. de Nicolao verò Riccioli, & Asmundo, de quo Nos in Bibl. par. 2. pag. 114. agit Vitus ibidem pag. 54. n. VIII.

Pag. 116. lin. 27. In NICOLAO MARIA TEDESCHI.

Hoc etiam ejus Encomiis addi jure, ac meritò debet, quod à SS. quoque D.N. Clem. XII. singularem commendationem retulit anno 1732. Pontif. sui an. 2. elargitum scilicet fuisse Nicolaum Mariam *insigni liberalitate* non ita pridem Monasterio S. Specus; ubi S. Pater Benedictus pęnitentię causa triennio delituit, ac primâ Ordinis nostri fundamenta jecit, conspicuam quatuordecim millium scutorum summam (auctam deinde usque ad XXV. millia, ut octo omnino Monachi ibidem alantur, pręter alia plura maximi momenti beneficia, & donaria in idem collata) ut ex ejusdem summę fructibus *quatuor alii Monachi, aliusque Conversus* [seu, ut dicimus Fr. Commissus] sustentari deberent, qui Divinam Psalmodiam, & Sinaxim, aliaque Regularia exercitia, quotidie obire tenerentur, & Peregrinorum, aliorumque adventantium Confessiones, amplissima cum facultate, qua nempe Apostolici Pęnitentiarii S. Petri de Urbe, & Sacrę Domus Lauretanę potiuntur, excipere valeant, quo etiam fiet, ut sacratissimo loco pristina veneratio, quæ à tot Sęculis floruit, non maneat solum, sed magis, magisque jugiter augeatur. Igitur prò tam egregio opere Nicolao Marię *gratiam & gloriam dabit Dominus*, SS. utique P. Benedicto, quem ille pręclarè adeo demeruit, interveniente; & apud posteros *usque in Sæculum ejus memoria in benedictione erit*. De qua re, sicuti de aliis ejus virtutibus agit Vitus de Amico in Supplem. Sic.

Sa-

Sacrę Cat. 1733. notitia IV. S. Nicolai de Arenis p. 55. n. IX. Demum Nicolaus Maria dimissis omnibus, hoc eodem an. 1735. quę Romę obtinebat, officiis, ac muneribus, Sublacum sese recepit, unicé Deo vacaturus, res nimirum suas primùm, deinde semetipsum in ejus obsequium ibidem tradens.

O

PAg. 117. lin. 27. In ODERISIO PIERIO.
Composuit etiam Oderisius
1. *Elogia in S. P. Benedicti Miracula* à Luca Jordano celeberrimo Pictore in Casinensi Basilica coloribus expressa, quorum alia inter binas ejusdem SS. Patriarchæ Virtutes, alia in medio Templi Fornice conspiciuntur, quæ Elogia extant in Tabulario Casinensi; item. 2. *Quædam Græcè* elucubravit, quæ Carolus Barberinus Cardinalis Clementi XI. Pont. Max. obtulit, ut idem Emus asserit Epistola ad Oderisium datâ die 15. Jan. an. 1701. 3. *Orationes quasdam* Græcè, Latinèque exaravit in Deiparę laudem, quæ in pręfato Tabulario asservantur.

Ceterum ex Epistola Angeli de Nuce ad ipsum Oderisium die 19. Augusti 1684. constat, eum etiam scripsisse lucubrationem.

4. *De Christianorum Victoria Viennæ in Austria parta* 1683. sicut etiam.

5. *Elogia in Vitam* SS. P. Benedicti. Quæ nihilominus an comprehendantur in ejus libro *Elogiorum Sacror.* in Bibliotheca memorato, vel inter Elogia in miracula ejusdem SS. Patris à Jordano depicta, vel alia sint penitus diversa, mihi est incompertum, neque enim id exprimit Cl. Abbas D. Erasmus Gattola harum rerum Narrator in *Hist. Monast. Casin.* tom. 1. p. 2. pag. 859. Denique Pierius obiit an. 1702. die 12. Oct. non autem an. 1704. ut eadem pag. 117. lin. 21. dicitur; ita enim asserit laudatus Gattola in eadem Hist. Casin. tom. 1. pag. 948., ubi me jurè, ac merito corrigit; sed Typographi potius, sicuti plura alia similia, hic error fuit.

P

PAg. 119. lin. 14. In PAULO AUGUSTINO DE FERRARIIS.
Sic legito, Monasterii S. Hieronymi de Sylvaria extra eandem Urbem Genuam primùm an. 1649. die 22. Oct. & post aliquot annos, obtenta translatione, Casinensi Archisterii Alumnus evasit &c.

Pag. 120. lin. 44. Adde.

PAULUS BELLANTINI Florentiam Patriam habuit, Cęnobium verò SS. Floræ, & Lucillæ Urbis Aretinæ, ubi Sęculo XVI. adolescente, à mundi tempestatibus, periculisque refugium quærens, ad Monachorum nostrorum cętum aggregatus est. Etruscas Musas, haud perfunctoriè, sed arctè admodum dilexit, quibus faventibus composuit

1. *Plura Italica Epigrammata*, quorum aliquot ex Monasterio S. Justinæ Patav. ubi tunc degebat, anno scilicet 1539. die 6. Decembris, alia verò quatuor.

2. *In sepulchrum Redemptoris nostri*, itemque. 3. *Elegiam in Assumptionem B. Mariæ Virginis Deiparæ*, ex Asceterio S. Mariæ de Monte Cæsenę anno

 1541.

P

1541. die 28. Aprilis una cum. 4. *Duabus Epistolis* misit Petro Aretino Amico suo, editis postea Venetiis an. 1552. in lib. 2. Epistolarum, quas ad eundem Petrum Aretinum à Variis scriptas, collegit, impressitque ibidem Franciscus Marcolinus Foroliviensis.

De eo Julius Negri Soc. Jesu in Hist. Script. Florent. impress. Ferr. apud Pomatellum an. 1722. ex quo Nos omnia hæc accepimus.

Pag. 121. lin. 5. In PAULO CATANIA.

Ubi dicitur obiisse Panormi in Cœnobio S. Petri de Eremitis, corrige S. Joannis de Eremitis. Antonin. Mongit.

Pag. 124. lin. 47. In PETRO ANTONIO TORNAMIRA.

Ubi dicit relatam in Indicem librorum prohibitorum ejus *Risposta ad otto domande &c.* animadvertendum, non hunc quidem librum, sed alium recensitum pag. seq. n. 17. lin. 47. interdictum fuisse, nempe *Risposta alla domanda fatta dal Sig. Giuseppe Gentile sopra la chiarezza rischiarata* del P. Fr. Paolo da Termine min. Oss. Riform. Gen. 1679. ut me perhumaniter monuit clariss. Antonin. Mongitore.

Pag. 126. lin. 19. In eodem.

Ubi dicit *Le sacre ceremonie*, corrige : de *sacris ceremoniis*, nam Opus hoc Maggii Latinum est. Vitus quoque de Amico Suppl. Sic. Sac. Catanæ 1733. notit. 1. S. Mart. pag. VII. num. XXVIII. ejus meminit cum laude, illius Opera vocans *eruditissima*.

Pag. eadem 126. lin. 30. Adde.

PETRUS CŒLESTINUS Messanensis Ord. S. Benedicti Congreg. Casin. Concionator, eruditione, & eloquentia clarus, edidit Italice

1. *Per S. Felice Capuccino* Panegirico Sacro, Panormi Typis Gaspari Bajonę 1712. in 4. Ita prorsus Antoninus Mongitore in Appendice prima ad tom. 2. Bibl. Siculæ pag. 32. iterumque in aliis Additionibus ad eandem suam Bibliothecam MSS., sed quamprimum publici juris per typos faciendis, mihique per Epistolam datam Panormi die 18. Nov. 1733. in iis, quæ ad scriptores nostros Siculos spectant, perhumaniter communicatis, ubi addit, Petrum Cœlestinum esse ex familia *Giglio*, nunc Decanum, eruditione, ac pietate conspicuum. Studiose promovisse cultum *Infantis Jesu* in Civitate Militelli, ad cujus gloriam scripsisse etiam

2. *Epitomem*, sive compendiosam narrationem miraculorum, & gratiarum, quæ gloriose operatus est Militelli *Parvulus Jesus*; Messanæ apud Hæredes Amici, & Fernandex 1725. in 12.

3. *Per il 2. Quaresimale*, non men che il primo, recitato con eminenza di talento dal M. R. P. Costanzo da Malta Lettor Giubilato, già Deffinitore, Custode, e di presente Ministro Provinciale del Valle di Noto, de Frati Minori della Regolare osservanza di S. Francesco, Canzone; In Messina, e in Palermo per Gio: Battista Riccardo 1732. in 4.

Ego Petrum Cœlestinum diversis temporibus Romæ vidi, primò circa annum 1708. e Casinensi Monasterio, ubi triennio vixerat, studiis Concionatoriis vacans, in Siciliam reducem, secundò aliquot post annos aliam ob causam Romam reversum, ubi tamen paucis diebus mansit, Siciliam iterum repetens.

Pag. 133. lin. 26. In PETRO PAULO GINANNI.

Ejus Historia Canonicæ Portuensis admodum laudatur à Cl. Julio Mandosio in Epist. primò à puritate, & perspicuitate elocutionis, tum à recondita, &

pere-

peregrina eruditione, quam thesauro comparat, deinde à modestia in corrigendis aliorum erratis, à soliditate judicii, & totius Operis œconomia, denique nomine totius Reipublicę Litterariæ illum exorat, ut eam aureo hoc Opusculo ditare non prætermittat; idem ferè habet Doctiss. Cęsar Benvenuti Can. Reg. Later. pariter in Epistolis, vocans eandem ejus Historiam *eruditissimam, & ex probatissimis Authoribus confirmatam*, ideoque *à Criticorum telis immunem &c.* Collegit etiam, ac digessit.

Memorias historicas nobilis, ac antiquę familiæ de Alidosiis, sed Anonymas, in quibus primò ejus gentis vetustas, secundo Imolensis Urbis, & plurium Oppidorum, Castrorum, Pagorumque supremo jure possessio; tum Viri Ecclesiastica dignitate, bellica gloria, militari imperio, aliique virtute Illustres Heroes describuntur: denique ejus stirpis per varias Italiæ Urbes propagatio, & cum præclarissimis hujus Regionis Prosapiis cognatio, & affinitas refertur: impressas anno 1735. in 4. Romæ pagg. 120. Italicè

Pag. 134. lin. 4. In PETRO CLAVARINO.

Ejus reperiuntur in Bibliotheca S. Georgii M. Venet.

Plures Poeticæ Lucubrationes, generatim á nobis in Bibliotheca indicatæ.

Pag. 135. lin. 18. In PETRO DISCORDANO CALZOLARIO.

Ex nominis, & cognominum similitudine putabam Petrum Discordanum Calzolarium, qui res Catanenses, de Viris scilicet Illustribus ejus Urbis, prosequutus est, & ab Antonino Mongitore Monachus Casinensis dicitur, cum Petro Ricordato Calzolario confundi, & istum prò illo accipi, sed monente D. Vito de Amico Epist. ad me data die 23. Aprilis 1734. cognovi Petrum Discordanum Calzolarium alium omnino esse, ac penitus diversum à Petro Ricordato Calzolario, in hoc tamen laudatum Mongitore hallucinatum fuisse (quis enim ab omni errandi periculo immunis? præsertim cum de rebus historicis, seu, ut dicunt, de facto agitur), quod Petrum Discordanum Monachum Casinensem constituat, cum revera numquam Monachis nostris Casinensibus adscriptus fuerit; sed tantum Ecclesiæ Cathedralis S. Agatæ Monachus extiterit, & sane tam Rocchus Pyrrhus, quam Jo: Baptista de Grossis ibi allegati Petrum Discordanum, Monachum tantum Benedictinum, non verò Casinensem appellant.

Pag. eadem 135. lin. 31. In PETRO MUTI.

Sed nec potuit Petrus Muti, seu Gazata Monachus esse alterius Cęnobii nostrę Casinensis Congreg. nam Abbas S. Prosperi, nunc S. Petri Regiensis creatus fuit ab Urbano V. Avenione tunc sedente an. 1363. quo in munere obiit Regii an. 1414. die 27. Febr. ut patet ex nuperis *Memoriis Historicis* S. Prosperi Regiensis à D. Camillo Affarosi editis Patavii an. 1733. pag. 291. & pag. 336. qui Camillus pag. 294. corrigit Pancirolum, & Azzarium contendentes Chronicon Regiense, quod Petrus continuavit, vocatum fuisse *del Gazata* à Sagaccio, seu Sagaccino ejus Patruo, qui illud usque ad an. 1353. composuerat, cum non Sagaccius Gazata, sed Sagaccius Cavalossi præfatus ejus Patruus vocaretur, & laudatum Chronicon consequenter ab eodem Petro, del Gazata vocandum sit. *De eo supra in bis ipsis adjunctis.*

Pag. eadem 135. lin. 49. Adde.

PETRUS ORLANDO Panormitanus Patria, scientia celebris, Patavii, Bononiæ, Papiæ publicus Theologiæ moderator.

Plura metro edidit, quæ manibus eruditorum teruntur; sed ea quænam sint, quid-

P quidue contineant, & impressa ne fuerint, an tantum manu exarata, & ubi nam reperiantur, minimè indicat Vitus Maria de Amico Monachus Catanensis, nunc Prior, qui ista narrat in supplemento ad Siciliam Sacram Rocchi Pyrrhi novissime recusam 1733. tom. 2. pag. 1096. in notitia S. Mariæ Gangii, sed non nihil jejune, cum nec ejus Professionis Monasticæ, nec obitus annum, nec aliud quid enunciet, ex quo an Casinensis Monachus fuerit, dignosci possit. Quod verò Patavii, Bononiæ, & Papiæ publicus Theologiæ Moderator fuerit (si de illarum *Universitatum* (ut dicunt) publicis Professoribus intelligit) magna eget indagine. Patavii certe non fuit, nam, quantum memini, nec Philippus Thomasinus, nec Andreas Riccobonus, nec Nicolaus Comnenus Papadopoli, de Atheneo Patavino agentes, à me olim pervolutati ullam de Petro Orlando mentionem faciunt, quibus addendum, PP. Ord. Prædicatorum ab immemorabili tempore in Gymnasio Patavino, publicam Theologię Cathedram obtinere. De aliis verò publicis Lyceis, Bononiensi nimirum, & Ticinensi Ego nunc Fulginei degens, librisque opportunis destitutus, eandem diligentiam adhibere haudquaquam possum, sed nuperimè idem Vitus Epist. ad me data die 2. Aprilis anno 1734. testatur, id se hausisse ex Chronico S. Martini, à Petro Antonio Tornamira manu exarato, qui revera non admodum accuratus, nec satis criticus fuit in rebus quibusdam perpendendis, ideoque facile Petrum Orlando in nostris Monasteriis Papiæ, Bononiæ, Patavii Sac. Theologię Pręlectoris munere functum, cum earum Universitatum publicis Professoribus confudit: At Vitus in alia Epist. pariter ad mę datą eodem anno, ex regesto Professorum S. Martini de Scalis docet, Petrum Orlando ejusdem Monasterii alumnis adscriptum fuisse an. 1528. die 11. Nov. addita in eodem Regesto hac marginali nota: *Hic fuit valde eruditus in litteris Græcis, Latinis, & Hebraicis...*

Pag. 138. lin. 41. Adde.

Oderzo. Petrus Vandinus Venetus dictus, sed revera ab Opitergio, S. Georgii M. Venet. sodalis factus an. 1615. die 24. Junii, recensetur à nobis in *Appendice Virorum Scientia Illustrium, de quibus tamen nescitur, an aliquid literis consignaverint*, pag. 10. lin. 16. eo quia in nostris Regestis pag. 65. in margine dicatur *Musicus & Poeta*, sed cum in Bibliotheca ejusdem S. Georgii M. ejus reperiantur.

Quatuor Epigrammata Italica. 1. ad Emum Cardinalem Bichium prò Pace Venetiis sancita impress. ibidem apud Missennum an. 1644. 2. ad Rmum P. D. Cornelium Merendellam Abbatem in ejus discessu à Regimine S. Georgii M. impressum, sed absque loco impress. duo denique reliqua ad Rmum Patrem D. Josephum Pisani in ejus adventu ad ejusdem S. Georgii M. Cęnobium administrandum, & credibile cum sit, plures etiam alias ejus poeticas lucubrationes alicubi extare, in aliquo saltem angello hujusce Bibliothecę eum collocari posse crediderim.

Pag. 140. lin. 1. In PETRO VECCHIA; scripsit etiam

Esercizio, ò viaggi spirituali à Monte Casino, impress. Veronæ apud Merlum, sed annus impressionis non indicatur.

Ibidem lin. 16. in eodem VECCHIA.

Ex ejus autem MSS. Casini extant sequentia. 1. *del Orazione, ò degli esercizii spirituali* breve metodo, ò trattato cavato dall' Opere di S. Francesco di Sales, di S. Bernardo, di S. Gio: Crisostomo, e d'altri Santi; Authographum.

2.

2. *Rationale Judicii &c.* 3. *Dell' emissione del Sangue &c.* 4. *Il Sagro Pellicano.* 5. *Il Theologo Economo.* 6. *I Treni Cretensi.* 7. *Idoloetopeja*, aliaque, quibus res a se gestas defendit. Ita Cl. Erasmus Gattola *Hist. Sac. Monast. Casin.* Tom. 1. p. 2. ubi plura de eo. Sed cum dicit, eum Patritium Venetum fuisse, prorsus fallitur, nam Venetis tantùm Civibus fuit adscriptus.

Pag. eadem 140. lin. 39. In eodem PETRO VECCHIA.

Ejus etiam extat in Bibl. S. Georgii M. Venetiarum.

Elegia Emo, ac Rmo Principi S. Rom. Eccles. Cardinali Petro Otthobono (fuit is Alexander VIII.) constat versibus 46. estque impressa, sed sine nomine Impressoris, & loci.

De eo item Angelus M. Arcioni in libello *de traslatione SS. Parmensium* an. 1661. impresso Parmæ eodem anno pag. 31. „ Segnalatamente fu favorito il „ giorno della Domenica (8. Maggio 1661.) che fu la 2. di Maggio, e la pri- „ ma del Capitolo, per l' incomparabil pietà della Serenissima Signora Duchessa „ Padrona *Margherita di Savoja*, che volle prestare la continuata sua assisten- „ za alla Messa cantata Pontificalmente dal P. Presidente, framezzata dalla „ Predica, che à proposito del presente Congresso Capitolare fece sopra il cor- „ rente Evangelio il P. D. Pietro di Venezia, & pag. 55. Godendo anche la „ Serenissima Duchessa Margherita de Medici, colle Seren. Figliuole Princi- „ pesse M. Maddalena, e Catarina, in assistere al Panegirico recitato in lodè „ di questi Santi, dal P. D. Pietro Veneto soggetto molto ben conosciuto non „ solo in Parma per la stanza continuata da lui in questo Monastero da che vi „ venne studente, ma per li Quadragesimali ancora fatti nei principali Pulpi- „ ti, celebre per tutta l' Italia.

Pag. 141. lin. 10. In PETRO URSINO.

Obiit Petrus Ursinus in Monasterio S. Michaelis Arcangeli Montis Caveosi in Apulia an. 1732. die 25. Julii, ætatis suæ 63. ex aeris intemperie contracto lethali morbo in itinere, quod e Monasterio Cavensi ad idem Caveosanum Cœnobium ardente Sirio haud ita pridem confecerat.

Pag. 144. lin. 27. In PIO COSTA.

Vitus etiam de Amico in suppl. Sic. Sac. Catanæ 1733. in Not. S. Mart. pag. III. num. LXXIII., ubi testatur, Pium summo Cœnobii Martiniani incremento multa dexteritate usum, rem familiarem administrasse annis 4. & mensibus sex 1697. & iterum Not. X. S. Benedicti de Militello pag. 153. num. XXXVIII.

Pag. 151. lin. 3. Adde.

PLACIDUS ADRIANI Patria Lucensis, Perusiæ in Monasterio S. Petri nostris adscriptus an. 1708. die 24. Febr. & postea Decanus, plures annos Neapol in S. Severino commoratus, idem Cœnobium accurate descripsit, agens primò *De erectione Regii Monasterii* S. Severini, & Sosii. 2. *de Veteri Ecclesia*, ejusque picturis, Epitaphiis, & inscriptionibus, quas adducit. 3. *de nova Ecclesia*, & ejus pariter inscriptionibus, Epitaphiis, Tabulis &c. eodem modo relatis. 4. *De Sacrario*, ejusque supellectili. 5. *de Cœnobii officinis*, Claustris, Dormitoriis, Cœnaculis, Valetudinario, Bibliotheca, Rmi Abbatis Domicilio, aliisque scitu, ac notatu dignis. 6. denique *de Viris ejusdem Monasterii*, sanctimonia, dignitate, & doctrina illustribus, ac aliis, qui aliquem ingenii sui fœtum litteris tradiderunt, una cum earundem lucubrationum elencho; omnia Italica lingua exarata in fol. capp. 39. & pagg. integris 188. contenta, MSS. apud ipsum Authorem à me visa Assisii an. 1732. ubi ad

œco-

P
D. F. M. P.

œconomicam curam exercendam, Perusio, ubi tunc degebat, à me accitus, vel potius admissus fuerat, ab Antecessore œconomo, tamquam vir huic negotio aptus, & idoneus mihi propositus, & commendatus.

Pag. eadem 151. lin. 23. Adde.

PLACIDUS CICONEA Patavinus Patria in Monasterio S. Mariæ de Pratalea, ab eodem Patavio septem circiter millia passuum distante, D. Benedicti institutis nomen dedit an. 1723. die 13. Novembris; Pietatem æque, ac politiores litteras coluit; prioris argumentum est ejus ad Sublacense specum an. 1733. accessus, ut ibi arctiori solitudini, Regulari observantię, & fidelium confessionibus excipiendis vacaret; alterius autem testes omnibus erunt sequentes, & quidem elegantissimę elucubrationes in duo volumina distinctæ.

1. *Epistolarum* Latina lingua libri decem, quæ volumen primum conficiunt.

2. *Menedemus*, sive de Prudentiæ bono Dialogus. 3. *Orationes* Latino idiomate, quæ septem sunt. Prima de *Eloquentia*. 2. *de vera, & germana imitandi ratione, & de laudibus Oratoriæ facultatis*. 3. *de Literarum studiis* 4. 5. & 6. ad Præsules Congreg. Casin. prò Comitiis generalibus. 7. demum in funere Prosperi Zuti Abbatis S. Petri de Perusio. Omnia MSS. apud ipsum, sed propediem in publicam lucem emittenda.

Pag. eadem 151. lin. 46. Adde.

PLACIDUS MENNUS Patria Ragusinus Monachis nostræ Congreg. sociatus, & Monasterii S. Mariæ Lacromensis Professus an. 1473. scripsit

Compendium Decreti compilatum in Sac. Cęnobio S. M. Lacromensis Diœcesis Ragusii an. Dominicæ Incarnationis 1497. tom. 1. in 4. extat Venet. in Bibl. S. Georgii M.

Pag. 152. lin. 20. & seqq. In PLACIDO PETRUCCIO.

Chronicon, sive Hist. Casin. Monasterii ab eo scripta, non unico, sed duobus tomis in fol. parvo concluditur, quorum primus incipit à Monasterii erectione, pervenitque ad an. 1138. quo desinit Hist. Petri Diaconi, secundus ab hoc eodem anno 1138. usque ad ann. 1580. pluribus appositis Annotationibus, & Additionibus veritati historicæ haud satis consonis. Nec Honoratus Medices, ut ibi subditur lin. 22. prosequutus est Placidi Chronicon tomis duobus, sed Annales suos ab an. 484. exorsus, eos ad an. 1670. perducit libris tribus, seu partibus distinctos, ut supra in Correctionibus I. Partis pag. 243. lin. 26. ubi de eodem Honorato, dictum est; ex Epistola Cl. Abbatis Erasmi Gattola Archivi Casinensis Pręfecti ad me data 13. Kalendas Augusti 1733. Vide laudatum Gattolam in Accession. Historiæ suæ Casinatis pag. 942.

Pag. 152. lin. 44. Adde

PLACIDUS PAVANELLUS, de quo Nos in Catal. Episcopor. pag. 47. & seqq. & in Catal. Reformatorum pag. 22. & seq. etiam inter scriptores numerandus est, nam exaravit.

Epistolarum volumen, ut refert Fulgentius Nardi in *Memoriis* Congreg. Vallis umbrosæ, cujus Placidus Abbas Generalis ab Eugenio IV. creatus fuit.

Pag. 155. lin. pen. In PLACIDO PUCCINELLO.

Citatur ejus Hist. Com. Hug. à Laurentio Marchiò Lucensi in libro, cui titulus. *Il Forastiere informato delle cose di Lucca* impress. ibidem. an. 1721. in 4. apud Marescandolos pag. 99. & 102. & ejus Chronicon Abb. Floren. pag. 122. & Genealogia ejusdem Com. Hug. pag. 123., & 124. in adjunctis ad memorias

memorias

P

morias Pifcienfes pag. 124., & 125., allegatur etiam Puccinelli, Vita B. Theuzzonis, & Chronicon Abbat. Florent. à Vitale Mazzi *in refponfione ad Quæftiones Vallumbrofanas* impreff. Favent. an. 1732. pag. 71. N. quoque Langlet dù Frefnoy in *Metbodo ftudendi Hiftoriis* ex Gallico in Italicum idioma converfa, impreff. Venet. in 8. apud Sebaft. Coleti 1726. tom. 2: pag. 39. meminit ejus Hift. Abbat. Floren. & pag. 267. *Memorie di Milano*, denique pag. 283. *Hift. del Conte Ugo*, Puricellum tamen pro Puccinello eùm dicens.

Pag. 156. lin. pen. In PLACIDO TURCHI.

Integrum ejus Epigramma in laudem Antonii Bruni tale eft. Trà le propofte, e rifpofte del Bruni pag. 63.

Qual'or frà tuoi Poetici Tefori,
Spazio, Bruni, per trar l'ore più liete
Langue fempre il mio cor in aurea rete
Prigionier delle Mufe, e degli amori.
De Mirti, ove afpirafti, e degli allori
Giunto con penne d'oro a l'alte mete
La dolce eburnea cetra à verde Abete
Appendi omai, che idolatrar fa i cori.
E il tuo carme d'Apollo altero dono
Ch'oltre le vie del Sol chiaro rimbomba
De l'armi apprenda a foftenere il fuono
Del Verbo eterno a liberar la Tomba
Fian' le fue voci à facri Regi un tuono
Spirto à guerrieri Eroi fia la fua Tromba.

Rifponde il Bruni col feguente Sonetto *Nobil Ghirlanda di Caftalii fiori &c.*

Ubi ergo in Bibliothecâ, eadem pag. 156. lin. antepen. dicitur 1463. legendum eft p. 63. Placidum Turchi laudat Petrus Clavarinus dupplici Epigrammate, & Anagrammate in libro Perufiæ impreffo 1643. apud Angelum Bartholum, cui titulus *Mufarum Plaufus, & Gemmea Corona.*

Pag. 161. lin. ult. In PROSPERO MAZZI.

Fuit Profper Mazzi alumnus S. Benedicti de Padolyrone factus an. 1643. die 13. Oct. evafitque egregius Poeta, & excellens Muficus, multaque in concentum redacta, Muficis notis pulcherrimè devinxit, fingularem ob id promeritus commendationem. Quæ omnia extant in eodem S. Benedicti Monafterio. Obiit Abbas Titularis circa an. 1699.

R

PAg. 164. lin. 1. Adde:

PRACHISIUS GENERO natione Hibernus ex Duno in Ultonia nobili genere ortus, in Flandria primum, deinde in Gallia liberalibus difciplinis operam dedit; Sed exemplum Bernardi Preftoni Angli fequutus, in Italiam, indeque Cafinum commigravit, ibique inter Monachos admiffus anno 1648. die 2. Febr. ad obitum ufque perfeveravit: Fecundo, fublimique præditus ingenio in Sac. Theologiæ paleftrâ mirè profecit, eamque amænioris etiam litteraturæ ornatu comitabatur; quodque longè præftantius eft, moralium quoq; virtutum cultus, & regularis obfervantiç die, noctuque eximium ftudium jugiter in eo viguit: Decanus creatus, Sacrario Cafinenfi annis pluribus diligentiffimè præfuit. Demum annum feptuagefimum ætatis attingens mortalis effe defiit anno 1691. pridie nonas Decemb. Ut autem erat Latini Idiomatis peritiffimus, tranftulit in elegantiorem, ac puriorem fermonem.

De eo in Catal. Vir. Sanctita. te Ill. pag. 18. & feqq.

Annales Cafinenfes à Placido Petruccio olim compofitos ab anno 1138.

R

usque ad 1628. & alia nonnulla Rachisius elucubravit, quæ tamen distinctè non indicat Cl. Erasmus Gattola in Hist. Casin. editâ Ven. an. 1732. apud Colet. pag. 773. & seq. ubi de eo agit tom. 1. par. 2. afferens quoque verba Angeli de Nuce in Notis ad Cap. 108. lib. 4. Chron. Cas. Leonis Ost. nempe „ Nunc vero ex proxima Hibernia habemus Rachisium quem præter „ virtutum decora, severioris doctrinæ, & amœnioris litteraturæ ampla supellex „ exornat. Plures etiam Latinas Epist. ab eodem Angelo de Nuce Rachisio scriptas, Casini asservatas Erasmus narrat, quarum unam tantum exhibet, quæ præclaram Angeli de Rachisio opinionem ostendit. denique elogium Cornelii Ceraso in eundem Rachisium Gattola adducit, quo Nos etiam in superiori narratione usi sumus.

Pag. eadem 164. lin. 35. In RAPHAELE CASTRUCCIO.

Cl. Scipio Maffejus Veron. in lib. cui titulus *Traduttori Italiani* Ven. 1720. apud Sebast. Coleti pag. 27. „ *la qual Raccolta* di Sermoni, & Omilie scelte da „ varj Padri, e portati in nostra lingua da Galeazzo Florimonte Vescovo di „ Sessa (Ven. 1556. e 1564. lib. 2. in 4.) fu continuata da Raffaello Castruc- „ ci Monaco della Badia di Firenze con un terzo Volume, e vi annesse il 4. di „ versioni simili fatte da Serafino Monaco dell'istessa Badia; Fiorenza 1572. 4. „ quod idem repetendum esset pag. 171. in laudato Seraphino Florentino. Tertius vero tomus, Castruccii labor, sic inscribitur.

Libro terzo di varii Sermoni di S. Agostino, e d'altri Cattolici, ed antichi Dottori utili all' inteligenza spirituale della Sacra Scrittura, raccolti insieme, e fatti volgari da D. Raffaele Castrucci Monaco della Badia di Firenze a imitazione di Monsig. Galeazzo Florimonzio Vescovo di Sessa &c. In Firenze per li Giunti 1571. in 4. Alia etiam ejus lucubratio nempe.

Trattato di S. Cipriano di due sorti di martirio tradotto in lingua Toscana, impress. fuit Florentiæ apud Torrentinum an. 1567. in 8. ut etiam refert Justus Fontaninus in lib. *dell' Eloquenza Italiana* Romæ 1706. per Franciscum Gonzagam Class. XIV. §. 4. pag. 144. subdens tamen hanc notationem: *di questo Trattato non n' è autore S. Cipriano, perche dentro vi si parla de Turchi.*

Pag. 166. lin. 3. In RAPHAELE PLACENTINO.

Genero. Nonnulla ejus carmina leguntur in *Deliciis Poetarum Italorum* collectis à Ranutio Ghero, editisque Francofurti 1608. par. 2. pag. 246. usque ad 249.

Pag. eadem 166. lin. 3. Adde.

ROBERTUS GARZIA, & VANNI nobili familia Panormi natus Congreg. nostram ingressus est apud S. Martinum de Scalis an. 1705. die 10. Junii, in qua postea Decani gradum obtinuit. Oratoriam artem egregiè excoluit, quamobrem Concionator Ordinarius Regii Sacelli in Sicilia renunciatus fuit; vulgavit Italica lingua.

La Santità di tre divise, Orazione Panegirica per li gloriosis. Santi Stanislao Kostka, e Luigi Gonzaga della Compagnia di Gesù. In Palermo nella stamparia di Gio. Battista Piccardi 1723. in fol. In vivis agit hoc anno 1735. Ex Addit. MSS. Cl. Antonini Mongit. quamprimum edendis, mihi per Epist. die 18. Nov. an 1733. humanissimè transmissis.

Pag. 167. lin. 7. Adde.

ROMUALDUS M. RIZZARI Calatanixetæ in Sicilia ortum habuit an. 1694. die 1. Augusti; in quam Civitatem Angelus Rizzari, & Anna Notarbartoli ejus Genitores post ingentem, horribilemque terræmotum, quo an. 1693.

tota

R

tota fere Catanensis Urbs funditus concidit, se se receperunt. At Romualdus M. restitutis utcumque Catanæ rebus, nostroque D. Nicolai Cœnobio, quod olim *Guglielmus* Siciliæ Rex cognomento *Bonus* magnificentissimè erexerat, reedificato, nam magna ex parte corruerat, ibidem a Sæculi tempestatibus portum arripuit an. 1709. Romæ deinde in nostro D. Anselmi Collegio sacra doctrina affatim imbutus, eam in Siciliam detulit, sexque omninò annos una cum naturali Philosophia, aliis addiscendam exposuit. Nec intra Claustri septa ejus ingenii merces conclusæ: illum enim Catanense Gymnasium publicum Mathesis Professorem an. 1725. [quam Cathedram hactenus moderatur] & Epis. Catanensis Theologum, Examinatorem, & Consultorem in sua Diœcesi constituerunt; nostra verò Congregatio an. 1728. Decanum elegit. Nec Apostolicum zelum prò animarum salute exercere omisit, in quibusdam enim Siciliæ Urbibus Quadragesimali tempore cum laude concionatus est. Usque modo in lucem dedit.

1. *Il Figliol Prodigo* Drama per Musica. In Messina nella Stamperia dell' Amico an. 1716. in 12.
2. *La Contesa di Roma, e Catania* per il trasporto delle Ceneri dell' Illmo, e Rmo D. Andrea Riggio Vescovo di Catania, e Patriarca di Costantinopoli, morto in Roma Adi 15. Decembre 1711. Discorso Politico - Morale. In Messina presso il Chiaramonte, e Provenzano 1727. in 4. Ex Additionibus Cl. Antonini Mongitore ad suam Bibliothecam Siculam MSS. sed jam prælo paratis, mihi per Epist. quantùm ad Monachos Siculos Congreg. nostræ, humanissimé transmissis die 18. Novembris 1733. ubi eum vocat, ingenio, doctrina, & eruditione clarissimum.

Pag. eadem 167. lin. 32. In ROMUALDO SERRA.

Ejus *Catalogum Chronologicum* correxit, ordinavit, perfecit, & à mendis expurgatum absolvit, addita Historia laudati Monasterii S. Mariæ de Monte Cæsenæ, ab ejus exordio, ad hæc usque tempora Anonymus Monachus ejusdem Cœnobii alumnus, & Decanus an. 1732. quæ Hist. adhuc MS. extat apud ipsum Authorem.

S

Pag. 171. lin. 29. In SERAPHINO FLORENTINO.

Verus titulus Sermonum SS. Patrum ab eo ex Latino in Italicum Etruscum Sermonem translatorum talis est.

Il quarto libro de Sermoni di S. Cipriano, di S. Bernardo, di S. Anselmo, e d'altri Santi, e Dottori Cattolici tradotti in Lingua Toscana per Serafino Fiorentino Monaco della Badia di Firenze. In Firenze per li Giunti 1572. in 4. nam primum, & secundum librum sermonum eorundem SS. Patrum similiter transtulerat Galeatius Florimontius Episc. Sessanus, & Venetiis ediderat primum apud Jolitum 1556. & 1557. in 4. secundum ibidem apud Hieronymum Scottum 1564. in 4. Tertium verò librum Raphael Castruccius noster, ut in eodem dictum est, qua de re disserte loquitur Justus Fontanini in libro *dell' Eloquenza Italiana* classe XIV. §. IV. pag. 144. hanc addens notationem „ nella prima Sessione del Concilio cominciato in Bologna

S „ logna, e poi terminato in Trento, fu data la cura al Florimonte della medesima traduzione a publica utilità come egli scrisse nella lettera al Cardinal Cervini, che fù poi Marcello II. prepoſta al tomo I. di che non ne hanno hauta notizia gli ſcrittori delle coſe del Concilio di Trento.

Pag. eadem 171. lin. 43. Adde.

SERAPHINUS GONZALES Panormi in Sicilia natus apud S. Martinum de Scalis D. Benedicti veſtibus decoratus fuit an. 1632. die 8. Decembris, quibus indutus religioſis virtutibus, non minus quam ſacris ſtudiis aſſiduam operam dedit, doctrinamque haud vulgarem, & eximiam probitatem ſublimi gradu acquiſivit. Decanus creatus, Tyronibus erudiendis Magiſter datus eſt, quo munere triennio functus, in Oppidum Ciniſium, quod laudato Monaſterio ſubeſt, ſe ſe recepit, ubi etiam in illius Populi ſpirituale commodum, & ejuſdem Cœnobii decus Archipresbyteri dignitatem inſtituendam curavit, eamque uti par erat, omnium primus plures annos ipſe retinuit, ibique an. 1691. mortalis vitæ curſum complevit die 13. Februarii ſcripſit.

Breve dichiarazione dell' arbore Monaſtico Benedittino intitolato *Il Legno della vita*, cavata dai cinque libri dichiarativi di detto arbore, compoſti dal R. P. D. Arnoldo Wione Fiammengo. In Palermo preſſo Nicolò Bua 1655. in 8.

De eo Antoninus Mongitore Bibl. Sic. p. 2. pag. 217. ubi eum virum morum integritate conſpicuum, & ſacrorum ſtudiorum amantiſſimum, prudentia quoque, ac eruditione clarum appellat.

Pag. 176. lin. 43. Adde.

SILVESTER MICHAELI à *Vaſto* Regni Neapolitani Oppido in Samnio, hodie *Abruzzo*, inclytæ familiæ D'Ayalos Marchionatus titulo ſubjecto: ſcripſit.

Al Sereniſſimo Signor Coſimo de Medici G. D. di Toſcana, Firenze per il Sermatelli in 4.

Compoſizioni di D. Silveſtro del Vaſto dell' Ordine di S. Benedetto.

Ita legitur in Bibl. vol. Jo: Cinell. Plut. 2. pag. 91. ſed an fuerit Monachus noſtræ Congreg. ibi non indicatur. Fuiſſe autem credibile eſt ob rationem ſup. in hiſce ipſis Additionibus allatam, ubi de Nicolao Florentino ſermo eſt.

Pag. 179. lin. 7. In STEPHANO DE AMICO.

In Bibl. S. Georgii M. Venet. extant D. Stephani a Panormo.

Carmina elegiaca in quemlibet ex ſeptem Pſalmis Pœnitentialibus, ſicut etiam in Sanctorum Litanias, in Pſal. 69. in Verſiculos, Reſponſoria, & Orationes, quarum quælibet exprimitur ſtropha una carmine Sapphico cum Adonio.

Primus Pſalmus conſtat verſibus 24. incipit.

Fac tuus Omnipotens ne me furor increpet alta
Sede, nec injuſtum puniat ira nocens

Secundus verſibus 28. incipit.

Felices patrata quibus delicta remittit
Omnia, & occultat queis malefacta Deus

Tertius 25. incipit

Ne Deus ultrici me cum verſaris in ira
Et furiis, Cœli corpore ab exe velit

Quar-

S

Quartus 40. incipit
Adjutor qui semper ades, misererier alto
Quique hominum Cælo scis, miserere mei.
Quintus 60. incipit
Effundo quæ vota Deus, tua sentiat auris
Clamoresque meos percipe ab axe Poli
Sextus 16. incipit
A vitiis tibi vota dedi, scelerumque profundo
Idcirco voces suscipe ab axe meas
Septimus 24. incipit
Me tua clamantem Cæli Rex audiat auris
Justus & ut verus tu miserere mei
Antiphona
Ne recorderis scelerum meorum
Immemor sis & scelerum parentum
Nec Deus magni sceleris sis ultor
sed pius esto.
Supplicationes
Kirie magne Deus nostri miserere precamur
Audiat atque auris nos tua Christe Pole
Psalmus, 14. constans versibus
Porrige magne Deus Cælorum à sede juvamen
Nec mediante mora trade vocatus opem
Versiculi cum Responsoriis
O' Pater alme tuos servos Deus effice salvos
Nam sua tu Deus es, spesque, salusque, meus
Orationes
Qui Deus semper miserescis ultro
Quique dimittis, gemitus precamur
O Pater Cæli fabricator Orbis
Suscipe nostros &c.

Cum autem hæc lucubratio à Stephano Panormitano nuncupata sit D. Constantio à Neapoli, qui inter D. Severini Neapolis Professos reperitur an. 1537. dia 25. Jan. probabile satis videtur, Stephanum hunc horum carminum Authorem esse Stephanum de Amico à Panormo, Professum in S. Martino an. 1590. 30. Octob. idque tum temporis, tum personarum, tum argumenti ratione.

Pag. 180. lin. 39. In STEPHANO CATANEO.

Nuperrimè accepi, librum MS. Stephani Catanei, Orationes in Conc. Trident. habitas continentem, extare quidem Cęsenæ in nostro S. Mariæ Monasterio, sed in Archivo, non verò in Bibliotheca, ex qua, ut opinor, majoris custodiæ, & cautelæ gratiâ in tabularium translatus fuit. Sunt autem Orationes illæ exaratæ sermone plane Ciceroniano, eloquentia, splendore, & gravitate conspicuo, in iisque utitur Cataneus magna loquendi libertate, ut potius unus ex Concilii Legatis videri possit, præsertim cum de Episcoporum residentia, & Regularium privilegiis differit.

Ibidem in eodem Stephano Cataneo.

Insuper die 3. Maii hujusce anni 1733. ab alio Monacho erudito S. Jo: Evang. Par- *D. Isidoro de Sù Parm.*

S. Parmensis sodali conscius factus sum, exemplar ejusdem libri Stephani Catanei ab authographo Cesenatensi exscriptum in eodem S.Evang.Monast. etiam num, reperiri, ubi ipsemet aliqua sua manu adnotavit, sed Monachum illum, quem, an ibi existeret, olim requisivi, vel nescisse invenire, vel noluisse necessariam ad inveniendum diligentiam adhibere; continere autem cum librum res valde memorabiles, & publica luce dignissimas. Ceterum ejus admirabile plane, & praeclarissimum opus in fornice Bibliothecae laudati Monasterii picturâ expressum, non equidem esse opus aliquod tanquam fortuitu casu, & per transennam effictum, sed unionem pulcherrimam; summoque studio, & acerrimo judicio compactam, & elaboratam, & unum plane corpus doctrinarum, & documentorum constituentem, quibus Hominem à nativitate, ad obitum usque manu quasi ducit, erudiens eum quam infelix sit humana conditio studio, ac probitate destituta, quid facto opus sit ad eam ritè, ac rectè excolendam, eripiendam à vitiis, virtutibus exornandam, & veluti per gradus ad Heroicae perfectionis culmen perducendam, demumque ad beatam immortalitatem evehendam. Cl. Benedictus Bacchinus maximi eam picturam faciebat, dicebatque, eum qui illam explicandam, ut decet, vellet suscipere, magnâ doctrinâ instructum, animique dotibus haud vulgaribus praeditum esse opportere, quamvis ibi omnia egregie adeo disposita, & distributa sint, ut ad assequendam Authoris mentem (magnam quidem illam, ac vastissimae eruditionis) plurimum conferant, & eorum explanationem à Viro non tamen mediocriter docto, sed verè Philologo faciendam haud parum facilem reddant; subdebat etiam Bacchinus, Pictorem aliquot sphalmata, licet parvi momenti in aliquibus dictionibus Graecis, Hebraicis, atque Siriacis patrasse, quae levi negotio ab aliquo eorum idiomatum perito emendari possunt. Sane opus hoc praecipuum est, ac melioris, imò optimae notae à Cataneo tanquam pretiosissimus Thesaurus Posteris relictus, nec Monasterium illud alioquin admodum insigne, ac celeberrimis picturis, generosis marmoribus, magnificentissimis aedificiis, ac fulgentibus metallis ornatissimum, praeclarius aliquid, magisque aestimabile hac Stephani Catanei Pictura possidet, quod eruditis, solidaeque sapientiae amatoribus velut humani ingenii prodigium possit ostendi, aeri propterea, imò cedro, & auro ad perennitatem incidendum.

Ibidem in eodem STEPHANO CATANEO.

Sed quia dies diei eructat verbum, novissime ab alio Amico pariter erudito Monacho Cesenate D. Benedicto Bondilio, recepi synopsim laudati Codicis MS. Stephani Catanei, quam me non piget adhuc brevius, & strictius hic referre, ratum Lectoribus satis futurum, si tantum praecipua, & scitu digniora summatim hic indicentur. Est igitur liber in fol. capp. 35. paginarum integrarum 160. incipit -- *Cum ad XI. Kal. Augusti, qui dies Bmae Mariae Magdalenae solemnis est &c.* Pag. 8. Rmo D. Antonio Fachinetto Episcopo Neocastri, cui mittit *Commentarium in illa Apostoli verba -- Dei enim Adiutores sumus* usque ad illa verba: *Templum enim Sanctum est, quod estis vos* ad pagg. 12. Pag. 14. Oratio *de S. Paschate* usque ad pag. 17. Pag. 17. Ejus sententia *de librorum prohibitorem Indice corrigendo*: Articuli 9. de eodem Indice Patribus oblato, ubi haec verba notanda. *Cum mihi post Episcopos loquendum esset, pauca haec dixi &c.* Pag. 22. 1562. die 17. Apr. Ejus Sententia *de Residentia Episcoporum*: Pag. 26. die 24. Apr. Ejus sententia *de Visitatione.*

Pag.

S

Pag. 27. 1563. 30. Julii. Ejus sententia *super Canonibus de Matrimonio*, & præsertim clandestino, de quo etiam Stephanus Decretum digessit, ex quo postea quædam fuerunt translata in Decretum à Rmis *Conceptoribus* compositum, & à S. Synodo approbatum, ut infra pag. 34. à tergo. Pag. 31. 1563. die prima August. *De Sententia excomunicationis parcè ferenda*. Pag. 36. Oratio de *Reformatione*, quæ ita terminatur: *Ne sic unius Ordinis authoritatem constituamus, ut cæteros Ordines pene omnes, juribus suis, & antiqua possessione, re incognita, spoliemus*. Pag. 43. die 27. Oct. ubi cum jam quarto ageretur de Matrimonii Canonibus, Stephanus rem narrare sic incipit: *Ego ordine meo post Episcopos primus dixi &c.* Pag. 47. Oratio *prò privilegiis Regularium*. Pag. 65. Orationes duę 1. *in Blasphemos* 2. *in Concubinarios*. Pag. 68. de *Præcedentia Congreg. Casin.* contra Canonicos Regulares; incipit: *Nemo de facto perturbandus est à possessione sua &c.* Pag. 79. *de modo visitandi*, & infra Pag. 89. usque ad Pag. 92. *Beneficiorum Visitationes*. Pag. 93. Discorso *per qual cagione siano obligati i sudditi obedire à superiori*. Pag. 121. *de translatione S. Justinæ*, cui interfuerunt XV. Abbates & CCC. circiter Monachi, & de XXV. miraculis tunc patratis, narratio elegantissima. Pag. 147. *de carnis resurrectione*. Pag. 155. *de Vita æterna*. Supra autem pag. 101. sunt plures Epistolę amplifs. S. R. E. Cardinalibus *Antonio Carafa*, *Carolo Grasso*, *Stanislao Hosio*, *Gulielmo Sirleto*, *Hieronymo Steberi*, *Carolo à Lotharingia*, *Jo: Morono*, Excellmo *Senatui Mediolanensi &c.*, & alia plura sane pulcherrima, & publica luce dignissima. De eo etiam Vitus de Amico in suppl. Sic. Sac. pag. 22. n. XIII. in not. IV. S. Nicolai de Arenis, cujus Cænobii *fuit Abbas anno uno* (inquit Vitus), *& optimè gubernavit*.

Pag. 182. lin. 36. In STEPHANO PEROZZI.

Fuit Stephanus Perozzi Camers Patria, ut apparet, ex sequenti lucubratione ab eo pariter concinnata.

De Admirandis Gestis, quibus Seren. Archiducissa Austriæ M. Etruriæ Ducissa Maria Magdalena peregrinationem suam Lauretanam clariorem reddidit. Oratio Stephani Perotii Camertis Monachi Casin. Camerini 1614. in 4. Ita in Bibliotheca Volan. Jo. Cinell. Plut. 18. pag. 147. impressa Ferrar. 1716. apud Barberinum.

Pag. 183. lin. 1. Adde.

SYLVIUS CONTI S. Georgii M. Ven. Alumnus an. 1619. die prima Januarii scripsit lucubrationes Poeticas hujusce tituli.

1. *Ode Italica pro expugnatione Clissæ* in Dalmatia ab Excellmo Leonardo Fuscolo Veneti exercitus in eadem Provincia supremo Duce, Patavii an. 1648.

2. *La Fama inanzi à Giove* per la Vittoria di Candia &c. Alla Ser. Rep. di Venezia; con un sonetto alla medesima per la Vittoria dell' Arcipelago, ottenuta dall' Eccmo Leonardo Mocenigo Procur. di S. Marco, e General dell' Armata. In Venezia an. 1651. in 4. reperiuntur in Bibl. ejusdem S. Georgii M. Venet.

Pag. eadem 183. lin. eadem. In SYLVIO STELLA.

Narratur ibi à me ex Leonello Crocecalle in Historia Abbatum S. Justinę, sed sub aliqua dubitatione de memoriæ meæ felicitate, D. Dominicum Perozzi Coloniensem ter Abbatem S. Justinæ, terque Congreg. nostræ Præsidem, Uirum alioquin egregium, authorem fuisse tentatæ separationis Venetæ Provinciæ à reliqua Congregatione: ob quam causam à Præsulatu in perpetuum

tuum depositus fuit. At an. 1733. mense Oct. ego Romam reversus, Crocecalli Historiam MS., unde id me hausisse existimabam, denuò lustravi, in eaque libro VIII. circa finem id ipsum ab eo luculenter descriptum, sicuti à me refertur, inveni. Ceterum Sylvium Stellam laudat duplici Epigramate & Anagrammate Petrus Clavarinus in *Plausu Musarum, & Gemmeà Corona* impressa Perusiæ in 4. apud Angelum Bartholum an. 1643.

De eo in Bibl. L. P. pag. 133. 2. par.

T

PAg. 184. lin. prima Adde.

THADDÆUS GRASSI Monachus nostræ Congreg. scripsit.

Panegyrim Italica lingua in laudem Antonii M. Terzi ex Comitibus Sissæ, & Belvederij Adolescentis Parmensis decem, & octo annorum, Philosophicas Theses defendentis, impressam Parmæ typis Seth, & Erasmi de Viothis an. 1639. in 4. cum titulo -- *Diverse composizioni Latine, e volgari* nelle eroiche difese di Filosofia dell' Illmo Sig. Conte Antonio M. Terzi &c. pag. 31.

Pag. eadem 184. lin 33. In THEOPHILO BONA.

Vocatur etiam Philotheus, quod idem nomen est inversis litteris. Extant autem ejus in Bibl. S. Georgii M. Venetiarum alia duo Opuscula MSS.

1. *In Sacrosancto Resurrectionis die sequentia* impressa Venetiis apud Lucam Antonium Junctam an. 1515. pag. 299. Missalis parvi Monastici Casinensis Congreg. ut narrat Constantinus Cajet. incipit -- *Laudent Cœli Conditorem, laudet terra Redemptorem, mirans ejus gloriam &c.* 2. Aliud *de Vita solitaria*, ac Civili ad invictiss. Principem Guidonem Ubaldum Urbini Ducem Dialogus versibus exametris constans; si tamen aliud est à primo ejus opusculo in Bibliotheca relato sub hoc titulo -- *La ritiratezza del viver solitario*: carmine elegiaco: esto aliud opus esse carminum diversitas, [nisi error alicubi obrepserit, vel denique nisi id emisit alio metro concinnatum] satis demonstret. Incipit autem iste de Vita solitaria Dialogus sic.

Pyrrhe sub ardenti quis te jubet impetus æstu
Ire per abruptos silices? utque invia lustres?
Siste gradum, & mecum molli requiesce sub umbra.

Fuerunt autem duo Guidones Ubaldi Urbini duces, primus frater Julii II. Pont. qui regnavit ab an. 1513. alter temporibus Leonis X. qui regnavit ab an. 1513. usq; ad 1521. Pyrrhus Eques unus ex interloquutoribus, alter verò Marius Eremita.

Hæc duo Opuscula in Bibl. pag. 190. lin. 1. & 2. ascribuntur Theophilo Folengo, sed perperam, cum Theophili Brixiani genuinum sit opus: sed error inde emanavit, quia scriptor Indicis librorum Bibliothecæ S. Georgii M. putavit, Theophilum hunc Brixianum, esse Theophilum Folengum, minimè animadvertens, Theophilum Folengum esse Patria Mantuanum, non verò Brixianum. Sed felix faustumque fuerit errorem hunc, aliosque deprehendi tandem, ac emendari potuisse.

Pag. 186. lin. 22. In THEOPHILO FOLENGO.

N. Le Monnoge in notis ad Adrianum Baillet *Jugemens des Savans*, Paris 1722. art. 1276. in Poetis recentioribus, asserit, non solum Merlini *Maccaronicon* impressum fuisse an. 1520., sed etiam se vidisse ejusdem Operis editionem aliam celebratam Venetiis an. 1517. die 1. Januarii in 8. apud Alexandrum Paganinum, quæ tamen editio cantus XVII. duntaxat complectitur, cum reliquæ editiones posteriores multo plures cantus contineant, ex quo adhuc nervosius explodit, & confutat assertionem eorum, qui apud eundem Bail-

lettum

lettum contendunt, primum Maccaroricorum authorem fuisse Guarinum Capellam Sarsinatem, cum hujus opus non ante annum 1526. apparuerit, novem scilicet post Merlinum annis.

Pag. 189. lin. pen. In Eodem.

Quod non satis attendens Adrianus Baillet supramemoratus in eodem Opere, & articulo, existimat nihilominus Sanazarium præcipua de suo *Partu Virginis* à Folengo desumpsisse, quem propterea laudatus *Le Monnoge* redarguit, n. 1. & una cum eo Jac. Philip. Thomasinum, qui idem prius asseruerat.

Pag. 190. In Eodem.

Idem *Le Monnoge*, ubi sup. putat, *Promontorium*, *Romam designatam*; & *Satyras*, seu le Graticcie, esse opera suppositita à Thomasino conficta, quod non ita facile crediderim, cum ipse Thomasinus scribat, se id ex litteris, & alloquiis Constantini Cajetani accepisse.

Pag. 191. lin. 1. In eodem THEOFILO FOLENGO.

Vigasus Coccai in Præfatione laudatæ editionis Venetæ 1561. præter superius allegata; hæc insuper habet, scitu quidem dignissima, si tamen omnia vera sint, & non potius aliqua de ejus vitę casibus poetico more adinuenta, non enim cum rebus superius a me, verisque allatis hæc omnia concordant. „ Girolamo Folengo Mantovano, & a me discepolo nella professione Grammaticale, fu da suo Padre mandato a Bologna in studio per udire il „ grand' Aristotelico Pereto Pomponazio, ma volse, che io parimente andassi „ con esso lui, solamente per guardarlo, che non perdesse il tempo, & i de- „ nari; ma essendo già cresciuto, e fatto tale, che più non mi avesse a temere, „ come vivace molto, faceto, e compagnone, si diede in preda alla sviata „ giovinezza, e posponendo li termini logicali, tutto si congiunse alle Muse „ Latine, Volgari, e Maccaroniche. Io assai feci per ogni modo riducerlo al- „ la volontà del Padre, ma sempre in darno mi affaticai. Compose egli dun- „ que sotto il nome di un forfante detto *Limerno* in ottava rima la fanciullezza „ di *Orlande Paladino*, Opera ingegnosa, & assai mordace. Poi sotto il nome „ di *Merlino Coccajo* diede principio ai gran fatti di Baldo in verso heroico, e „ Maccaronesco, e fecene un volume di 25. libri. Quattro libri poscia della „ *Moschea*, pur sotto il medesimo nome gli uscirono dalle mani in verso Pentametro, e Maccaronico; successe a lei la *Zanitonella* con altre cosette facete. Sul fine come bizzarro, e fantastico, che era, mandò fuori sotto il nome di *Triperuno il Chaos* in stile ora Latino, ora volgare, ora de Maccaroni; fatto tutto questo, per un gran disordine, e pericolo della vita, fummo costretti a ritornarsene alla Patria con la Zucca piena più di Lasagne, che „ di Filosofia, laonde hebbe egli dal Padre tal rimbrotto, e riprensione, che „ in guisa di disperato andò errando per lo mondo, fatto prima Cortigiano, „ poi Soldato, poi Romito: al fine con suo fratello più di lui dotto si chiuse „ in una solitudine a darsi totalmente ai sacri libri, ove sotto nome di Teofilo „ Folengo compose in ottava rima *L' Umanità di Cristo* Figliolo di Dio, ove „ nel principio si duole assai di aver perduto gli anni sotto il titolo di Merlino, „ quando dice.

Merlino. Orlandino.

Ver è che un dolor grave &c. Ipse Merlinus Baldi l. 22. pag. 247. a tergo.

Traditur inde Viro Savio, doctoque Pedanti
Merlinus puer; & versu, prosaque peritus
Cum sociis multis ivit studiare Bolognam,

M *Et*

T

Et Philosophastri bajas sentire Peretti
Unde comenzavit super illas torcere nasum
Inque Petri Hispani chartis Salzizia coxit
Ad Macaroneas potius se tradidit artes.
In quibus à teneris unguis fuit ille Cocajo
Praeceptore datus, pinguisque Poeta dicatus
Dum Pomponazzus legit ergo Perettus, & omnes
Voltat Aristotelis magnos sotosora librazzos
Carmina Merlinus secum Macaronica pensat,
Et giurat nihil hac festivius arte trovari

Pag. 197. lin. pen. In THEOPHILO BRIXIANO.

Ejus lucubrationes, quę manuscriptæ extant in Bibl. S. Georgii M. Ven. sic inscribuntur.

Venerabilis Viri Dei Theophili Brixiani opuscula, & Epistolæ. Quæ opuscula hisce titulis distinguntur.

1 *De Nobilitate liberi Arbitrii*. 2. *De duplici imitatione Dei*. 3. *De duobus praeceptis, & de puro amore erga Deum*. 4. *Quid petendum à Deo sine intermissione*. 5. *Quare multoties non exaudimur?* [Hi omnes sunt sermones] 6. *De onere Pastorali* Epistola ad N. 7. *Quid sit vera, & essentialis Beatitudo*, Epistola ad N. Sequuntur alii sermones nempe 8. *de humilitate* in vigilia Corporis Christi. 9. *ad universos Christifideles* in veritate citissimè, ac facillimè proficere cupientibus. 10. *De triplici solitudine*. 11. *Altercatio amatoria inter Deum, & Animam* 12. *De plaga* qua Dominus percussit Sacrum Cęnobium Casinense per manus impiorum, quod principialiter fuit propter bonitatem Monachorum, quorum merita exigebant, ut digni fierent contumelias pati prò nomine Jesu. Sequuntur alia opuscula Italica lingua, videlicet 13. *Il servo di Dio Pazzo in tutto*, senza intelletto, e senza volontà coram Domino, & amatore dell' Amore senza causa. 14. *Esortazione amorosa del divino amore*. 15. *In che consista la vera Perfezzione*, e della via, e modo di pervenire a quella in breve, e facilmente. 16. *Esortazione al Nivizio*, accioche facci la professioe, e perseveri in quella.

In nostris autem antiquis Regestis inveniuntur quatuor Theophili Brixiani; Primus est Theophilus Bona S. Euphemiæ professus an. 1492. de quo Nos in Bibliotheca pag. 184. & in his ipsis Additionibus paulo supra. Secundus professus Mantuæ 1516. 4. Septemb. Tertius SS. Faustini, & Jovitæ 1531. 5. Augusti. Quartus denique SS. Petri, & Pauli in Glassiate. Mediolani 1569. 7. Decembris. Quis horum laudata Opuscula, & Epistolas scripserit, mihi hactenus incompertum.

Pag. 198. lin. 23. In THOMA AB EBULO.

Ebolum, olim in Picentinis, nunc in Principatu citeriori, Regni Neapolitani Provincia: de eo Constantinus Cajet. *de Religiosa S. Ignat. Instit.* in Præfat. pag. 24. & seq. his verbis „ At enim verò S. Philippum Nerium Congreg. „ Oratorii Satorem, nemo homo negabit a Benedictinis in sublimem virtutis „ apicem erectum. Hic enim sublimioris perfectionis fundamenta jecit in S. „ Germano, & Casino Monte; In quibus locis, per tres continuos menses, „ ductore præsertim, & Doctore Eusebio ab Ebolo nobili Neapolitano, Sacri „ Casinensis ipsius Cęnobii Monacho religiosissimo, sanctarum virtutum æquè, „ ac

ac religionis spiritum hausit; & novissimè Erasmus Gattola in Hist. Casin. edita Venet. 1737. pag. 692.

Pag. 200. lin. 13. In THOMA PRESTONO.

Illi Monachus quidam senior Congreg. Anglicanæ, animadvertens, eandem Congregationem, se solo jam superstite, brevi ad nihillum redactum iri, facultatem, ac jus concessit, ut præfatam Congregationem instaurare, ac innovare posset, quod Thomas egregiè quidem præstitit, pluribus Anglis juvenibus optimæ spei Monastico ejus Congregationis habitu indutis, ex quo tempore Congregatio ipsa denuò Viris Doctrina, Zelo, Religione præditis admodum floruit, qui Catholicam fidem, voce, calamo, sanguine propugnarunt.

Pag. 201. lin. 14. Adde.

TRANQUILLUS ZACHINI S. Georgii M. professus an. 1635. & nostræ Congreg. Decanus, scripsit Orationem, seu Panegyrim pagg. 30. cum hoc titulo. *Le Rose di Gloria* nel glorioso Governo dell' Illmo Sig. Francesco Brenner Libero Barone di Lueg, Signore di Gravempesch Woldeff. &c. di S. M. Cesarea Consigliere, e Capitano di Trieste. In Verona 1653. appresso Gio: Battista, e Fratelli Merli in 4. reperitur in Biblioth. S. Georgii M. Venet.

V

Pag. 3. Lit. V. lin. 16. In VALERIANO CASTIGLIONI.

Ubi dicit Incofero nescio cui. Adde.

Fuit Melchior Incofer Soc. Jesu, qui communiter creditur Author celebris *Monarchiæ Solipsorum*, quæ sub nomine Lucii Europæi ad Leonem Allatium, passim vagatur, impress. Venetiis 1643. & alibi sæpius: De Valeriano Castiglioni novissimè Hyacinthus Gemma in Hist. Ital. Literæ tom. 2. p. 585.

Pag. 8. Lit. V. In VALERIANO DE FRANCHIS.

Scripsit etiam Valerianus de Franchis hortatu Vincentii Cutelli Catan. Episc.

1. *Gesta Catanensium Episcoporum*, quæ tom. 2. Catanensis Historiæ inservit.
2. *Scenographiam* antiqui Cœnobii (S. Nicolai) ad Architectonices leges elaboratam. Ejus opera, ac liberalitate formatum est marmoreum Simulacrum S. Agathæ V. & M. eique marmoreum item altare positum in centro Carceris ejusdem Sanctæ, cum hac inscriptione à fronte, *Fratres de Franchis obtulerunt ex voto* 1600.

Ita Vitus de Amico suppl. Sic. Sacr. in Not. S. Nicolai pag. 53. in IV.

Pag. eadem 8. lit. V. lin. 21. In eodem VALERIANO DE FRANCHIS.

Nuperrime idem Cl. Vitus M. de Amico Epistola ad me data Catanæ die 6. Febr. 1734. asserit, Valerianum de Franchis Sac. Theologiæ Doctorem publicè creatum fuisse, & quidem magna cum laude, in Gymnasio Parmensi, cujus rei testimonium, ac Privilegium authographum datum Parmæ an. 1571. Indict. 5. Greg. 13. Pontifice Max. Octavio, & Alexandro Farnesiis Parmæ Ducibus, Simone Cassola Episcopi Parmensis Vicario Generali, Universitatis Vice Cancellario, hodieque asservari in Tabulario Monasterii S. Nicolai de Arenis, idem Vitus affirmat.

Pag. 11. Lit. V. lin. 4. In VICTORINO MANSO.

Ejus *Institutio modi procedendi in causis Regularium* fuit iterum impressa Venetiis an. 1505. in 8. apud Antonium & Jacobum de Franciscis ex Georgio Draudio Bibl. Class. p. 173.

M 2 Pag.

V Pag. 13. lin. 33. ejusdem lit. V. Adde.

VICTORINUS PATERNO' scientiarum studiis devinctus præstanti Religione in Deum, ac beneficentia in pauperes eximius, Monasterii S. Martini aliquandiu Prior ad Abbatiam S. Mariæ Gangii evectus est, ibique demortuus, scripsi *In Domenicam Passionem meditationes piissimas*. Ita D. Vitus de Amico Monachus, & Prior Catanensis in supplem. ad Sicil. Sacr. Rocchi Pyrrhi 2. edit. 1733. tom. 2. pag. 1096. in Notitia Sancti Martini de Scalis. Natus est autem Victorinus Paternò an. 1506. Mense Decemb. Patre Angelo Francisco Paternò Aragoniæ Dynasta (Barones vocant) Matre Lucretia Barresi ex Baronibus, mox Principibus Militelli, Primogenitus suæ familiæ cum esset, pinguem satis hæreditatem dimisit, ut per vota Monastica in nostra Congregatione Deo nuncupata, Dominus esset pars hereditatis ejus.

Pag. 15. lin. 16. In VICTORIO SIRI.

In Epistolis memorabilibus Michaelis Justiniani parte 2. pag. 569. reperitur sequens Epistola Victorii Siri ad Franciscum ex Comitibus Berardis Capociis.

Illmo Signore Patrone mio Colmo

Più prezioso regalo pervenir non potea alle mie mani dell'*Agrippina* di V.S. Illma, onde è le grazie, è lo obbligazioni, che le ne professo non possono esser maggiori, ne più sviscerate. Prima che per le mani del Boba io ricevessi il dono di V. S. Illma avevo letto, marginato, e smidollato il suo libro con tanto mio gusto, e sodisfazione, che ingenuamente le giuro, frà tutte le moderne questa lettura dell' *Agrippina*, aver porto all' animo mio, cibo soavissimo, e sostanzievole ugualmente. La singolarità d' un nuovo, è sublime stile adattato con tanto giudizio alla gravità della materia; l' evidenza del medesimo, con la quale mette sotto gli occhi gli avvenimenti, e communica in tutte le parti gli affetti; la copia delle sentenze così bene aggiustate, che nascono dal suo fonte, e vi pajono incastrate, la varia erudizione, con cui rappresenta le cose de Romani; la vaghezza mirabilissima, con la quale spiega di maniera i concetti stessi, non che gli accidenti descritti da migliori Autori, che per la nuova forma, che prendono, convien chiamarli suoi proprj, e non gli antichi; l' arte del Principato, e della Corte [ma principalmente le belle Lezioni, circa le Privanze, tanti sodissimi ammaestramenti portati con maniere di Uomo di stato, e non di Pedante] la farebbero passare appresso di me per Tacito, se Cornelio non l' avesse prevenuto in occuparle il luogo. Se il soggetto, che V. S. Illma ha preso per le mani non fosse stato tanto noto, io per me credo, che come ella porta la palma delle migliori penne d' Italia, così sarebbe avanzata da una eminenza di grado, e riputazione uguale a quella di Tacito. Questo é il mio parere altretanto libero, e sincero, quanto più conforme al comun dei Letterati di questo Cielo. Prego Iddio, che la feliciti, & ispiri ad impiegare i talenti del suo maravigliosissimo ingegno in altri soggetti di sua invenzione, o men comuni, e le bagio nel mentre di cuore le mani.

Venezia il 2. del 1648.

Di V. S. Illma: *Devotiss., & Obbligatiss. Servitore* D. Vittorio Siri.

Pag. 19. lin. 45. In VINCENTIO BORGHINI.

Ejus etiam meminit N. Langlet Du Fresnoy in *Methodo* studendi Hist. ex Gall. in Ital. Sermonem conversa, & impress. Venetiis apud Sebast. Colet. tom. 2. cap. 46. pag. 281.

Pag.

V

Pag. 23. lin. 43. In eodem VINCENTIO BORGHINI.

Ubi allegatur Philippus Spannagel dulciter Borghinum carpens, tanquam Florentinæ libertatis immodicum propugnatorem, quem nihilominus ibidem, ut doctissimum, & perquam egregium laudat, adde -- Idem Scriptor in alio libro Latine exarato, cui nomen dedit *Palignesi monita* Genealogica Authori Vindiciarum Arboris Genealogicæ Augustæ gentis Carolino-Boicæ &c. Alestadii ex officina Agheleni 1732. 4. monit XXXI. pag. 309. eundem Borghinum, quem pro sè citat, his verbis iterum commendat. „ Tandem Borghinus Vir sua ætate inter Florentinos non obesæ naris, de traditionis falsitate (quod scilicet Rodulphus I. Imperator, libertatem aliquot Italiæ Urbibus pretio vendiderit, ut Flavius Biondus, & B. Platina autumant) commentationem conscripsit affecto jam XVI. sæculo, qua præsertim ex argumento inficiante ejus vitium, palam facit &c. qua propter reprehensione dignum judicat Platinam, quod ignominiosam Rodulphi Cęsaris nomini appofuerit venditionem. Inter Illustriores Criticos, & Antiquarios, eum recenset Justus Fontanini, in libro de Italica Eloquentia. Romæ 1706. apud Gonzagam pag. 111. & 112. & etiam supra p. 92. inter Prosaicos Authores.

Pag. 24. lin. 41. Adde.

VINCENTIUS A NEAPOLI S. Severini ibidem Professis adscriptus est an. 1479. die 28. Nov. composuit, habuitque sermones, seu Orationes quasdam, in Bibliotheca S. Georgii M. Ven. asservatas, quarum hi sunt tituli.

1. *In Evangelium secundum Lucam* cap. 10. *Intravit Jesus in quoddam Castellum, & Mulier quædam &c.* incipit „ In Evangelio Sacratissimæ Assumptionis admirantur nonnulli, hujusmodi Evangelium a SS. Patribus, Gregorio, Ambrosio, ceterisque appositum fuisse. Sed hi incauta consideratione falluntur &c. est pagg. 24. in 4.

2. *In Professione S. Laurentii* de Aversa incipit. „ tametsi Reverendi in Christo PP. magnifici Domini, Cives optimi, officium Monachi, attestante Hieronymo, non docentis, sed plorantis existat, tamen tantorum Religiosorum, ac Civium præsentia sermonem aliquem expostulat &c. est p. 5. *Unitum fuit illud Cænobium Congreg. nostræ per Leonem X. an. 1514.*

3. *In Professione S. Simpliciani* incipit - *Obsecro Domine*, mitte quem missurus es; ab heri, & nudiustertius impeditioris linguæ ego sum &c. est pagg. 5. *Unitum fuit per eundem Leonem ann. 1517.*

4. *In Nativitate Domini*: incipit: Erectus in acie mentis, video cęlestia omnia ingenti tripudiare lętitia &c. In margine post titulum hę litteræ marginales leguntur, D. V. de N. A. S. B. ideft D. Vincentius de Neapoli Abbas S. Benedicti.

Pag. eadem lin. 41. In VINCENTIO de TUCCIIS.

In eadem D. Georgii M. Ven. Bibliotheca ejus extat.

Elogium gaudio, & dolore permixtum in morte Rmi D. Hieronymi Bendandi impress. in fol. sed annus, locus, & nomen Impressoris desiderantur. Fuit autem Vincentius Prior titularis.

Pag. 27. lit. V. lin. ult. In VINCENTIO SQUALDI.

Laudatur dupplici Epigrammate, & Anagrammate à Petro Clavarino in *Musarum Plausu, & Gemmea Corona* impressa Perusii an. 1643. apud Angelum Bartholum.

Pag. 30. lin. 31. In VIRGINIO VALSECHI.

Ubi dicit, composuit vitam B. Catharinæ de Riccis Florentinæ; adde. Quam vitam evulgavit Florentiæ an. 1633. apud Bernardum Paperinum in 4. cum hoc titulo. Com-

V *Compendio della Vita* della B. Caterina de Ricci Monaca del Venerabil Convento di S. Vincenzo di Prato del terzo Ordine di S. Domenico, estratto da Processi fatti per la sua Beatificazione &c. Seconda edizione [primam non vidi]; edidit etiam Valsechius.

Delle Indulgenze, e delle disposizioni per conseguirle. Alla nobile, e pia Città di Livorno in Firenze 1734. nella Stamperia di Bernardo Paperini in 8. cui operi interserit eruditissimas Notas; est pagg. 383. hunc librum referunt cum magnâ Authoris laude, Ephemerides Albrizianæ an. 1734. mense Feb. num. 5. pag. 36. his verbis „ l' Autore di questa lodevole fatica è il P. D. „ Virginio Valsechi Casinense: della sua dottrina, e pietà non vi ha chi non „ sia consapevole. onde è superfluo il farne parola. I motivi, che egli ha „ havuto di fare così bell' opera sono stati...... il Zelo del Sig. Sebastiano M. „ Cellesi Preposto di quella Chiesa [di Livorno] e la derisione, che dell' In- „ dulgenze. e del modo, con cui le prendono alcuni Christiani, che ne fan- „ no gl' Infedeli dimoranti in Livorno. Dotta molto, ed' erudita riesce „ quest' Opera; dalla quale si può sperare grand' acquisto de fedeli, e non „ minor confusione agl' Infedeli.

Pag. 32. lin. 3. In VITALI MATTARELLO.

Fuit Vitalis Mattarellus nobili familia. Obtinuit Prioris gradum, quo abdicato, Abbas Titularis effectus est.

Pag. 34. lin. 38. In VITO DE AMICO.

Vitus Maria Amicus, Catanę in Sicilia lucem aspexit an. 1697. ex Vito Amico, & Anna Statella Conjugibus Patritii Ordinis, quos tamen an. 1710. piè reliquit, ut Divum Benedictum Patrem, nostramque Congregationem Matrem deinceps agnosceret; utque talibus Parentibus dignum se filium ostenderet, Vitæ probitatem, & doctrinæ præstantiam sibi acquirendam proposuit. Itaque an. 1728. Doctoris lauream, & an. 1731. Comprocuratoris [ut dicimus] titulum promeruit, quem postea Prioris gradus de more consequutus est. Philosophiam aliquandiù tradidit, & Tyronibus, nostris Legibus instituendis, incubuit. Severiores scientias humaniorum literarum cultu exornavit, *Jovialium* propterea Academię in Patria ascriptus. Cl. Antonini Mongitore suasione, & impulsu, collegit, digessit, ediditque.

Abbatiarum, quæ in Rocco Pyrrho desiderantur, notitias; Impressæ sunt primò cum *Sicilia Sacra* ejusdem Pyrrhi, Panormi apud hæredes Petri Coppulæ 1733. in fol. ut præfert frons operis, sed revera Venetiis apud Sebastianum Coletum. At quia ob Auctoris absentiam mendis refertum opus prodiit, nunc ab eisdem espurgatum, & adauctum, Catanæ recuditur. Ex laudati Mongitore novis additionibus ad Bibl. Sicul. mihi transmissis, in quibus Vitum eruditione, doctrina, & morum integritate insignem appellat.

Pag. 34. lin. 39. Adde.

URBANUS CARRARA Patria Sulmonensis Cavæ in Cænobio SSmæ Trinitatis Monasticum Institutum professus an. 1624. die 6. Oct. Prior deinde, & Abbas Titularis nostrę Congregationis, floruit humanioribus litteris circa an. 1674. Ei Prioris munere Genuæ fungenti Jo: Canale nuncupavit Odem in laudem Academiæ Occultorum à Josepho Lomellino Abbate in Monasterio Cavensi institutæ, ut constat ex libro Poematum ejusdem Jo: Canale impresso Neapoli an. 1694. pag. 309., & pag. 413., ei dicavit aliam Odem in laudem. Antonii de Gatta, & Urbis Genuensis, pag. au-

tem

V

tem 705. legitur Urbani Italicum Epigramma, quo eundem Jo: Canale sic celebrat.

Luminosa dal Ciel credo discesa
Del tuo Canal l' insegna, hor che fra Cigni
Tu nuovo Appollo ad avvivar t' accigni
De Sagri fasti la sepolta impresa
Quindi all' oblio recando ingiuria, e offesa
Vinci, e opprimi la morte, onde dipigni
Con la penna immortal gli eroi benigni
Che han vinto il Ciel; l' eternità contesa
Fia pur men grave al tuo valor gentile
Che ei stesso in campo azzuro in ogni lido
Beva co gigli d' or perpetuo Aprile
Or di raccorre al tuo cortese nido
Informi parti del mio dire humile
Bear gli accenti, ed eternare il grido

Cui idem Canale inter cœtera hæc respondit.

URBANO il dolce Umor che dal tuo stile
Sgorga del mio Canal nel basso nido
Reca à suoi gigli un sempiterno Aprile &c.
Alzar per te di nuovo al Ciel mi affido
Con la tua penna alla mia penna humile
E acquistar col tuo nome, e nome, e grido

Nec plura de eo hactenus.

Pag. eadem 34. lin. 38. Adde.

URBANUS MARCHESIUS Monachus nostræ Congregationis scripsit.

Orationem publicè in Sacro Monast. Casin. recitatam prò funere R. P. D. Severini Fusci, e Castroforti, S. Laurentii de Aversa Abbatis impressam Romę in 4. Typis Andreæ Phei an. 1646.

Pag. 35. Lit. V. lin. 25. In ZACHARIA DE ALOYSIIS.

Laudatur duplici Epigrammate, & Anagrammate à Petro Clavarino in *Musarum Plausu, & Gemmea Corona* impressa Perusii an. 1643. apud Angelum Bartholum in 4.

Pag. 46. lin. 3. Adde

ZACHARIAS SERENUS Patria Romanus in Archisterio Casinensi Monachis nostris adscribi voluit an. 1575. die 24. Junii, fuitquè satis peritus Latinæ linguæ, studiisque Historicis, tam sacris, quam profanis omnino deditus. Dum in Sæculo versaretur, ubi Bartholomæus vocabatur, Equitis titulo insignitus, composuit duo volumina in 4., & tertium in folio in Casinensi Tabulario asservata MSS. quorum titulus est.

1. *Commentarii* del Cavalier Bartolomeo Sereno, della Guerra di Cipro, e Cagione di essa. 2. *Della Lega* de Prencipi Cristiani, e vittoria con l' Armata loro contro il Turco. 3. *Dei Progressi della Lega* fino alla disunione per la pace, e dell' impresa di Tunisi con l' Armata del Re di Spagna, in cinque libri scritti dall' Autore, nel tempo, che personalmente v'intervenne. Tomus primus sic incipit: *Non dubito punto*, „ che di vaghezza, e di ornamen-
„ to molte scritture in ogni tempo si potran leggere, le quali di gran lunga
„ avanzano la mia forsi nell' istessa materia, che io proposta mi sono - & infra-

haven-

V ,, havendo militato trà i Soldati Ecclesiastici, & appresso alla Persona di Ho-
,, norato Gaetano Generale della Fanteria del Papa, l' ufficio del quale io mi-
,, nistrava &c. Jam verò Monachus scripsit

Compendio Istorico delle cose del Sagro Monasterio di Monte Casino, dove si legge la Vita, e molti miracoli del SSmo Padre Benedetto, la Regola scritta da lui, come giace testualmente, & oltre à quello, che la Cronica di Leone Cardinale Ostiense contiene, si conservano le Vite, e miracoli di molti Santi Monaci, & altre cose segnalate d' esso Monasterio — Volume primo ibidem asservatum MS. incipit ,, Se mai nella famosa riva del Tevere grato.
,, Portorio alle naviganti Merci, ha osservato animo curioso, e diligente, che
,, da poiche di generosi vini l' alma Città di Roma è saziata &c. In calce primi voluminis hæc verba manu D. Antonii à Neapoli Casinensis Archivi præfecti exarata leguntur ,, hic morte preventus ob diuturnam ætatem, ac canitiem longævam, Opusculum complere non potuit &c. ,, & infra: Ora pro ipsius
,, Zachariæ Anima, qui hoc opus tibi legendum proposuit, ejusque labores
,, non solum in hoc Opere, verum & in aliis, quæ edidit [ab eo tamen non
,, recensitis] mirifice lauda. De eo Cl. Erasmus Gattola Hist. Casin. edita Ven. 1733. tom. I. Sæculo XII. pag. 693. & seqq. ubi plura variorum Carmina in ejus laudem adducit. Nos unum tantum Hieronymi Catenæ delibamus.

Sribere Threiicio respersum sanguinem Pontum
Tantaque victrici parta Trophea manu
Insignes celebrare Viros Heroas, & arma
Condere veridico gesta Serene modo
Nec minus adversum ferro te currere in hostem;
Hæc referunt magni Cæsaris acta Ducis.

F I N I S.

ADDITIONES,
ET CORRECTIONES
APPENDICIS BIBLIOTHECÆ
BENEDICTINO-CASINENSIS
DE VIRIS SCIENTIA ILLUSTRIBUS, DE QUIBUS NON CONSTAT AN ALIQUID LITTERIS CONSIGNAVERINT.

PAg. 5. lin. 5. Adde.

AUGUSTINUS à PATAVIO professus ibidem institutum nostrum in Cœnobio S. Justinæ, an. 1496. die 2. Julii. Fuit Abbas ejusdem S. Justinæ, ubi etiam defunctus est; de quo in veteri Regesto dicitur - *Fuit Vir eloquens, & eruditissimus*. De eo Jacobus Cavaccius Hist. S. Just. lib. 6. pag. 269. primæ edit. Ven. an. 1606., & Bernardin. Scardeon. *Felicità* di Padova l. 2. classe 6.

Pag. eadem 5. lin. 13. Adde

BERNARDUS GENUENSIS Casini Monachus evasit anno 1547. die 1. Apr. qui à Placido Petruccio in supplem. ad Petrum Diac. *de Viris Illustribus Casin.* & ex eo à cl. D. Erasmo Gattola in *Hist. Casin.* sæcul. XI. pag. 692. dicitur *Vir eruditus in Philosophia, & divinis Scripturis*, & floruisse temporibus Maximiliani Imperatoris, Casini obiisse, ubi & sepultus est.

Pag. eadem 5. lin. 40. Adde

CYPRIANUS RINALDINI ab Ateste Professus S. Benedicti de Mantua an. 1439., 5. Octobris invenitur in antiquis Regestis cum hac notâ „ Hic fuit Abbas perpetuus Pratalex, & postea tradidit Monasterium illud Congregationi „ nostræ, & obiit Abbas S. Georgii, fuitque Vir maximi ingenii „ nec exprimitur, an in scientiis, & artibus liberalibus, vel mechanicis, ingenio fuerit adeo præstanti. Cæterum fuit etiam Abbas S. Justinæ, ut Cavac. Hist. ejusd. S. Just. lib. 4. pag. 228. & bis quoque Monast. S. Georgii M. an. scilicet 1448. usque ad 1456., iterumque an. 1467. usque 1470., quo Patavii obiit die 22. Jan. de quo etiam Fortunatus Ulmus in Hist. MS. S. Georg. M. pagg. 217. 218. & 269. & ex eo cognoscimus, Cyprianum fuisse quidem primum Monachum S. Benedicti de Mantua, ab Eugenio IV. Romam accersitum, & magni momenti negotiis admotum; sed Romani aeris impatientem ex Medicorum consilio ad Patavina Balnea recessisse: ubi dum consisteret, ab eodem Eugenio Prataleensem Abbatiam accepisse; quam postea Nicolai V. successoris consensu Congreg. nostræ uniendam curasse: Abbas cum esset S. Georg. M., Authorem extitisse mirabilis ædificii Dormitorii illius Cœnobii, ad Archetypon ejus nobilissimi ingenii constructi: eo quoque Abbate, Turris Campanariæ conspicuam molem, valde porrectam, & chorales codices in magnificam, venustissimamque formam, ingenti sumptu renovatos. Cæterum laudatus

Este in Agro Patavino.

Cavaccius citat etiam Bernardinum Scardeonium *Felicità di Padova* lib. 2. pag. de Cypriano agentem. Denique in alia Hist. MS. Abbatum D. Justinæ recens composità lib. 1. pag. 43. habetur, Cyprianum quinquies Congr. nostræ fuisse Præsidem an. scilicet 1449. 1455. 1458. 1460. & 1467. eo enim tempore Congregationis Præsides singulis annis eligebantur in Comitiis Generalibus quolibet pariter anno celebratis.

A Leonel. Crescel. de quo in Biblioth. part. 2. pag. 76.

Pag. 6. lin. 5. Adde

DONATUS A ROVEREDO professus nostram Regulam in Monast. S. Justinæ Patavinæ an. 1412. die 26. Decembris in Reg. MS. nostrorum Monachorum dicitur *Abbas, & insignis Astronomus*.

Pag. eadem 6. lin. 21. Adde

GREGORIUS VITERBIENSIS in Casinensi Cœnobio nostris adscriptus an. 1520. die 24. Nov. Vir insignis probitatis, & rerum spiritualium peritissimus, ut eum vocat Constantinus Cajet. *de Religiosâ S. Ignatii institutione*. A Placido verò Petruccio in supplem. ad Petr. Diac. de Viris Ill. Caſ. cap. 10. J. Utr. doctissimus appellatus, ex eoque cl. Erasmus Gattola in Hist. Caſ. ſæc. XI. pag. 692. Nos etiam in Bibliotheca pr. parte pag. 29.

Pag. 9. lin. 21. Adde.

LUCAS A BRIXIA alumnus S. Justinæ Patav. factus an. 1495. die 15. Augusti in Reg. dicitur linguæ Grecæ peritissimus.

Pag. eadem 9. lin. 23. Adde.

LUCAS A FRACTIS in Campania Felici, Sacri Casini Monachus evasit anno 1534. die 1. Octob. de quo Placidus Petruccius in laudato supplem. ad Petr. Diac. cap. 15. sic loquitur „ Lucas Fractensis, Monachus in Casino sub Chry-
„ sostomo Abbate factus est. Vir acer ingenio, & in divinis Scripturis, & in
„ Philosophia doctissimus. Claruit temporibus Maximiliani Imperatoris, & se-
„ pultus est in Monasterio S. Benedicti Mantuani, in quo Philosophiam publi-
„ cè docuit „ Erasmus item Gattola in Hist. Caſ. ſeculi XI. pag. 692. ex eodem Petruccio.

Pag. eadem post lin. 23. Adde.

LUCAS ANTONIUS FIRMANUS an. 1550. Casinensis Asceta scriptus est die 12. Aprilis sub Hieronymo Placentino Abbate, obiitque Cajetæ in Monast. S. Angeli, temporibus Placidi Petrucii, ubi etiam sepultus fuit.

Pag. eadem 9. lin. 36. In LUCIANO MASI.

Sed quia in Bibliotheca nostra part. 2. pag. 107. retulimus, Maximum Masi item Florentinum, Alumnum pariter ejusdem Florent. Abbatiæ an. 1527. die 28. Octob. mortuum ipsum quoque Placentiæ in S. Sixto anno 1587., ubi plures annos jussu SS. Pii V. ab intimis consiliis Ducis Parmensis vixerat, dicendum nunc videtur, Maximum, vel Fratrem ætate multo majorem, vel Patruum fuisse Luciani Masi, Professione item Florentini anno 1552. die 29. Junii, itemque Placentiæ in eodem S. Sixto defuncti an. 1572. dum [ut Puccinellus in Chron. Abb. Flor. pag. 136. narrat] gravibus negotiis pro Seren. Domo Farnesia occuparetur, & Farnesios quidem Principes Virorum ejus Familiæ [Masi] tam Monachorum, quàm Secularium operâ à longo jam tempore uti consuevisse.

Pag. eadem lin. 39. Adde.

MATTHIAS BERGOMENSIS anno 1545. die 2. Febr. D. Benedicto nomen dedit Casini, quem idem Petruccius describit, Virum fuisse in Divinis litte-

ris

ris versatum, & memoriæ adeo præstantis, ut plures novi, ac veteris Testamenti libros memoriter recitaret; ibidem obiisse, & in Cœmet. S. Annæ sepultum. Erasmus quoque Gattola ex eodem in Opere toties allegato.

Pag. 10. lin. 18. Adde.

PLACIDUS FRASCHATI Patriâ Patavinus D. Justinæ ibidem Alumnis adscriptus an. 1653. die 21. Martii in Regest. MS. dicitur *Publicus Sacrorum Canonum in Lyceo Patavino Professor*, cujus tamen rei veritas, diligenter, & accuratè quærenda est in Philippo Thomasino, Andrea Riccobono, & Nicolao Comneno Papad: qui de Gymnasii Patavini Professoribus ex instituto agunt, quorum librorum nunc Fulginei degens cum sim expers, eos scrutari mihi non datur, sed gratis id in eo Regesto dici vehementer interim suspicor, ex eo præsertim quòd audierim cl. Cyprianum Benagli Monachum nostrum, qui modo insigni adeò cum laude eâ Provincia defungitur, primum omnium non solum Monachorum, sed etiam Regularium fuisse, qui ob supereminentem doctrinam, ac virtutem Sacrorum Canonum in eo Gymnasio Cathedram obtinuerit, cum antea vel Laicis, vel Secularibus Presbyteris tantum concederetur.

Pag. 10. lin. 1. Adde.

PAULUS AB ALTAVILLA an. 1540. die 7. Junii seculares vestes atro D. Benedicti cucullo permutavit Casini sub Hieronymo de Placentia Abbate. Eum testatur Petruccius cap. 11., Virum fuisse in *Græcis*, *Hebraicis*, *&* *Latinis literis doctissimum*, *memoria tenaci*, *vivacique ingenio*, floruisse suis temporibus, Casini mortuum, & in Cœmeterio S. Annæ sepultum. Erasmus item Gattola ex eodem, ubi supradiximus.

Pag. 11. lin. 6. Adde.

SEVERINUS NATIONE CALABER S. Justinæ apud Patavium Alumnus factus an. 1509. die 28. Octob. in veteri Regesto dicitur *Maximus*, *&* *Philosophus*, *&* *Theologus*. Obiit Prior Sacri Monasterii Cavensis.

Pag. 11. lin. 7.

SEVERUS AB AVERSA an. 1530. inter Monachos Casinates admissus est sub Chrysostomo Abbate die 8. Septemb., quem ex eodem Petruccio cap. 14. scimus in Philosophia fuisse versatissimum, & in Divinis scripturis studiosissimum, ibidem obiisse, & in eodem Cœmeterio sepultum.

Pag. 12. lin. ultima Adde.

VITALIS A VERONA in Cœnobio S. Vitalis Ravennæ Monachum professus an. 1555. die 15. Augusti floruit circa annum 1592. Fuit Abbas ejusdem S. Vitalis ab anno 1611. usque ad 1613., quo obiit. Laudatur à Thoma Thomai in Hist. Ravenn. parte prima pag. 25. tanquam Vir humaniori, variâque litteratura præditus, ac veterum non minus, quam recentiorum Historiarum admodum peritus.

ADDITIONES, ET CORRECTIONES CATALOGI EPISCOPORUM.

PAg. 4. lin. 24. Adde.
ALPHONSUS NASELLI Panormitanus prænobili stirpe genitus, ex principibus Aragoniæ, in S. Martino de Scalis Monasticæ militię adscriptus an. 1709. 2. Januarii, à Benedicto XIII. Pont. Max. renunciatus fuit Episcopus Nullatenensis in Numidia an. 1724. & Panormi ex concessione ejusdem Pontificis ab Archiepiscopo Panormitano Josepho Baschi consecratus.

Pag. 13. lin. 34. In CAROLO CAMILLO MOLZA.

CAROLUS CAMILLUS MOLZA Mutinensis Patriâ, & Episcopatu, erat Abbas S.Vitalis Ravennæ an. 1675. quo Achilles Racchi Nobilis Ravennas, & celebris Astronomus Pauli Racchi Monachi nostri,insignis pariter Mathematici,Fratris Filius,illi dicavit *Mercurium Arcanorum Cęlestium*, ubi in nuncupatoriâ, Męcenatem Reipublicę Casinensis, Pręlatum egregium,omnium virtutum coronâ redimitum, Principibus apprimè charum eum appellat.

Pag. 18. lin. 12. In GREGORIO COPPINO.

Eum laudat duplici Epigrammate, & Anagrammate, ut illorum temporum ferebat ingenium, Petrus Clavarinus in *Musarum Plausu*, & *Gemmea Corona* impressâ Perusii an. 1643. apud Angelum Bartholum in 4.

Pag. 30. lin. 18. In JO. de PRIMIS CARDIN.

At Catanensès nullâ habitâ ratione sepulchralis elogii, quod Neapoli apud Ecclesiam nostram S. Severini in ejus tumulo legitur (*Messanæ mœnibus ortum*) nec Jacobi Cavaccii Hist. S. Just. l. 5. nec Alphonsi Ciacconii in Vita Eugenii IV. aliorumque, Messanensem eum asserentium, constanter autumant, Catanensem Patriâ fuisse, Ducibus Jo. Bapt. de Grossis in *Catana Sacra* pag.204. & in *Decachor. Catt.* pag.202. & Roccho Pyrrho de *Epis.Catan.* idque probant ex Epist. Senatus Catanen. asservatâ in ejusdem Archivo datâ an.1492.die 19.Febr.ad Jo.Paternò Archiep. Panormitanum, ubi Jo. de Primis *conspicuum Civem suum* esse dicunt, & ex diplomate Alphonsi Siciliç Regis, ubi *oriundus Civitatis Catanæ* idem Jo. de Primis vocatur; nisi forte ad conciliandas sententias, affirmari possit, eum Messanę quidem in lucem editum, sed Catanâ fuisse oriundum, & inter Catanenses Cives adnumeratum.

Pag. 32. lin. 34. In JOSEPHO LOMELLINO.

Eum Petrus Clavarinus suę *Gemmeæ Coronæ* inserit duplici Epigrammate, & Anagrammate Perusię editę an. 1643. apud Bartholum.

Pag. 39. lin. 4. In LEANDRO PORTIA, sive Purililiensi.

Idest Hieronymus Lagomarsinus S.I. Ei, dum adhuc esset Abbas S. Pauli, Golmarius Marsiglianus Vitam S. Firmani Piceni Abbatis ex Ordine S. Benedicti, Italicam, & Latinam dicavit impressam Tarvisii 1726. in 8. absque nomine Typographi, ubi in Epist. nuncupatoria Italica [nam Latinam etiam aliam subiecit] sic eum laudat „ A voi

sog-

„ soggetto in esso (Ordine Benedettino) sì principale, e dilettante oltre mo-
„ do, e intendentissimo non solo delle memorie Sacre della Chiesa Universale,
„ per la perizia portentosa dei Concilj, dei Padri, e di ogni più preggiata eru-
„ dizione, per cui Roma vi ammira, e vi stima degno di aver luogo come Giu-
„ dice in quelle cause gravissime, nelle quali, se bene anche ciò con raro esem-
„ pio, l' avete sol tanto in qualità di Consultore &c. [idest in Sac. Universalis SSmæ Inquisitionis Congregatione.

Pag. 41. lin. 22. In MARCO PEDOCCA.

MARCUS PEDOCCA Mirandulanus, & Episc. Laquedonensis, & antea ter Abbas S. Vitalis Ravennę primò quidem anno 1575. secundo ab anno 1575. usque ad 1578. tertiò demum ab an. 1583. usque 1584. vocatur a Thoma Thomai in lib. cui titulum dedit — *Il Giardino del Mondo* cap. 30. Vir pręclarus, tum ob sanguinis nobilitatem, tum ob immensam virtutem.

Pag. eadem 41. lin. 41. In MAURO PROMONTORIO.

Julianus Lamorati in Hist. Lunensi Italicè, Massę an. 1685. apud Hieronymum Marinum pag. 97. sic — Mauro Promontorio Monaco Benedettino, à cui
„ vedo aperta la casa nella Spezie, come nel più ameno posto di questi contor-
„ ni, ma per altro famiglia annoverata dall'Interiano fra l'antica Genovese No-
„ biltà, datosi all'acquisto delle scienze, unica delizia di animi nobili, tanto
„ nella Filosofia, quanto nella Teologia fra suoi coevi strinse la palma, queste
„ poi accoppiate con pietà, affabilità, e magnificenza con gran splendore càm-
„ peggiarono del 1654. sù la Catedra di Ventimiglia, dove pur oggi s' ammi-
„ ra vero modello di buoni Prelati — de eo etiam Angelicus Aprosius in Bibl. Aprosiana non semel.

Pag. 42. lin. ult. In NICOLAO MARIA TEDESCHI.

Ejus beneficentia in Sacrum Specum Sublacensem usque modo ad 25. millia scutorum Romanæ monetę extenditur. Crescat in millia millium.

Pag. 43. lin. 1. In PETRO MARIA JUSTINIANO.

Natus est Chii in Mari Ægęo, sed puer adhuc Genuam allatus una cum Genitoribus, ubi avitę nobilitatis juribus, ut olim, gaudent.

Pag. 52. lin. 44. Adde.

STEPHANUS ab HUNGARIA in Monasterio S. Justinę Patavinæ Congreg. nostram ingressus est an. 1538. die 21. Martii de quo in veteri Regesto ita reperitur scriptum — hic ab Illustris. Rege Ferdinando Zagabrię electus Epis-
„ copus, Paulique tertii Pont. Max. authoritate confirmatus, consecratur in
„ Præsulem, verum paucis transactis mensibus veneno moritur, trigesimum
„ ferè ętatis suæ attingens annum „ odio, & invidia ut credibile est, Hęreticorum.

S. G. M. Ven. I. Caroli V. Fratre qui an. 1527. renunciatus fuit Hungarię Rex an. verò 1556 Imperator Romanorum electus.

AD-

ADDITIONES, ET CORRECTIONES CATALOGI REFORMATORUM.

IN Præfatione Catalogi Reformatorum, ubi dicit, *nulla prorſus Virtus, aut Scientia apud Græcos remanſit*, Adde. Ex Auguſtino Calmet, Prologom. in libros novi Teſtam. a Jo: Dominico Manſi Latine redditis. Lucæ 1729. pag. 152. lin. 5. & ſeqq. 2. Column. in fine diſſertationis de obitu S. Jo. Evangeliſtæ „ Græcos, poſt ad„ miſſum ſchiſma, altis adeo ignorantię, errorum, & ſuperſtitionis tene„ bris offuſos conſtat, ut ne linea quidem veteris ſcientię, & pietatis in illis „ agnoſcatur.

Pag. 1. lin. 1. Adde.

ADRIANUS MIRANDA natione Siculus à S. Angelo, D. Martini de Scalis Alumnus factus an. 1546. 22. Martii, vir tum doctrinâ, tum probitate inſignis, juſsù Gregorii XIII. Pont. Max. reformavit Moniales totius Diœceſis Mazarienſis una cum Zaccharia Caccamici ejus Socio; vide Additiones primæ partis Bibliothecæ pag. 2. lit. A.

Pag. 13. lin. 23. Adde.

JOANNES MARIA SARZANA Siculus Monaſterii S. Martini de Scalis Alumnis adſcriptus an. 1690. die 18. Septembris, cum probitatis, ac doctrinæ præſertim Scholaſticæ Theologię, & Eccleſiaſticę Hiſt. laude floreret, à Bartholomæo Caſtelli Epiſcopo Mazzarienſi electus fuit, ut Monialium Cęnobium, quod in eâdem Mazzarienſi Diœceſi inſtituebatur, ad rectam SSmi P. Noſtri Benedicti obſervantiam componeret. Hic ab NN. Abbate ſuo Archipresbyter Oppidi Ciniſii renunciatus, eo munere magno animarum zelo, & optimis vitæ exemplis aliquot annis perfunctus, ibidem an. 1732. Menſe Aprilis piiſſimè diem clauſit extremum, cujus Parentationi maxima Populi frequentia interfuit, quæ ejus veſtes ferè totas devotionis gratiâ, ob ejus Sanctimoniæ opinionem in fruſta reciſas ſecum abſtulit, de quo ejus Confeſſarius teſtatus eſt, virginitatem illibatam illum ſervaſſe. Ex relatione Cl. Viri D. Viti M. de Amico, Catanâ mihi tranſmiſsâ an. 1734. menſe Martio.

Pag. 26. lin. 1. Adde.

ZACCHARIAS CACCAMICI Siculus in Cęnobio S. Martini de Scalis Profeſſus an. 1548. 25. Januarii fuit Socius D. Adriani Miranda in reformatione Monialium totius Diœceſis Mazzarienſis in Sicilia à Gregorio XIII. Pont. Max. illis demandata. Vide addit. Bibliothecæ primæ partis pag. 2.

De quo ſupra.

ADDENDA IN CATALOGO VIRORUM SANCT. ILLUSTRIUM.

PAg. 14. lin. ult. In AURELIA FRANCHI.
De ea Gabr. Bucel. in Ben. Redin. ad ann. 1673.
Pag. 18. lin. 44. In BERNARDO PRESTONO.
Ubi dicit, Taleacotio, adde: olim Caſſioli.

F

Pag. 2. Continuationis hujus Catalogi lin. 23.
In FRANCISCO MAURO A MILITELLO.

De eo agit etiam Vitus de Amico in ſuppl. Sicil. Sac. Catanæ impreſſ. 1733. Not. x. S. Benedicti de Militello pag. 157. in fine, quem Vitæ Sanctitate celebrem, & virtutibus omnibus eminentem vocat, & ssmo fine defunctum dicit an. 1711. die 8. Junii.

Ubi vero eadem pag. lin. 23. *pluries* ſcribitur, ſic corrige *ſæpius*, quia hæc vox pluries apud probatos Latinos Authores non invenitur.

H

Pag. 10. lin. 20. In HIERONYMO ARMINIO.

Vitus de Amico in Suplem. Sic. Sacr. in notit. prima S. Martini, pag. VI. num. XVIII. vocat Hieronymum Arminium, Vitæ auſteritate, ferventi in Deum amore, eximiâ charitate in proximum, miris etiam in vita, & poſt mortem operibus clarum, citatque de eo cum laude agentem Rocc. Pyrr. ad an. 1593. fol. 191. lib. 4.

N

PAg. 80. lin. 35. In B. NICOLAO de PRUSSIA.
Primò corrigendus eſt error Typographi, quo ejus obitum ſignat accidiſſe an. 1436. pro an. 1456. uti verè contigit: deinde addendum eſt; etiam Auguſtinum Schiaffinum, Aurelium Genuenſem Capuccinum, & Henricum Spondanum de illo agere, quamvis Spondanus erret ejus mortem in Monaſt. S. Juſtinæ eveniſſe affirmans, pro Monaſt. S. Nicolai de Buſchetto, ubi etiam nunc quieſcit.

T

PAg. 85. lin. ultima. In THOMA PRESTONO.
Ubi dicit, annis quadraginta, vel eò amplius, corrigenda eſt hæc Chronologia, & dicendum 24. annis circiter; nam ſi Urbani VIII. juſſu, qui regnare cæpit an. 1623. Preſtonus in Angliam rediit, & mortuus dicitur ibidem an. 1647. conſtat Thomam ad ſummum annis non amplius XXIV. carceribus Anglicanis detineri potuiſſe, quamobrem in noſtra Bibliotheca Par. 2. pag. 200. ubi de eodem Preſtono, lin. 30. diſerte dicimus, vel errorem eſſe in noſtris Regeſtis, ubi 40. annis ille carcere incluſus dicitur, vel non amplius 24. annis id eveniſſe aſſerendum, ex quo emendandus eſt etiam Julius Ambroſius Lucenti ibi allegatus, qui narrat Thomam 30. annor. ſpatio carceri fuiſſe mancipatum.

IN PRÆFATIUNCULA AD INDICEM ERRATORUM SECUNDÆ PARTIS ADDE.

QUa de re lepidum satis Epigramma Josephi Mariæ Suaresii Episcopi quondam Vasionensis legitur ad calcem Opusculorum S. Nili Abbatis, quæ ipse Græcè primum edidit, Latinè vertit, & Notis illustravit, Romæ Typis Barberinis 1673. In fronte quamplurium erratorum, quæ in eà impressione emerserunt. Illud sin minus aliàs, hic primum, si aliàs hic iterum lege: nec enim est præter rem.

Humanum est errare, manus quoque lubrica fallit
Sunt fragiles calami, difficilesque typi:
Ingenii est eadem non semper vena, remittit
Arcus tensus; hebent ancipites gladii.
Corrige sic ergo errores per Opuscula Nili,
Sancta tot illius qui documenta legis.

JUDICIA CLARISS. VIRORUM

In ore duorum, vel trium Testium stabit omne verbum

AD LECTOREM.

CAusę quæ me impulerunt ad subsequentes Clariss. Virorum Epistolas in mei licet exilis Operis commendationem excribendas, typisque consignandas, ut ab omnibus legi possent, plures quidem sunt, & [ni fallor] ęquę, & rationabiles: Nulla sanè philautia (Deus testis est, cui soli honor, & gloria) id faciendi occasionem dedit, nam Mundi hujus vana illa gloriola, quę ab hominum ore petitur, aura quædam levis est, imò fumus, & umbra, quę nihil planè proderit, sed oberit plurimum in die ultionis, tantum abest, ut ad veram, immortalemque gloriam, vel minimum conferat: sed prima causa ea fuit, ut doctorum, ac celebrium hominum propitia hęc testimonia adversus detractores, qui nunquam desunt, nec deerunt, & immoderatos, ac intemperantes Criticos, qui nodum in scirpo quęrunt, Operi pro scuto sint, ubi eorum jacula, ac dentes confringantur; secunda ut Monachi nostri avidiùs opus hoc legant, studiosius excolant, operosius corrigant, & emendent, augeant, minuant, ubi opus fuerit, ut si quando denuò imprimendum sit, quod fieri potest, castigatissimum prodire possit, cum de totius Congregationis nostræ re, ac decore agatur. tertia denique, ut idem Monachi nostri tum pręsentes, tum etiam futuri, quibus bonarum literarum amor aliquis, & publicæ utilitatis zelus inest, ad colligendas, scriptisque mandandas, posterisque transmittendas sodalium suorum lucubrationes, quod tanti est emolumenti, operam navent, *ut semen eorum, & gloria eorum non derelinquatur, sed sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet omnis Ecclesia.*

Ecclef. c. 44. 8. 1. 44. 2. 1.

Al-

A

ALBRIZIANE Novelle Letterarie. Venezia 17. Gennaro 1733. Assisi.
Bibliotheca Benedictino Casinensis, sive scriptorum Casinensis Congreg. alias S. Justinæ Patavinæ qui in ea &c. in fol. Part. 1. pagg. 238. Part. 2. pagg. 242. e l'Appendice, è di pagg. 15.

In questa Biblioteca procede il chiarissimo Autore per ordine di Alfabeto, e la prima parte arriva sino alla lettera H. inclusivamente, e la seconda sino al fine. Di ciascun Autore in primo luogo con buon ordine si riferiscono le Azioni, indi il Catalogo delle loro Opere stampate, se ve ne sono, e delle Manoscritte, e quando non ve ne sono stampate si fa menzione delle Manoscritte. Si dice in qual libraria esse si conservino, ò pure quali siano gli Autori, da quali sono riferite. Doppo di questo si portano le testimonianze, che vi sono degli Autori in lode dello Scrittore, del quale si parla. V'è sovente sparso qualche Anedoto, che diletta, e solleva i Leggitori. Tutto in oltre procede con buon'ordine, chiarezza, e metodo, e siamo debitori al Rmo Armellini di molte notizie, e della cognizione di molti dotti Scrittori, che senza le sue erudite diligenze, e ricerche, sarebbero rimaste sepolte nella dimenticanza. Quest'opera ci fa desiderare le altre, che l'Autore ha per le mani, e delle quali molte volte parla in questa sua, mentre che speriamo, che esse siano per non essere di minor gloria all'Ordine Monastico, e di non inferior giovamento alla letteraria Republica. Vi sono al presente aggiunti due altri Indici, uno dei Monasterii di Professione, e l'altro delle Patrie de medesimi Scrittori.

ALBRIZIANE Novelle Litterarie Venezia 16. Aprile 1734. Assisi.

Il P. D. MARIANO ARMELLINI Abbate di S. Pietro di questa Città, di cui s'è parlato con lode l'anno scorso nelle nostre Novelle num. 1. pag. 3. riportando l'eruditissima sua fatica sopra gli Scrittori della Congregazione Casinense stampata in foglio, ora stà imprimendo presso *Andrea Sgariglia* un'altr'opera in foglio con questo titolo. *Catalogi tres Episcoporum, Reformatorum, & Virorum Sanctitate Illustrium è Congregatione Casinensi, aliàs S. Justinæ Patavinæ*. Di questi Catalogi ne sono usciti già due, cioè quello de Vescovi, e quello dei Riformatori; il primo comprende pagg. 54. senza gl'Indici, la Prefazione, e la Dedicatoria; il secondo pagg. 26. parimenti senze gl'Indici, e la Prefazione. I Caratteri, dei quali si servì lo Stampatore in quest'opera, sono nuovi, e la Carta buona, onde la stampa riuscirà molto migliore di quella della Biblioteca. L'Autore poi procede nella sua opera con ordine Alfabetico, conforme egli hà fatto nella Biblioteca. In compendio egli ci da la Vita de Vescovi, e Riformatori, e discorre delle loro principali, e più illustri azioni. Merita il P. Abbate ARMELLINI ogni lode, per aver tanto faticato in pro della sua nobilissima Congregazione, che ha dato alla Chiesa, e alla Republica delle lettere tanti illustri soggetti, e viverà il suo nome immortale per haver dato mano ad Opere, che solo chi ne hà cognizione può sapere, quanto costino di studio, e di fatica.

Anche il 3. è uscito in Roma per il Zempel 1734.

ANGELI CALOGERA' Monachi Camaldulensis.

Venti giorni sono il Padre Sandi Bibliotecario di S. Giustina, mio Amico, mi scrisse, che se volevo la Biblioteca Casinense di V. P. R. fatta stampare in Assisi, potevo provedermene in S. Giorgio, dove ve ne erano alcuni esemplari da esitarsi. Subito io ricorsi dal P. Prior Musitelli, e ne presi un esemplare, e tanto è stato il piacere trovato nella lettura di questo eruditissimo libro

A

bro, che già l' ho letto tutto intiero. Confesso il vero, che l'ordine, la maniera, e in somma ogni cosa tendono à far vedere, che l' Opera è uscita da una mano maestra. Nella sudetta Biblioteca ho letto con mio sommo piacere, che V. P. R. travagli in altre Opere non meno utili, e profittevoli, trà le altre mi piacque il vedere, che habbia per le mani un Catalogo degli Uomini illustri per Santità, che sono stati nella sua Congregazione, e questo perchè travagliando presentemente io a mettere insieme le Vite degli Uomini, che si sono distinti con le loro sante opere nell' ordine Benedittino dall' anno 1400. fino al presente, questa sua Opera può essermi di un grand' ajuto, e soccorso, alla prefezzione della mia, e forse ancora spero che V. P. R. possa somministrarmi quelle notizie, che nella ristrettezza di un Catalogo non potranno essere inserite. Perdoni l' ardire di uno, il di cui nome forse non gli sarà incognito, vedendo due volte citata nella sua Opera la mia *Raccolta di Opuscoli Scientifici, e Filologici &c.* S. Michele di Murano adi 26. Decembre 1732.

EJUSDEM.

E una cosa da Persona, che non sia bene informata il desiderare una Biblioteca scelta di qualche Religione, ò Congregazione. O' quanti maggiori lamenti si sentirebbero! Chi si dorrebbe di essere stato ommesso qualch' uno, chi qualch' altro, e nessuno vorrebbe dar quartiere all' Autore di una tal Biblioteca, che si tacciarebbe di parziale, e qualche volta di poco intendente nelle Biblioteche in somma si devono mettere tutti gli Autori, e tutte le loro Opere per miserabili, e minute che siano &c. Venezia 1. Agosto 1732.

CL. ANTONINI MONGITORE. Palermo 29. Aprile 1734.

E stato estremo il piacere, che ho tratto dalla lettura della Biblioteca di V. P. R. per l' erudizione, rare notizie, tessitura, e per ogni sua parte ammirabile. Così Ella ha eternato il suo chiarissimo nome, ed ha illustrata la sua nobilissima Congregazione, che le ne deve confessare una perpetua obligazione. Le rendo poi grazie senza fine per essersi degnata citare in tanti luoghi le mie Opere, &c.

B

R*Everendissimo, ac Amplissimo Domino* D. MARIANO ARMELLINO *Monasterii S. Petri Assisiensis Abbati vigilantissimo.*

BERNARDUS PEZIUS.

Utramque Epistolam tuam una cum luculenti Operis tui conspectu rectè accepi Rme Pater, ac Domine. Ego in nulla mora fui, quin notitiam omnem illicò cum celeberrimo Germaniæ Bibliopola communicarem, doceremque omnia, quæ operis tui venditionem celerem, facilemque efficerent. Nec dubito, quin ista consilia nostra optatum exitum sortitura sint, præsertim cum Operis tui ideam, & pretium publicis Novis tam politicis, quam litterariis inseri curaverim; nunc tantisper expectandum tibi erit, dum Bibliopolæ nostri per Venetos Amicos, & Mercatores rem transigant. Cl. Pater Josephus M. Sandius mihi dono misit tuam Bibliothecam, ubi prò solo portorio Venetiis Viennam, quatuor nostrates Florenos expendere debui; id quod tamen nihil duxi ad ingentes profectus illos, quos ex hoc Opere mihi spoponderam. Nec spes me fefellit, dum enim id evolverem, infinita reperi

peri

B

peri præclara, accurata, singularia, & eruditissimè observata, quæ nullibi reperiantur. Gratulor tibi ex animo, Rme Pater, tantam Operis perfectionem, quæ nomen tuum apud omnes solidè eruditos Viros, immortale, ac perenne reddet. O' si & ego generalem Bibliothecam tanta eruditione, & judicio elaboratam in lucem possem emittere; Ast conabor saltem tua vestigia, licet imparibus passibus premere, & insequi a longe. Vale nobilissimum totius Ordinis nostri Decus, & me porrò tuis favoribus bea. Mellicii vulgo Mölk in Austria 16. Aprilis 1733.

BENEDICTI BONDILII Lectoris, & Concionatoris Casinensis.

Giunsi in Cesena il di primo Maggio, e nel passare per Rimini, e qui ho fatta giustizia alla sua Opera, secondo il di lei merito, e l' obligo, che corre à tutta la nostra Congregazione verso di lei.. Io hò per così dire, divorata la sua Opera, non dirò *successivis horis*, ma *nocturnis somno subractis*, e me ne consolo, e me ne congratulo vivamente, e spero, che V. P. Rma sia per vedere in fatti coll' impegno di quel poco, che vaglio, e che sono, la sincerità del mio sentimento &c.

EJUSDEM.

Godo sommamente, che V. P. Rma sia favorita dal P. Pez, il quale certamente è un soggetto da dover dare tanta Autorità alla sua Biblioteca, quanto mai la stitichezza di alcuni indiscreti Critici (che mai non mancano, non sono mancati, ne mancaranno a qualunque anche ottimo Autore) potesse tentare di toglergli di pregio. Io per me la reputo un capo di Opera, e ne parlo come debbo, e la faccio leggere a Persone di qualche buon gusto, che con mia consolazione concepiscono di essa, e ne dimostrano una stima assai favorevole.... Ond' io sempre più mi rallegro del corso dell' Opera, e della riputazione, che acquista all' Autore ben meritamente &c. Cesena li 6. Giugno 1733.

BENEDICTI CUSSINET Ord. Minimorum S. Francisci de Paula in Conventu Sanctissimæ Trinitatis Montis Pincii in Urbe Roma Bibliothecarii.

Et si loca varia eximii tui libri, quasi percurrendo legerim, non possum tamen diffiteri eum esse stylo quidem concinnato accuratum, & elaboratum. In eo elucet puritas, ac in enarrandis mirabilis simplicitas, necnon veritas nævo omni, ac fuco defęcata. Sic etiam sensit Religiosus quidam hujusce nostri Monasterii eximiæ doctrinæ, qui mihi quædam hujus libri miranda detexit, utilia valde cuicumque ex professo diversis scientiarum speciebus, ac præsertim Historię Ecclesiasticæ sese applicanti &c. Romæ die 26. Dec. an. 1733.

Rmi P. D. BONAVENTURÆ FINARDI Sac. Canonum in Collegio Anselmo Benedictino Lectoris, & postea Thesaurarii, mox Abbatis, ac Præsidis Congregationis Casinensis.

Hò letto con tutta attenzione la prima parte della di lei Biblioteca Benedittino-Casinense, che mi consegnò poco prima di partire da Roma per la Predica d' Urbino con rigorosa commissione di aggiungere, e levare tutto ciò, che à proposito giudicato havessi; ed alla riserva degli errori fatti dal Copista, già da me emendati, e di alcune cose, che gli palesarò, quando sarà di ritorno, altro scrupolo non mi rimane, per quanto appartiene alla sostanza della medesima, che intorno alla relazione di certe Operette di tenue, ò niun uso di alcuni nostri Scrittori, la quale potrebbe esser censurata almeno da Critici stranieri.. A tale ostacolo, quando ella fosse per opporre, che suo pen-

B

pensiere non è stato di raccorre in uno i soli, e più scelti eruditi, forse per dar piacere agli esteri, ma d'impiegare i suoi virtuosi sudori unicamente per sodisfare all' onesta curiosità di tutti i Monaci della nostra Congregazione; & in ciò parimente di aver seguito l'esempio del P. Alegambe nella sua Biblioteca de Scrittori Gesuiti, e del P. Calvi nella Scena letteraria degli Scrittori Bergamaschi, e del Mongitore, del Vossio de Hist. Lat. del Cotta, Museo Novarien., del Franchini Bibliot. Convent. e di altri Scrittori consimili; allora replicarei, che non voglio entrare per tale facenda con esso lei in ulteriore contesa. Bensì con tutta sincerità le protesto di aver provato un compiacimento straordinario nella lettura della Biblioteca sudetta, ne cesserò in alcun tempo di lodare le saggie riflessioni, la molta erudizione, la grande fatica, e somma industria, con cui ha ella compilata Opera tale. Mi persuado anche fermamente, che la publicazione di essa, sarà per portare molta utilità, e godimento sì al nostro Publico, il quale in tal guisa si vederà illustrato dalla memoria perpetua de suoi più cari allievi, con certezza di mai più non perderla; o che da altri venga usurpata, come tal volta è solito, si ancora a tutti i nostri privati, mentre e verranno questi in cognizione di tanti Scrittori degnissimi, i quali del tutto forse erano loro incogniti per esser troppo dispersi, e sepolti i loro monumenti, & apprendendo nel medesimo tempo le virtù singolari di quelli, si accenderanno di eroica emulazione per imitarlo. Io oramai ne hò ritratto il vantaggio per la scoperta di alcuni letterati, veramente di qualche fama, de quali n'era di tutto al bujo; & in oltre perche mi sono spogliato del pregiudizio di molti fatti di altri Autori, che aveva appresi diversamente da quello, che sono. Perciò dal canto mio rendo i dovuti ringraziamenti alla di lei ingegnosa diligenza, con cui ha saputo tanto bene ammaestrarmi &c. S. Paolo Roma 7. Marzo 1722.

Rmi ac Doctiss. P. D. DOMINICI TATIS Abbatis Olivetani.

Rendo le più distinte grazie a V. P. Rma per l'onore compartitomi di farmi leggere l' erudisissima sua Opera; la qual lettura, confesso il vero, mi è riuscita di sommo diletto, ed ho havuta la piena consolazione di vedere restituite alla luce tante Opere di molti, non men dotti, che pii Monaci, il nome de quali se ne giaceva, insieme con le loro fatiche, sepolto con non poco pregiudizio dell' abito nostro Monastico; devo per tanto ingenuamente confermarle, che l' Opera é piena di erudite, e singolari notizie, e vi si scorge per entro il di lei scelto talento impiegato così nobilmente con una considerabile fatica, e non men esatta diligenza a prò del Mondo letterato, e gloria della Monastica Gerarchia, onde ben vede V. P. Rma, che l'Opera non hà prezzo &c. Sassovivo li 6. Luglio 1732.

Rmi, ac eruditiss. Viri D. ERASMI GATTOLA Abbatis Casinensis, & Casinensis Tabularii Præfecti celeberrimi.

Per li continui impedimenti, che mi apporta l' officio di Archivista, non hò possuto ancora leggere tutta la sua dignissima Opera della Biblioteca Casinense: E benche io non possa dar giudizio dell'Opere di Persone erudite, e dotte, con tutto ciò mi è piaciuto assai quello, che hò letto, e vi trovo delle belle scoverte: e giacche V. P. Rma mi comanda, che io li dica il mio sentimento, se deve stampare li tre consaputi Cataloghi, io per ubidirla li dico, che onninamente li deve stampare, senza perdervi tempo per l'età sua avanzata, perche saranno senza dubio di utile alla Republica letteraria,

onore

B

onore alla nostra Congregazione, e di esempio alli nostri Religiosi di imitare le azioni buone dei nostri Maggiori: non vada più sofisticando, se gli deve stampare, ò nò, ne si faccia sedurre da Persone, che vorrebbero, che l'Opere, che uno fa, fossero le migliori, che mai si potessero fare. Si è veduto, che molte Opere, che si sono date alle stampe, specialmente in simili materie, nel principio non hanno havuto gran voga, ma il tempo poi gli ha fatto acquistare grande stima, e sono state conosciute assai necessarie, specialmente quando sono state composte con la dovuta, e moderata critica; Non ce le racconto, perche le sà meglio di me. E noto molto bene a V. P. Rma, che le Istorie particolari sono sempre più stimate, e di maggior utile che le universali; perche da quelle si cavano queste. Concludo, che subito deve stampare li sudetti tre Catalogi &c. Monte Casino 30. Sett. 1732.

Cl. FRANCISCI DYNI Lucinianensis, Auditoris, & Advocati, pluribus Poeticis, Historicis, ac Juridicis &c. Operibus celeberrimi.

Sono stato ammiratore della Latinità grave, e propria dell' Istoria, con la quale io leggo fornita, e adorna la di lei Biblioteca Benedittino Casinense, quale ho letta con molta mia sodisfazione, e profitto &c. Assisi 19. Novembre 1734.

EJUSDEM.

Hò mandato allo stampatore Sgariglia in Assisi un' Epigramma in lode della stimatissima Opera di V. P. Rma, concludendo, che presto otterrà la sua gran virtù i primi titoli con plauso di tutti, e Dio voglia secondare le mie speranze &c. Luciniano 25. Genn. 1735.

Rmus Abbas D. Marianus Armellinus culto, Styloque gravi, Historico celeberrimo, monimenta rerum, ac Heroum Casinensium edidit ad perennitatem. In obsequium tanti viri, & doctissimi Scriptoris. Epigramma Francisci Dyni Advocati Senensis.

Abbatum honos Romano prodit ab Axe
Doctiloquus Scriptor, candidiorque nive
Tu veri custos, Libros pandisque perennes
Nomine, qui pretium jam meruere tuo.
Artificis mirata decus, stupet æmula virtus:
Gaudebit titulis, te radiare novis

Rmi P. D. GABRIELIS BELLO Congregationis Monachorum Montisserrati, sive Vallis-Oletanæ in alma Urbe Procuratoris Generalis.

Il Rmo P. D. MARIANO ARMELLINI vien riverito da D. Gabriel Bello Procuratore Generale di S. Benedetto di Spagna, che va leggendo con gran diletto, e gusto la sua Biblioteca, e il suo libro de tre Catalogi, vedendo quanto ha faticato, e composto in servizio della Religione, e della sua Ven. Congregazione, facendo vedere al Publico, quanto ha servito alla gloria di Dio con li suoi figli, e Monaci la Congregazione Casinense &c. Roma 21. Mag. 1734.

HIPPOLITI PUGNETTI Decani Casinensis.

Coll' arrivo de nostri Reverendissimi PP. Visitatori, hò riceuto l' umanissimo foglio di V. P. Reverendissima, che molto mi ha consolato, leggendovi la grata nuova della bella stampa già perfezionata de 3. Catalogi a me ben noti, e desiderati, ne con minor brama attendo l' edizione degli Analletti, onde si come hò presa l'eruditissima, laboriosiss. utiliss. e saggiamente composta

Bi-

B Biblioteca, quale hò letta, e releggo con mio sommo piacere, così la supplico a favorirmi quanto prima dell'accennato libro de 3. importanti, e preziosi Catalogi. Si rammentarà V. P. Rma, che gionta Ella al governo del Monasterio di Assisi afflitta allora da dolori atrocissimi di Pietra, che poi, grazie a Dio furono felicemente cavate, io fui quello, che l'animai, insinuai, e sollecitai a ristampare subito la lodata Biblioteca, e l'assicurai, che averebbe avuto il meritato applauso, e gradimento dai dotti, & amanti delle buone lettere, che sanno il profitto, che si ricava da tali volumi, e massime dagli Esteri, i quali nei studii serii, e utili fanno a gara per superarci.... e non hò dubbio, che la sua Opera sempre più riceverà, e maggiore approvazione, ed avvisi di spedirne altre copie, e questo è uno di quei Libri, che sempre crescono, e di stima, e di mole &c. Farfa S. Maria 16. Aprile 1734.

HYACINTI VINCIOLI nobilis Perusini, Doctoris, & Advocati, & in Patrio Athenæo Juris Cæsarei publici Professoris, variisque eruditiss. Libris editis percelebris.

Hò già scorso con piacere l'Opera di V. P. Reverendissima, vedendovi degne commemorazioni anche de nostri Perugini.... è certo, che grande studio, buona Latinità, & ordine, quanto a me, vi ritrovo: Me ne rallegro seco, e colla sua Religione &c. Perugia 24. Mag. 1732.

Clariss. JULII MANDOSII Prosperi Filii.

Con grande compiacimento, e con maggior profitto hò letto la prima, e seconda parte della Biblioteca Benedittino-Casinense degno parto del sublime Ingegno di V. P. R. .... Le confesso il vero ingenuamente d'aver appreso dalla lettura di essa infinite cose da me fin'ora ignorate, essendo in vero assai doviziosa di belle, e rare notizie, ricercate con indefessa fatica di più, e più anni nell'Opere di moltissimi Autori, sì stampate, che inedite, non avendo Ella risparmiato di perlustrare tutte le librarie, e tutti gli Archivi, ove ha potuto aver adito, e di richiederle in voce, e in scritto a diverse Persone, colle quali ha tenuto a tale effetto un letterario commercio. Le ha poi distese con buon'ordine, elegantemente, e con pura Latinità, dilettando non poco i leggitori le differenti frasi, e gl'ingegnosi modi di dire, che ha usati nel dover replicare quasi sempre lo stesso in ciascheduno scrittore, cioè la nascita, l'ingresso nella Religione, le cariche in quella havute, la morte, la publicazione delle Opere, e la menzione fattane dagli altri Autori. Non sò a bastanza ridire l'esattezza adoperata in riferire tutte l'edizioni, la forma, la grandezza, o picciolezza del libro, con darne sovente un sensato giudizio, e riportarne un sugoso ristretto, l'accortezza, che si scorge in certe scabrosità, la discretezza in correggere gli altrui falli; le fondate congetture in alcune dubiezze, le giudiziose riflessioni sopra diversi fatti, e tant'altre cose, che ammiransi per tutta l'Opera, le quali ben si ripromette di rinvenire nel decorso di essa, chi non trascura di leggere l'eruditissima Prefazione posta sul principio, nella quale doppo aver Ella compendiosamente narrato l'origine, e progresso dell'inclita sua Congregazione, passa ad esporre l'idea, e l'economia dell'istess'Opera, rendendo ragione nella susseguente Premonizione al Lettore del Metodo in essa tenuto sù la scorta de migliori Autori.... Me ne rallegro con esso lei, e con la Congregazione Casinense di quel lustro, e splendore, che è per risultarle da questa

sua

sua Biblioteca, la quale togliendo dalle tenebre dell' oblio, e ridonando alla luce l' estinta memoria di tanti Illustri soggetti fioriti in essa, eccitarà ne viventi suoi Alunni possenti stimoli a seguire le vestigia de loro maggiori: e finalmente mi rallegro con tutta la Republica letteraria per l'acquisto fatto di una nuova Opera sì utile, e di comun beneficio &c. Roma 28. Giug. 1732. B

Clarifs., ac Doctifs. Viri JOANNIS ANDREÆ ASTEZZATI. *De eo in Bibl. par. 2. pag.*

Casinen. Prioris S. Simpliciani Mediolani.

Hò ricevuta da qualche giorno l'Opera di V. P. R., quale hò tutta divorata con sommo contento, ed ammirazione singolare di tanta sì nobile, e recondita in tal proposito, adattissima erudizione, per la qual cosa ne io, ne alcun altro [lasci pur dir chi vuole) potrà mai bastevolmente lodarla &c. Milano 1. Ottobre 1733.

EJUSDEM.

Continui pure V. P. R. coll' istesso metodo le sue gloriose fatiche, e lasci dire chi vuole, che parlaranno come abbajano i Cani alla Luna ... In tanto le auguro pienezza di salute &c. di Milano S. Simpliciano 21. Ott. 1733.

Viri Cl. ac eruditifs. JUSTINIANI PAGLIARINI.

Le mie somme obligazioni, che professo a V. P. R. si accrescono infinitamente col prezioso dono dell' intero esemplare della sua insigne Opera della Biblioteca Benedittino Casinense. Questa sono andato leggendola, per quanto mi hanno permesso le mie occupazioni, con infinito piacere, e la trovo per tutto eguale a se stessa, cioè quale col mio corto intendimento la giudicai nell' altra mia lettera, che con molta mia confusione vedo impressa fra quelle di tanti chiarissimi soggetti, nel principio della seconda parte, onde sempre più fò animo a V. P. R. a divolgarla a gloria di Dio, sua, e della sua celebratifs. Congregazione &c. Foligno 3. Ottobre 1732.

EJUSDEM.

Non posso a bastanza spiegare con quanto godimento ho veduta la lettera del celebre Padre Pez, in cui fa giustizia alla sua degnissima Opera, ed essendo egli meritevolissimo di ogni lode, dà tutto il credito alle ben rilevate espressioni, colle quali loda il valore, e l'erudizione di V. P. R. Me ne rallegro sinceramente seco, e spero, che quanto più si dilatarà il libro in mano di persone veramente dotte, e di fino giudizio, tanto più crescerà la gloria di V. P. R. .... E confermandole il mio obligatissimo ossequio, mi ratifico con divotifs. riverenza. Foligno 11. Maggio 1733.

EJUSDEM.

Monf. Vescovo di Foligno [Battistelli] stima molto il libro di V. P. R. sì per le recondite, e scelte erudizioni, che per l' elocuzione di una purissima Latinità, e me ne ha fatto in due volte, che ne hò parlato seco, sincerissime espressioni con piena lode del degnissimo Autore. Io me ne raliegro con V. P. R., che deve far buon conto del giudizio di questo erudito Prelato &c. Foligno 19. Giugno 1733. *Giosafat.*

ISIDORI de Sù Parmensis.

Monachi, & Decani Casin. Viri admodum eruditi.

Un Uomo niente affatto noto a V. P. R., ma che pure fin dall' anno 1709. le consagrò la sua servitù, se le presenta in questo foglio .... Il motivo, che ho di darle l'incommodo della presente, è la brama di significarle il gran piacere da me provato in leggere la degnissima sua Opera

della

B

della *Biblioteca Benedittino Casinense* favoritami da questo Rmo Gattola che mette veramente in pieno giorno il di lei sommo affetto verso la nostra Congregazione, e fa soggetto d' altissima ammirazione la diligenza, e lo studio posto in disotterrare cose profondamente nascoste, e in togliere all' oblivione molte altre degne di eterna memoria; L' une, e l' altre, e tutte poi esposte si nobilmente, che non credo bramar si possa di più. Il libro MS. del P. Abbate Stefano Cataneo esistente in Cesena, e in copia avutasi da colà anche in Parma, benche non l' abbiano saputo trovare, quando V.P. Rma ne fece istanza, contiene cose bellissime, delle quali ella Rma ne averebbe non poche fatte publiche, come di tante altre ha fatto, obligando molto gli huomini di buon gusto .... Io le prego dall'Altissimo una lunga serie di anni tutti felici, accioche possa proseguire a giovare si bene colle sue fatiche alla Republica Letteraria, & al decoro della nostra Congregazione, di cui ella è un raggio di tanta Maestà, e luce, e finalmente rendendole umilissime grazie della buona intenzione, che ha avuta di onorarmi colla sua penna, profondamente inchinandomi, indelebilmente mi rassegno &c. M. C. 3. Maggio 1733.

Eruditissimi P. MARIANI RUELE ROBORETANI Carmelitæ.

Tanta fuit voluptas, quam ex eruditissimæ Bibliothecę Benedictino — Casinensis voluminis lectione percepi, ut vix satis dicere queam, & magni criminis reum me censerem, ni eam testarer. Nam cum primum ad idem, ut sum harum rerum studiosus, legendum accessissem, mox ex eo Heroum Casinensium imagines tanquam in depicta tabella noscere, abditæque eruditionis segetem colligere posse unico intuitu intellexi, nec è manibus illud dimisi quin prius totum ne dum evolverim, sed etiam voraverim avidissime. In illo siquidem sedulam diligentiam, diuturnum studium, incredibilem laborem, & eruditionem penitissimam suspexi, & admiratus sum. Mihi gaudeo, tibi gratulor vehementer V. C. quod cum optimam, & amplissimam nactus sis provinciam, eam luculenter, eleganterque administraveris. Imo testimonio doctorum Virorum Rēpublicā literariā totā plurimum tibi debere arbitror, quod tot monimenta, tot viros doctrina claros in novam lucem protraxeris, & vivere diutissime tua industria, & maximo labore feceris. Quod verò inter eos illos etiam collocaveris, qui brevi aliquo commentariolo, aut paucis aliquot Epigrammatibus, aut parvis monumentis operam dederunt, id jure ac meritò à te factum censeo, nam Paulus Jovius, Ubertus Folietta, Sanmartanus, & plerique alii, qui de excellentioribus tantum viris delectum conati sunt habere, multos aut odio, aut ingenio omittentes, minus æqui æstimatores postea sunt visi; at contra Græcia ipsa litterarum, scientiarumque parens, & altrix, nihil sine nomine reliquisse fassa est, neque enim tot Philosophi à Laertio recensiti summi omnes fuere, ut Socrates Plato, Aristoteles, Epicurus, aliique: neque omnes illi Oratores in Bruto à Cicerone comprehensi eadem pollebant in dicendo eloquentia, & elegantia, vel perspicuitate, lepore, & copia; Fannium quidem Caii filium ob unam orationem inter claros Oratores enumerare Tullius minimè est veritus his verbis: „ Horum ætatibus adjuncti duo Caii Fannii Caii Marci Filii fuerunt, quorum Caii Filius, qui Consul cum Domitio fuit, unam Orationem „ de Sociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit sane bonam, & nobi- „ lem; recenset quoque Galbam Servilii filium ob Orationis perorationem „ quan-

In Bruto, seu de claris Orator pag. 182. Flor. apud Torrentin. 1552. fol. cum comm. Sebast. Corradi

quandam, quam de sese ipse dixerat. *extat*, inquit, *ejus peroratio*, *qui Epilogus dicitur*, *qui tanto in honore pueris nobis erat*, *ut eam etiam ediscere-mus*; Quinimo & Cajum Cęsidenum hominem alioquin indoctum, ob id solum quia suspiciosius, criminosiusque ceteris peroraret „ Atque eodem tem- B
„ pore Accusator de Plebe L. Cęsidenus fuit, quem ego audivi jam senem, cum *pag.* 231.
„ ab Lucio Sabellio multum lege Aquilia de justitia petivisset; non fecissem ho-
„ minis pene infimi mentionem, nisi judicarem, qui suspiciosius, aut crimino-
„ sius diceret, audivisse me neminem. Hæc Cicero. Nostra vero, Patrum, Avo- *pag.* 235.
rumque ætate post Gesnerum, Possevinum, Allatium, Allegambium, secuti sunt Michael Justinianus, Nicolaus Antonius, Toppius, Cotta, Arisius, Mongitorius, & plures alii, qui in suis Bibliothecis condendis hanc servaverunt methodum, ut nullum quantumvis minimum, cujusque generis scriptorem præterirent. Quid ineptius Itinerario, quod sub Antonini nomine circumfertur? sed quid aptius ad plura Oppidorum, Viarumque labentis Imperii Romani nomina ediscenda, quæ sine eo nobis essent ignota? Sequioris item ævi scriptorum barbaries, & libri male consarcinati, rudique sermone conscripti, quot Majorum nostrorum fortia facta, quot insignes historias, quot rerum præclarissimarum notitias nobis hactenus tradiderunt, quæ ipsis sublatis tanta Reip. Litterariæ jactura omnes laterent? Constat igitur, qualemcumque ingenii fętum, dummodo monstrosus ob errores, ac falsitates, aut perniciosus ob malesanam doctrinam non sit, fovendum, & in similibus Bibl. servandum, & ad Posteros transmittendum esse, cum libris omnibus quamvis mediocribus, quamvis levioris notæ, aliqua insit utilitas; quanto magis ex tot insignibus, summis, omnibusque numeris absolutis Authoribus, quibus tua nobilissima Bibl. passim abundat? Hęc sunt, Vir Cl. quę in pręsentiarum ad Te scribere opeę pretium duxi, ut erecto, fortique animo ea, que adhuc sub lima premis, ad majorem tuæ præclarissimæ Casinensis Congregationis splendorem, omniumque eruditorum commodum, ac profectum in lucem emittenda quantocyus cures. Vale Vir Clar. & amare me pergas; Romę ex ædibus Transpontinianis Kal. Decembris MDCCXXXIII.

PETRI PAULI GINANNI Prioris Casinensis, & in Collegio ANSELMO-BENEDICTINO Sac. Theol. Lectoris

Era molto tempo, da che io bramava poter con tutto commodo leggere la Biblioteca Benedittino-Casinense, che V. P. Rma aveva da qualche anno con grande fatica, e diligenza composta, conciosiache da lei medesima, mentre stavo in Firenze, appreso aveva l' Idea di quest' Opera, e conosciuto come recar dovesse molta luce a tanti huomini letterati, onde più Illustri apparissero. Ed ecco che son rimasto consolato, imperciochè doppo averla letta con diligente attenzione, ho ritrovato in essa molte cose, che richiedono, il degno Autore non doversi privare delle lodi dovute, e sono la lunga fatica fatta da V. P. Rma nello spogliare tante Biblioteche, ed Autori, che parlano dei scrittori Casinensi, tanti Autori di novo scoperti, ed il grande numero di Opere d' altri fatte, che rimaste sarebbero nella loro oscurità, e forse perduta se ne sarebbe col tempo anche la memoria. Ne le di lei ricerche si sono ristrette alle sole opere stampate, ma ancora alle manoscritte, indicando pure il luogo, dove si trovano, accioche se alcuno bramasse vederle, possa riccorere a chi le custodisce. Per questi, ed altri motivi mi consolo con V. P. Rma, che abbia fatto rinascere alcuni nostri Scrittori, e gli altri posti

C in

B

in migliore prospetto, acciocchè possa di ciascheduno vedersi il merito, ed il giudizio, che di questi hanno fatto altri huomini celebratissimi. La mia Patria ancora gli è in parte obligata per le lodi date ad alcuni suoi figli, che abbracciarono il nostro sagro instituto, e si distinsero col loro sapere; solamente potea V. P. Rma tralasciare di pormi nel numero di huomini così distinti, non avendo altro merito, che quello di essere, quale col bagio delle sacre mani mi dichiaro, D. V. P. Rma Roma S. Calisto 15. Luglio 1732. Umilifs. Devotifs. Obligmo Servitore D. Pietro Paolo Ginanni.

D. MARIANO ARMELLINO D. Petri de Assisio Præsuli sapientissimo PLACIDUS CICONEA Patavinus Monachus Casinensis S. P. D.

Habet hoc virtus Mariane Præsul amplissime, ut hominum animos etiam alienissimorum conciliet. Quis est, inquit Tullius, qui non admiretur splendorem, pulchritudinemque virtutis? Hinc fit, ut cum in manus meas pervenerit Opus tuum inscriptum -- *Bibliotheca Benedictino Casinensis*, tantam ex ejus lectione voluptatem perceperim, ut non modo lucubrationes illas tuas summis laudibus exornandas judicarim, sed etiam licet Te de facie nunquam noverim, & judicio, auctoritate, & doctrinâ parùm, aut nihil valeam, ab observantia erga Te mea, qua virtutum tuarum famâ impulsus Te summopere colo, & ab æquitate ipsa non alienum esse duxerim, si hisce meis litteris Tibi gratulandi munus aggrederer; Nam operę pretium fuit curare, ut tanta, eademque præclara Scriptorum Casinensium monumenta in lucem edantur, quæ partim nostrâ, ut ita dixerim negligentiâ, partim temporum injuriâ Posteris omnino, quasi essent erepta. Quibus sanè vigiliis tuis ad Casinensem familiam nostram non exiguum splendoris posthac accesserit, & gloriæ. Tibi igitur gratulor, eoque magis, quod Opus hoc tuum nobis calcar ad gloriam facile esse possit. Interim id sic habeto, fore ut celeberrimum nomen tuum nulla unquam ex hominum memoria deleat, vel obscuret oblivio. Hæc ad te sapientissime Præsul scribere mihi sumpsi, cum ut intelligas, me plurimum de pulcherrimo Opere tuo gratulari, tum verò, ut scias in magna tui observantissimorum hominum copia, me tamen eorum nemini concedere. Vale; Ex Sacro Sublacensi Specu XIII. Kal. Februarii. MDCCXXXIV.

EJUSDEM.

D. MARIANO ARMELLINO D. Petri de Assisio Præsuli Sapientissimo Placidus Ciconea Patavinus Mon. Caf. S. P. D.

Cum ex litteris humanissimis tuis intellexerim, Te Bibliothecam illam tuam denuo velle prælo eo consilio subiicere, ut emendatior in lucem prodeat, noli querere, quam mihi arriserit tua isthæc diligentia. Præclarum illud Opus id sane postulare quodammodo videtur. Menda quędam deprehendi, eaque multa, cujus incommodi causam tu optimè scis. Nam ubi imprimitur, ibi necesse est emendationi homo diligenter præsit, qui non mercenarius, sed qui sit benè litteris instructus. Novi præterea ex iisdem literis tuis, Te nunc in ea cura hęrere, ut etiam Catalogi illi tui exeant. Neque satis laudare queo istud consilium tuum, qui caves, ne tantorum Monachorum memoria pereat, qui ex hac Casinensi familia nostrâ profecti sunt, qui eam litteris, pietate, ac rebus præclarè gestis, tam mirificè honestarunt. Tu verò Mariane Præsul amplissime in eam spem adduci pręcipue potes, ut quemadmodum Tu scriptis tuis sodalitatem nostram ornas, ita ipsa aliquando Te suæ dignitatis non modo fauto-

fautorem, sed etiam amplificatorem agnoscat. Oh (inquis) non omnibus placuit hoc opus meum. Esto. Quibus autem viris placuit? Prospero Mandosio Equiti ornatissimo, atque sapientissimo, Julio item ejus Filio, Francisco Valesio, Bernardino Perfecto equiti, & Poetæ clarissimo; Uberto Benuoglienti, Bonaventuræ Finardo, Bernardo Pezio, Jo: Andreæ Astezzato doctissimis, & eruditissimis viris; hosce igitur, & hujusmodi alios vigiliarum tuarum laudatores cum habeas, quid est cur non contemnas voculas, si quæ sunt, vacuæ, ut ita dicam plebeculæ? De me verò, quem in eorum numero collocandum censes, qui opus tuum probarunt, & suspexerunt, quid dicam? Nam si hoc me honore dignum agnosco, quo me afficere vis, timeo, ne impudens, sin repudiem, atque stultè reiiciam, vereor, ne ingratus adversus Te sim, cum de excellenti judicio tuo ipse detraham, eo ipso unde me putas ornandum. Maximas igitur tibi gratias ago, atque habeo. Spero item, si mihi vitæ contigerit usara diuturnior, fore ut *Epistolas Latinas* meas familiares, *Orationes etiam nonnullas*, & *Menedemum* meum, sive Dialogum *de Prudentiæ bono* aliquando emittam. Tu interim scias me & tui observantissimum esse, & verè spectatorem laudum tuarum. Vale.

Ex Sacro Sublacensi specu IV. 10. Febr. MDCCXXXIV.

Cl. VITI MARIÆ DE AMICO nunc Prioris Casin. Supplem. Siciliæ Sacræ celebris, ac doctissimi Authoris.

Mi comanda V. P. Rma, che io ingenuamente gli manifesti li miei sentimenti sopra la sua Biblioteca; io come talpa non so giudicare di tanta luce; resto però così appagato della elocuzione, con cui si è V. P. Rma servita di spiegare le notitie tanto disparate, e per altro tanto necessarie a replicarsi, e della chiarezza, del metodo, e sopra tutto dell' esatta, e minuta distinzione di tutte le più rare notitie, siche veggio non essere stato un solo *il nostro Mongitore* sù questa prerogativa di esattezza, che si abbia singolarizzato, avendolo V. P. Rma di molto avanzato, potendo assicurarla, che di molte notizie attenenti a' Monaci, e professi di questo mio Monasterio io restava digiuno, contuttoche abbia ricercato ogni angolo, ed ogni libro per tutto rintracciare, è particolarmente sul secondo D. Paolo Gravina, che io confusi col primo, facendo questo e non quello autore della *Somma di S. Tomasso* in 3. Rima, non potendo sapere di più, per mancare affatto le notizie del 2. in questa Libraria, e Regesto....&c. Catania 5. Febr. 1734.

Sunt quidem apud Authorem plurimæ aliæ Epistolæ a Cl. & Doctissimis viris, tum Italiæ, tum extra, in commendationem hujusce Operis jam typis evulgati, receptæ. Sed has tantum publicè exhibere sufficiat, ad Dei Opt. Max. Glor. & ad Posterorum, præsertim Monastici Ord., ut Sacris, ac similibus studiis, in primisque erroribus meis corrigendis, operam navent, incitamentum.

Pridie Kal. Augusti Ann. MDCCXXXIV.

FINIS.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

ERRATA	*SIC*	*CORRIGE*
IN FRONTE OPERIS		
Lin. 17.	aliorum	aliarum
IN IPSO OPERE		
Pag. 3. lin. 30.	exta-	extat
Ibidem lin. 31.	incitpit	incipit
Pag. 8. lin. 4.	uno	uni
Ibidem lin. 41.	1634.	1734.
Pag. 13. lin. 20.	divifum	divifus
Pag. 14. lin, 42.	Abbatuum	Abbatum
Pag. 15. lin. 14.	eum	cum
Pag. 16. lin. ult.	Controverfias	controverfię
Pag. 18. lin. 9.	ad eum	ad eam
Pag. 19. lin. 17.	Monafterio	in Monafterio
Pag. 21. lin. 41.	an. 1724.	an. 1728.
Pag. 26. lin. 1.	impreffo	edito
Ibidem in m. lin. 2.	Potento	Potenza
Pag. 27. lin. 10.	Mujono	Muojono
Ibidem	mujano	Muojono
Ibidem lin. 36.	adiiciamus	adiicimus
Pag. 29. lin 34.	diverfitatum	diverfitate
Pag. 33. lin. 5.	Al.	Cl.
Pag. 45. lin. 14.	Rocei	Rocchi
Pag. 47. lin. 44.	Premata	Poemata
Pag. 48. lin. 32.	debuere	debere
Ibidem lin. 37.	Portianam	Porciaram
Pag. 48. lin. 8.	Bufcelli	Rufcelli
Ibidem lin. 9.	vocat,	vocant
Pag. 53. lin. 43.	efferit	afferit
Ibidem lin. 45.	uum	aum
Pag. 55. lin. 10.	Monafterio	Monafteria
Pag. 60. lin. 3.	Junionia	Junioria
Pag. 62. lin. 31.	Caroli	Carolo
Pag. 69. lin. 12.	Catannen.	Catanen.
Pag. 74. lin. 1.	Hiftorię	Hiftorię Eccl.
Pag. 75. lin. 32.	Cafinenfi	Cafinenfis
Pag. 84. lin. ult.	exe	axe
Pag. 86. lin. 19.	opportere	oportere
Pag. 91. lin. 23.	Literę	Litteratę
IN JUDICIIS CLARISS. VIRORUM		
IN PREFATIONE AD LECTOREM		
Pag. 8. lin. 35.	idem	iidem
Pag. 10. lin. 39.	dabito	dubito
Pag. 12. lin. 9.	Benti	Bensi
Pag. 15. lin. 10.	adattiffima	adattatiffima

IN ADDITIONIBUS, ET CORRECTIONIBUS APPENDICIS B BLIOTHECÆ BENEDICTINO-CASINENSIS, *De Viris Scientia Illuftribus*, de quibus tamen nefcitur, an Opus aliquod fcriptis tradiderint.

Pag. 2. lin. 30. IN LUCA ANTONIO FIRMANO. Videndus eft Placidus Petruccius in fupplem. Petri Diaconi de *Viris Illuftribus Cafin.* ut intelligatur, in qua fcientia Firmanus fuerit confpicuus, quod per incuriam, vel oblivionem, vel noftram, vel Amanuenfis à Nobis non indicatur.

ADDITIONES AD ADDITIONEM

Pag. 44. lin. 26 Adde.

GREGORIUS DE MONTI Monachus D. Benedicti Poeta infignis, compofuit *Plura Poetica* admodum commendata ab hujus liberalis artis Profefforibus; vivit hactenus, optimis ftudiis femper intentus. Ita, Sermone Italico, F. Jacobus Alberici in Opufcolo in 4. cui titulus. *Catalogo breve* degl' Illuftri, e famofi Scrittori Veneziani &c. In Bologna preffo gli Eredi di Giovanni Roffi, pag. 42. Quamvis autem Gregorium Author ifte Monachum D. Benedicti affirmet, cum tamen Cafinenfem eum fuiffe minime exprimat, noftris certò illum adfcribere ex hoc folummodo non audemus.

Ibidem: Ubi in Bibliotecha Part. 1. Pag. 188. & feq; agitur dè *Gregorio Morello* addendum.

De eo etiam Jo. Marius Crefcimb. tom. 4. Commentar. fuæ Vulgaris Poefeos pag. 109. edition. Venet. quem tamen pro *Gregorio*, Hieronymum per incuriam, vel fuam, vel Typographi appellat.

APPENDIX
DE VIRIS
LITERIS ILLUSTRIBUS
E CONGREGATIONE
CASINENSI,

De quibus tamen non liquet, an aliquid Scriptis consignaverint,

Eodem Reverendissimo Patre

D. MARIANO ARMELLINI

AUTHORE.

FULGINEI MDCCXXXII.

Typis Feliciani, & Philippi Fratrum de Campitellis Impress. *Sup. permissu.*

IN

SEQUENTEM APPENDICEM
BREVIS
PRÆFATIUNCULA.

Floruerunt ſanè plurimi alii Viri Doctrinæ, & Sapientiæ fama percelebres in noſtra Congr., quorum aliquot dumtaxat nomina, &. pauca geſta invenire potui, Opera verò ſi quæ ſcripſerint, vel ediderint, nequaquam; fortaſſe plures eorum lucubrationes adhuc in tenebris latent, blattarum, ac tinearum eſca; Plures certè deperditas eſſe teſtatur Jacobus Cavaccius Hiſt. S. Juſtinæ lib. 6. pag. 223. „ Doctiores Patres vel in „ audiendis Laicorum confeſſionibus, vel in exponendis San„ ctis Authoribus laborabant; Quot Codices, quales inter„ pretationes vidimus! Utinam vel noſtra incuria, vel alio„ rum malitia non deperiiſſent; „ Ego ſanè operam me luſurum minimè crediderim, ſi celebriorum Syllabum eruditis Lectoribus exhibuero. Fieri enim poteſt, ut ipſi aliquod horum Opuſculum vel jam ſciant, vel mox inveniant, & in lucem proferant, augumento, ac decori noſtræ Bibliothecæ futurum. Sunt autem iſti.

ANA-

APPENDIX DE VIRIS

DOCTRINA ILLUSTRIBUS

E CONGREGATIONE CASINENSI,

De quibus non liquet, an aliquid scriptis consignaverint.

ANASTASIUS CAZANICUS apud Carpinedulum, Diœcesis Brixianæ Oppidum, natus, in magno verò Padolyronensi Cœnobio Religionem Professus anno 1573. die 21. Decembris. Qui floruit insigni Scientiarum, ac Virtutum famâ, ob quam maturè admodum Abbatis Infula donatus est, atque non modo Farfensis, ac Sublacensis Monasterii regimine; sed Visitatoris etiam munere decoratus; Sed Theologicâ doctrinâ adeò excelluit, ut jubente Clemente VIII. primum, deindè Paulo V. Pont. Max. celeberrimæ Congr. de *Auxiliis Divinæ Gratiæ*, coram iisdem Christi Vicariis sæpius habitæ, non solum uti Theologus, & Censor Molinianæ Doctrinæ, sed etiam uti a Secretis secundi Ordinis, semper interfuerit, ab anno videlicet 1602. usque ad finem ejusdem Congregationis; Primi enim Ordinis, ab ejus initio, fuit Gregorius Nunnius Coronel Hispanus Ord. S. Augustini. Erat verò Anastasius eodem anno 1602., quo primum in eamdem Congr. fuit admissus, Prior Claustralis Monasterii nostri Sancti Pauli de Urbe, creatus postea Abbas S. Mariæ Farfensis, sicut in Actis ejusdem Congregationis appellatur; Qui cum ad illustrandam Divinæ Gratiæ efficaciam tàm egregiè insudasset, ad gloriæ coronam percipiendam migravit in Cœlum anno 1610.; ex nostro Regesto, * ubi *Vir summæ eruditionis* appellatur, secundum verò Plac. Pucc. in App. Hist. de Viris Illustribus Abbatiæ Floren. ann. 1615. * de quo, & munere in Congreg. de Auxiliis ab eo gesto, mentionem faciunt Jo. Mabill. in Musæo Italico, & nostra Regesta Mss. pag. 38., ubi in margine: *Obiit Farfæ, Abbas Sublaci, & Visitator: Fuit Secretarius Congregationis de Auxiliis coràm Clem. VIII., & Paulo V.*; & Jacobus Hyacinthus Serrì in Historia de Auxiliis Divinæ Gratiæ. Item de eo Gregorius Urbanus (de quo parte prima pag. 193.) in Præfatione ad Annales suos Monasterii Farfensis sic habet: „ *Alter* verò liber *Regestum* „ magnum inscribitur, seù novum, sub regimine Rmi P. D. Anastasii de Car„ pinedulo, hujus Monasterii olim Abbatis, ac Benefactoris eximii, in quo non „ parum manu propria ipsemet scribere non erubuit &c. „ & pag. 38 A. 19. „ Anno 1604. ANASTASIUS A CARPINEDULO ABB. XIX. præfuit us„ que ad 1607. Sub cujus regimine plura fuerunt acquisita, & facta, idest: Re„ fectorium majus; Crypta Cellæ Vinariæ; Clausuræ pars alia muro circum„ data. Ædificium in S. Salvatore inchoatum. Stabula majora pro Nundinis „ extructa. Ara maxima Ecclesiæ erecta, pretiosisque marmoribus, & solidis „ quatuor Columnis ex viridi antiquo lapide exornata, sub qua SS. Laurentii

* Sed falsò.
* Et verè.

 Siri

„ Siri Episcopi Fundatoris, & Thomæ Monachi Casinensis, & Abbatis Re-
„ stauratoris Corpora inventa, loculisque decentibus reposita. Sacellum Smi
„ Crucifixi excitatum. Libri aliquot Chorales exarati. Regestum novum Bo-
„ norum omnium hujus Monasterii confectum, in quo ipsemet Anastasius plu-
„ rimum laboravit. Nonnulla Bona stabilia empta. „ & iterum pag. 39. a tergo.
„ Anno 1609. ANASTASIUS A CARPINEDULO ABBAS XXI. secunda
„ vice præfuit usque ad 1614. ad Diætam, sub quo plura fuerunt facta. Sacel-
„ lum novum Sacr. Reliquiarum, & earum solemnis translatio. Caput argen-
„ teum, in quo est Caput S. Cornelii Papæ, & Martyris. Lampas argentea,
„ Pastorale. Candelabra argentea minora. Organum. Viridarium Cedrorum.
„ Mensæ Refectorii, Cameræ Abbatis cum Dormitorio annexo. Refectorium
„ parvum. Coquina; & Notæ authenticæ omnium nostrorum Bonorum, in
„ quibus, & aliis ipse multum laboravit, ut videri potest ex ejus Manuscriptis in
„ Regesto, & alibi; & plura alia Bona stabilia empta. „

ANASTASIUS GALDIOLUS Patria Vicentinus, qui apud Monasterium SS. Felicis, & Fortunati in Suburbiis Vicentiæ sito, Sæculo nuncium remisit anno 1619 die 14. Julii, atque præstans ingenium, quo a natura donatus fuerat, optimis disciplinis, præsertim Philosophicis, assiduè excoluit, quarum egregiam peritiam cum sibi comparasset, a Veneto Senatu, qui de ejus doctrina famam acceperat, secundi ordinis, mox primarius Philosophiæ Professor in Patavino Athenæo renunciatus, præconceptam de se opinionem minimè fefellit. Magnam etiam a Supremis nostri Regiminis Patribus existimationem sortitus, Abbatis primum, ac deinde totius Congr. Præsidis dignitate honestatus fuit ann. 1663. Obiitque Vicentiæ circa ann. 1680., quem recenset inter Professores Philosophiæ extraordinarios Jacobus Philippus Thomasinus in Gymnasio Patavino bis, nempè lib. 3. pag. 21. „ 1648. 6. Septembris D. Anastasius Galdiolus Vicentinus Monachus
„ Casinensis suffectus (Andreæ Corradino) qui electus 1650. ad primum locum
„ successorem habuit &c. „ & pag. 19. ejusdem libri: „ 1650. 7. Martii D. Ana-
„ stasius Galdiolus Vicentinus Abbas Casinensis ex secundo loco in hunc primum
„ evectus Flor. 150. stipendio. „ In Reg. Mss. pag. 179. a tergo in marg. *Abbas S. T. D. Pref. & Lector Primarius Philosophiæ in Universitate Patavina*. Et Nicolaus Comnenus Papadopoli in Historia Gymnasii Patavini tom. 1. l. 2. sect. 2. pag. 172. cap. 30 n. 3. 1667. 4. Febr. „ E secunda hujus Classis [Philosophiæ Or-
„ dinariæ] ad primam, stipendium quadrigentorum detulit D. Anastasius Gal-
„ diolus Vicentinus, Abbas Casinensis, nec triennio supervixit; „ & pag. 173
cap. 31. n. 2. 1661. 29. Aprilis. „ Suffectus Berigardo D. Anastasius Galdiolus
„ Vicentinus Abbas Casinensis 400. Flor. honorarium detulit ad Sedem primam
„ Berigardo Successor: „ & pag. 180. c. 40. n. 1. 1656. 6. Decemb. „ D. Ana-
„ stasius Galdiolus Abbas Casinensis, qui ab anno 1651. floren. 100., & 50. in
„ hac exedra extra ordinem Aristotilem explanabat, confirmatus flor. 200., &
„ 20., eandem explanationem prosecutus est per sexennium, mox ad primam
„ Ordinariæ Philosophiæ traductus, ut diximus.

Thomasinus, & Comnenus valdè inter se discrepant in annor. serie.

ANSELMUS nobili Familia CENTURIONI Genuæ ortus, ibidem in Cœnobio S. Catharinæ nostris adscriptus anno 1663. die 26. Junii, Mathesis Professor celebris, quam in Gymnasio Senensi annis septem publicè docuit, ab anno scilicet 1677. usque ad annum 1684; quo eodem anno Genuam reversus, Parisios profectus est una cum Duce Reipublicæ Genuensis Imperiali Lercaro, titulo, ac officio Theologi, ibique mortuus, honorifica pompa tumulatus fuit. Stipendium autem, quod ei in laudato Senensi Athenæo annuatim persolvebatur, erat scutorum monetæ Florentinæ septuaginta duorum, & * librarum quatuor, ut

Lire 4. Sol. 4.

patet

patet ex] libro secundo * *Elenchi Doctorum Universitatis Senensis*, qui Ms. asservatur apud *Bidellum* pro tempore ejusdem Lycej, ubi sic habetur. „ 1677. P. D. Anselmo Centurioni Casinense prima Terziaria sc. 27. lir. 3. 13. 4. Ultima Terziaria 1684. sc. 27. lir. 3. 13. 4. Rosio

BENEDICTUS ARRIGONI Ravennas, ex nobilissi Familia Arrigonia Mediolanensi Marchionatus titulo insigni oriundus. Professus Monasticum Institutum in Cœnobio S. Vitalis ann. .... die .... qui a Thoma Thomai *in Hist. Ravennæ*, parte 4. cap. 4. pag. ...... editionis 2., ubi loquitur de Historicis Ravennatibus, vocatur *Eloquentissimus*.

BENEDICTUS TREZZI Parmensis in Cœnobio S. Joannis Evangelistæ D. Benedicti asseclа 1622. die 10. Aprilis, in Regesto ms. pag. 197. a tergo in margine nuncupatus *Abbas Titularis ex Decano. Vir doctissimus*.

BESSARION a Catalaunia Hispanus, Bononiæ in S. Proculo Monachus ann. 1453. die 29. Septembris, qui ibidem pag. 109. in margine *Vir eruditissimus, Abbas, & quinquies Præsidens* appellatur. Cujus etiam meminit Arnoldus Wion Lign. Vit. parte 2. lib. 5. pag. 588., & seq; sed quater dumtaxat Præsidentem eum fuisse refert, anno scilicet 1461., quo Abbas erat S. Benedicti de Mantua; anno 1464., quo ejusdem Monasterii regimen adhuc habebat; ann. 1472., quo S. Severini Neapolis Cœnobium moderabatur; demumque anno 1475., quo Abbas erat S. Pauli de Urbe, ubi etiam obiit: vocatque eum Bessarionem de Aragonia, Catalanum &c. quia nimirum Catalaunia Provincia olim erat Regno Aragoniæ subiecta.

CÆSARIUS DE LAUDE A GRASSA in Gallia Narbonensi, * nunc Provincia, Monasterii Lirinensis Asceta anno 1526. die prima Novemb., de quo idem Regestum pag. 286. in margine: *Obiit Abbas Parmæ, fuit Præses*, * *Vir doctus*. Quem Arnoldus Wion Lign. Vit. p. 2. lib. 5. cap. 8. pag. 595.. & seq; vocat *D. Cæsarem de Lodi Gratianopolitanum, Gallum*, * *Provincialem Monachum S. Honorati de Lirino, & Abbatem SS. Faustini, & Jovitæ Brixiæ*. Sed * Gratianopolis non est in Provincia, sed in alia parte antiquæ Galliæ Narbonensis, ad Isaram Fluvium apud Allobroges, quæ hodie *Delphinatus* dicitur, quamobrem pro Gratianopolitano, Grassensem, seù Grassatensem scribere debuit.

* Provenza.
* ann. 1574.
* Provenzale.
* Grenoble.

COLUMBANUS A COMO S. Salvatoris Papiæ Alumnus ann. 1519., qui in Regesto ms. pag. 172. dicitur *bis Præsidens, & fuisse in Concilio Tridentino*. Sed cum in tota serie Præsidum nostræ Congregationis ab Arnoldo Wione composita usque ad annum 1594. nullibi Columbanus reperiatur, neque de ejus in Concilio Tridentino præsentia uspiam hactenus aliquid legerim, mendum suspicor in eo Regesto, & pro Columbano a Como, *Simplicianum a Sondrio*, de quo infra Lit. S. legendum existimo.

CYRILLUS A MONTEFALCO, in Umbria, D. Benedicti Regulam Professus Perusiæ in S. Petri Cœnobio anno 1549. die 15. Augusti, qui in Reg. pag. 88. a tergo in margine dicitur *Abbas Farfæ*, [ubi & obiit] *Visitator, Poeta singularis, optimus Theologus, & Philosophus, atque peritissimus in Lingua Græca*; & a Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 466. (ubi tamen ejus Patriam fuisse autumat Montem Flasconum, olim Montem Faliscum in Hetruria) „ Gran Greco, Teologo, e Filosofo, e di ottimi costumi ornato, e Poeta „ Latino singolare. „ Et in alio Regesto ms. pag: 84. a tergo in margine: *Poeta eximius Aversæ Abbas*.

DESIDERIUS A REGALI in Sacro Casinensi Cœnobio Regulam D. Benedicti Professus anno 1566. die 30. Novembris, qui in Regesto pag. 198. a tergo dicitur in margine: *Abbas Littoris anno 1605., plura scripsit*, sed quæ non indicantur.

EUSEBIUS A PARMA Sac. Monasterii Casinensis Sodalis anno 1572. die 4. Junii, qui in Regest. pag. 233. a tergo in margine dicitur: *Obiisse Romæ, & fuisse ad Concilium Tridentinum*. Quod etiam constat tum ex aliis nostris Regestis, tum ex Philippi Labbei Concilior. tom. 14. col. 815., ubi narrat, Eusebium a Parma Abbatem per id temporis S. Mariæ Gratiarum interfuisse Sessioni 13. Concilii Tridentini anno 1551., una cum Marco a Brixia Abbate S. Vitalis Ravennæ.

Gant in Flandria. FLORIBERTUS A * GANDAVO, Monachus primum in eadem sua Patria, postea nostram Congregationem ingressus, in Cœnobio SS. Faustini, & Jovitæ Brixiæ anno 1595. die 27. Aprilis, qui pag. 220. Regesti a tergo in margine dicitur *Vir doctus, & pius, Abbas SS. Petri, & Pauli in Glassiate Mediolani, ubi, & obiit*.

GABRIEL A BRIXIA in Cœnobio D. Euphomiæ ejusdem Urbis Monastico cum Institutum amplexus anno 1439. die 15. Decembris, de quo in Regesto ms. pag. 139. sic habetur: *Abbas Commendatarius, Vir doctissimus, tradidit se, & sua Congregationi*.

HIERONYMUS DE JUDICE AB AMALPHI in S. Severino Neapolis Monachus factus anno 1551. die 26. Aprilis, qui in Reg. pag. 71. a tergo dicitur in margine *Abbas Castrovillarum, Vir doctissimus*.

Antibo. HILARIUS AB * ANTIPOLI Professus nostram Regulam in Lirinensi Monasterio anno 1561. die 6. Novembr. qui in Reg. pag. 286. in margine vocatur *Abbas Panormi, ac Visitator, Vir prudens, & doctus*.

HILARIUS A PULCINO S. Proculi Bononiæ alumnus an. 1457. die 11. April. qui in Reg. pag. 103. in margine dicitur: *Filius Comitis de Pulcino literis insignis*. Et in alio Regesto pag. 124. *Fuit Vir insignis tam in literis, quam in Stemmate*. De quo Bononiæ, dum Mantuam Senis ad Comitia Generalia pergerem anno 1726. die 4. Maii, hæc in Chronologia Ms. S. Proculi, a D. Nicolao * a Bononia composita, tom. 1. pag. 220. a tergo legi: ,, L'anno 1457. D. Ilario da
,, Polcino Monaco Professo di S. Procolo, s' infermò in S. Giustina di Padova;
,, & adi 15. Maggio 1458. fu ordinato dalli Rmi Auditori delle Cause nel Capi-
,, tolo Generale di Fiorenza, che il Monastero di S. Procolo dovesse pagare per
,, le spese a quello di S. Giustina lir. 53. 4. valuta di denari 19., come fece;
,, Lib. d. Cred. c. 143. ,, & in fine ejusdem pag. a tergo, & pagina sequenti:
,, Adi 11. Aprile 1457. fece professione a nome di S. Procolo D. Ilario da Polci-
,, no, Figlio del Conte di Polcino, e Giovine delicatissimo; quale fu poi
,, Maestro in Teologia, come alla Matricola Vecchia appare, lib. de Cred. c.
,, 162. Si stima esser quello, che detto s' infermò in S. Giustina, come per con-
,, tro, e dovette fare il suo Noviziato in detto Monastero. ,, Iterumque pag. 228. a tergo. ,, L'anno 1460. era Decano, e Maestro de' Novizj di S. Procolo:
,, il P. D. Ilario Pollicini. Libr. d'entrata, e spesa in sol. al Mese di Luglio.

* De quo in nostra Bibliotheca L. N.

Antipol n. 2.

HONORATUS ARCELLI Nobilis Placentinus in D. Sixti Cœnobio Placentiæ sito Monachis nostris adscriptus anno 1599. die 17. Maii, qui floruit in Hu-

ma-

manioribus Literis circa medium Sæculi præcedentis XVII., præcipuè verò in Epistolis conscribendis, & verborum officiis cum Principibus Viris scitè, & prudenter adimplendis enituit, quare socius datus est Pio Mutio (de quo in Biblioth. L. P.) in Legatione Gallica ad Ludov. XIII. pro causa Abbatiæ Lirinensis. Creatus fuit deinde Abbas Mutinæ, Placentiæ, Farfæ ab anno 1649. usque ad 1652. aliorumque Monasteriorum, obiit nonagenarius. Erat autem Honoratus Arcellus Abbas Placentiæ anno 1636., quo eodem anno Lazarus Chinellus Nobilis Placentinus, & Cathedralis Ecclesiæ Canonicus eidem Arcello nuncupavit Elogia in 50. Heroas ex D. Benedicti ordine a Marco Antonio Scipione conscripta, quæ Chinellus prædicto anno imprimenda curavit Placentiæ apud Ardizzonum: In Epistola autem nuncupatoria, hæc inter cætera notatu digna, Chinellus, eundem Honoratum alloquens, dicit: „ Jam verò expedita impressionis delibe- „ ratione, dubium mihi non fuit, quin Tibi præcæteris, R̃me Præsul, hoc „ Opusculum deberetur, cui Scipio ipse multis obstrictus nominibus, tùm alia „ omnia se debere, tùm has in primis lucubrationes, quibus conficiendis tuo „ invitatu, & adhortatione, accuratiorem operam impendit, passim, & sum- „ ma ingenuitate profiteatur. „ Et post pauca: „ Nec minus promptè cæteras „ animi dotes, quibus beneficentiam exornas, in medium afferrem; nisi tàm „ diù extulissent sese, tùm Parisiis, ac Taurini, quibus in locis ad Galliæ Re- „ gem, & Allobrogum Ducem, honestissimas tuæ Congregationis Legationes „ magna cum prudentiæ laude obiisti; Placentiæ quidem certè Monasterium „ S. Sixti ea Sapientia, quintum jam annum administras, ut in hac temporum, „ & morum deformitate, priscæ disciplinæ, ac Religionis speciem retineat; „ nec minus adeuntium animos piis, ac literariis exercitationibus, quàm ocu- „ los insigni ædificiorum cultu, ac magnificentia oblectet &c. „ Olim quidem acceperam Honoratum scripsisse varias Orationes, & Carmina, aliaque id genus, sed cum ea impressa ne aliquando fuerint, aut Mss. alicubi reperiantur, scire minimè potuerim, quamvis ut scirem conatus omnes impenderim, idcircò inter Scriptores eum collocandum haud quaquam duxi, sed hoc tantum loco dignum interim judicavi.

HONORIUS A PANORMO D. Martini de Scalis alumnus factus anno 1532. die 8. Decembris, qui in Reg. pag. 218. in marg. dicitur *Prior doctus in Lingua Græca*.

JACOBUS A MANTUA Brixiæ in Cœnobio SS. Faustini, & Jovitæ nostræ Regulæ Institutum amplexus anno 1512. in Regesto pag. 220. in margine dictus, *Vir magnæ Literaturæ*.

JACOBUS A MEDIOLANO ibidem apud S. Petrum in Glassiate Regularem Vitam professus anno 1445. die 4. Aprilis, in eodem Regesto pag. 96. in marg. vocatus *Vir doctissimus, Abbas*.

INNOCENTIUS NOVARIENSIS, qui Florentiæ in Cœnobio Sanctæ Mariæ Sæculo nuncium remisit, Deo sub D. Benedicti Regula militaturus anno 1506. die 7. Junii, Vir vitæ sanctimonia æquè, ac doctrinæ fama percelebris, quippe qui literis tùm Latinis, Græcisque, tùm etiam Hebraicis, & Caldaicis apprimè instructus, Philosophiam, Astronomiam, Theologiam, & Jus Canonicum perfectissimè calluit. Summa enim memoriæ tenacitate a natura præditus, quidquid umquam legeret, aut audiret indelebili firmitate retinebat; De quo illud insigne posteris proditum est, quod adhuc Juvenis, nec dum trigesimum ætatis annum attingens, missus ex insperato ad Provinciale Concilium Florentinum, & si imparatus esset, & impremeditatus, nihilominus adeo sapientèr, ac-

eruditè dubia quædam difficillima discussit, enodavit, ac diluit, ut Patres omnes Conciliares in suam sententiam, magnamque admirationem adduxerit, ut habetur in Necrologio Monachorum Abbatiæ Florentinæ pag. 26., & seq; ex quo idem hausit Plac. Pucc. in Chron. Abbatiæ Floren. pag. 84., & seq; iterumque in Apparat. Histor. de Viris Illustribus ejusdem Florent. Abbatiæ pag. 26. & nos etiam iterum in Catalogo Viror. Sanctitat. Illustrium.

INNOCENTIUS A VENETIIS S. Justinæ Patavinæ alumnus anno 1558. die 4. Octobris, qui in Regesto pag. 12. in margine dicitur: *Prior, Orator eximius*.

JOANNES BAPTISTA A PLACENTIA, ibidem S. Sixti Monachus anno 1542. die 23. Aprilis, in Regesto pag. 54. in margine a tergo, appellatus, *Abbas, J. U. peritissimus*.

JOANNES BAPTISTA A VERONA S. Justinæ Patavinæ alumnus ann. 1566 die 29. Martii, in eodem Regesto pag. 12. a tergo in margine vocatus, *Vir doctissimus*.

ISIDORUS A PANORMO in Sicilia, quem Petrus Ricord. Histor. Monast. Dial. 4. pag. 466. more quorundam Etruscorum Disidorum vocat, dicitque eum fuisse Liberalibus Artibus valde doctum; in Cœnobio S. Benedicti Agri Mantuani Scientias publicè tradidisse, laudatque ejus, adhuc viventis anno 1575., in rebus agendis prudentiam, ergaque omnes charitatem, dulcedinem, atque affabilitatem.

ISIDORUS alter item a PANORMO, S. Martini alumnus anno 1595. die 1. Novembris, in Regesto pag. 251. in margine vocatus, *Vir doctus in omnibus Artibus Liberalibus*.

LAURENTIUS GAZIUS prænobili familia Cremonæ ortus, & Patavii in Cœnobio S. Justinæ Monasticis votis Deo mancipatus anno 1510. die 28. Martii. Qui tum Philosophica Scientiâ, tum Mathematicis disciplinis plurimum floruit, quas, ut antiqua ejusdem Patavini Cœnobii monumenta testantur, *Divino potiùs afflatu, quàm humano studio aquisivisse videbatur*; Musica verò arte adeò excelluit, ut præstantissimi quique ejus facultatis Professores, *veluti Oraculum illum consulerent, nec eo improbante quidquam in publicam lucem auderent emittere*. At in exarandis Choralibus Codicibus nitidissimo charactere, efformandisque ibi pulcherrimis Sanctorum imaginibus, aliarumque rerum figuris minio, auroque identidem distinctis, mirabilis prorsus fuit. Extant quidem illi, ac visuntur Patavii non sine stupore intuentium; suntque Libri Missarum, Hebdomadæ Sanctæ, Evangeliorum, Epistolarum, Gradualium, & alia id genus, quę veluti pretiosissimæ gemmæ in Sacrario jure, & merito nunc asservantur. Nec minorem pietatis, ac sanctimoniæ adipiscendæ, quàm literarum curam adhibuit; nàm promissam Monasticæ Regulæ observantiam diligentissimè reddidit, & bonorum operum exercitationi ad obitum usque strenuè admodum vacavit, qui tandem feliciter illi contigit anno 1552. a Joanne Baptista Rota Patavino ejus amicissimo, ejusque virtutum æquo admiratore hujuscemodi Sepulchrali Elogio honestatus.

S. D. C.

„ LAurentio Gazio Cremonensi Monacho Casinensi, Viro summa Religione
„ conspicuo, ac in Musicæ, & Arithmeticæ studiis, Theoricæque Scientię
„ peritissimo, & cunctorum eruditorum hujus tempestatis judicio excellentissi-
„ mo, & scribendi arte tàm præclaro, ut parem fortassis aliquem, superiorem ha-

„ habuerit neminem, qui senio tandem confectus Patavii nonagenarius obiit „ non sine amicorum mœrore anno Dñi MDLII. Kalendarum Septembris XIIII. „ Quod Epitaphium, teste Francisco Arisio Cremon. Litt. tom. 2. pag. 228. ad annum 1552., ubi de eo honorificè agit, extabat olim in veteri Templo S. Justinæ; Modò legitur apud varios Authores, nempè apud Valerianum * Castilioneum in Annalibus Benedictinis Mss. Mediolani in S.Simpliciani Biblioth. existentibus; Jacobum Philipp. Thomasin. in Monumentis Patavinis; Bernard. Scard: in Historia Patavina, seù de Antiquitatibus Patavinis, in Appendice 3. pag. 388. ubi „ floruerunt, [inquit] ex hac nobilissima Gaziorum Familia omni ævo „ multi illustres, & celeberrimi Viri tùm armis, tùm literis clari, & præcipuè „ nostris temporibus Laurentius Gazius Monachus S. Justinæ, in cujus memo- „ riam Joannes Baptista Rota Patavinus hujus clarissimi, sibique amicissimi Viri virtutum maximus admirator hoc elogium P. C. &c. „ De quo item agit Jac. Cavacc. Hist. S. Just. lib. 6. ad annum 1540. „ D. Laurentius Gaxius floruit in- „ signis Philosophus, Mathematicus, Musicus, & Scriptor Librarius, cujus „ Epitaphium extat apud Scardeonium, asservamus laborum suorum pignus in- „ gentes Codices, quibus ad nocturnam, & diurnam Sinaxim utimur, & mi- „ nores aliquot, quorum in solemni Sacrificio usus est, omnes maxima diligen- „ tia, & characteris nitore conscriptos. „ In Regest. pag. 10. a tergo in margine *Philosophiæ Doctor*, *Mathematicus*, *& Musicus excellentissimus*.

* De quo 2. parte L. V.

LAURENTIUS MARINUS a Grassa in Provincia * Congr. nostram ingressus in Monasterio Lirin. anno 1630. die 13. Decembris, quem nostra Regesta pag. 286. in margine asserunt fuisse *Doctorem Sorbonæ*.

* Provenza, ut superius.

LUCIANUS MASI a Florentia, ibidempe in Cœnobio S. Mariæ Monachus anno 1552. die 29. Junii, qui a Plac. Puccin. in Chron. Abbatiæ Florent. pag. 138. vocatur *J. V. Doctor celebris, in literis Hebraicis, Græcisque insignis, qui Præsulatu abdicato, obiit Titularis Placentiæ in S. Sixto anno 1572., dum gravibus negotiis pro Serenissima Domo Farnesia occuparetur*. De quo Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 369. „ Il Ven. Padre D. Luciano Fiorentino, il quale „ fu Maestro di tutti noi quattro, quando eravamo Novizj nella Badia di Firen- „ ze, e meritamente, perche è non solo persona molto allegra, graziosa, e di „ dolcissima conversazione, ma dottissimo nella Latina, Greca, & Hebraica „ lingua: e quello, che è più, nelle sacre, e nell' altre scienze molto esercita- „ to: „ Quem ipsum idem Ricord. primum Interlocutorem constituit quintæ partis, seu quinti Dialogi ejusdem Historiæ Monasticæ.

MARCUS ANTONIUS VESPIGNANUS ab Urbe Roma, Cœnobii Sancti Petri Perusiæ Asceta anno 1611. die 26. Aprilis, dictus in Regestis pag. 89. a tergo in margine *Canonum Doctor*, *Abbas*.

MAXIMUS a COLLE-MARTIO in * Provincia, Monasterii Lirin. alumnus anno 1537. die 8. Aprilis, Abbas S. Benedicti Ferrariæ, & S. Nicolai *de Busebetto* Genuæ, in Regest. pag. 186. appellatus *Vir doctissimus. & Lector Linguæ Græcæ*; & a Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 465. a tergo, „ Molto con- „ sumato nella Lingua Greca, nella quale per molti, e molti anni ha in varj Monasterj letto. „

* Provenza

MODESTUS de BEÇANIS a Pisis professus nostram Regulam in laudato S. Petri Perusini Cœnobio anno 1585. die 11. Novembris. in eodem Regest. pag. 89. a tergo in margine appellatus, *Vir doctus*, *Abbas titularis ex Priore Regiminis*. In alio verò Regesto dicitur Modestus de Brunis.

PAULUS a MEDIOLANO Sancti Columbani de Bobio in Alpibus Cottiis Monachus anno 1545., de quo in Regest. ms. pag. 167. scribitur: *Hic est Brandinus*.

PETRUS PAULUS CANUSIUS a Senisio in Lucania, nunc Basilicata, S. Severini de Neapoli alumnus anno 1545. die 29. Junii, Abbas S. Mariæ de Florentia, S. Severini Neapolis, SS. Trinitatis Cavæ, & S. Nazarii Veronæ, ubi etiam obiit anno 1586. non sine sanctitatis opinione, ab Annibale *Neapolitani*, Cive Capuano, & Archiepiscopo Neapolis, Vicarius Generalis omnium Monialium Ordinis D. P. Benedicti totius suæ Diœcesis constitutus, a Fabritio Carafa Andriæ Duce, ejus virtutum fama permoto, dignus habitus, qui Monasterium S. Mariæ Miraculorum, nostræ Congregationi uniendum, acciperet; In Reg. pag. 100. in margine dicitur: *J. V. D. Vicarius Generalis Monialium Neapolis*, & a Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 465. a tergo, sic celebratus „ Persona molto esercitata, e dotta ne' Sacri Canoni, e nella Divina Scrittura, e „ non manco osservatore dell' osservanza, e Disciplina Monastica. „

PETRUS VADINUS a Venetiis, verius ab Opitergio, vulgo Oderzo, S. Georgii M. Sodalis anno 1615. die 24. Junii; in Regestis pag. 65. in margine vocatus: *Musicus, & Poeta*.

PLACIDUS ab Urbe, Monasterii Sublacensis Asceta ann. 1559. die 4. Aprilis, & postea Œconomus, seu ut dicimus Cellerarius, in Regest. pag. 282. in margine appellatus, *Insignis Musicus, & omnibus scientiis ornatissimus*; & a Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 467. „ Gran Cantore, e buon Compositore „ di Musica, & ornato anco di lettere sacre, & umane, come di Filosofia, Logica, Teologia, e Sacri Canoni, & è poi tanto affabile, dolce, & amorevole, che più non vi potria dire. „

PROTASIUS BOLZANUS a Bononia, ibidem D. Proculi alumnis adscriptus ann. 1612. die 13. Octobris, qui in Regesto ms. pag. 69. a tergo dicitur, *Abbas Bononiæ, Theologus eximius, Collegiatus, & publicus Lector Sac. Theologiæ in Gymnasio Bononiensi anno 1629., obiit 1656.*

SEBASTIANUS LANCETTI a Cæsena, ibidemque Monachus, & Decanus Cœnobii S. Mariæ de Monte, qui celebratur a Bernardino Manzono Min. Conv. in Chronol. Cæsenæ impressa Pisis ann. 1643. pag. 112. *Vetusti Literis, & moribus ornatissimus*; & etiam laudatur in Melpomene Ambronii edita Cæsenæ apud Nerium tit. 4. *de Scriptoribus, aliisque, doctrinis, & virtutibus præstantibus Cæsenatibus*, & pag. 156. de eo iterum sic: „ Sebastianus Lancettus „ hac nota commendatur in Collectaneis: * Li Lancetti vennero a Cesena l'anno 1434. Di questa Casa &c. vive oggi Sebastiano Dottore sapientissimo, & integrissimo. „

* Stephani Parthi pag. 6.

SERAPHINUS BASELLUS a Quintiano Congregationem nostram ingressus ann. 1592. die 29. Martii in Cœnobio SS. Faustini, & Jovitæ Brixiæ, in Regest. pag. 220. a tergo in margine dictus, *Mathematicus insignis, & Musicus*.

SERAPHINUS FONTANA nobili genere Mediolani natus, ibidem in S. Simpliciano Monachus factus ann. 1548. die 17. Junii, Generalis Procurator nostræ Congregationis in Romana Curia anno 1574., & anno sequenti 1575. creatus Farfensis Cœnobii Abbas; a Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 466. ità laudatus: „ Per le sue rare virtù, e maniere di costumi, molto miglior lingua „ meritarebbe della mia, perciochè è molto eccellente Musico: Nell' Istorie „ ancora non è inferiore a veruno, e nelle sacre lettere, & umane molto bene „ esercitato: nel negoziare molto destro, avveduto, & accorto; & oltre a que-

„ queste sue singolari virtù, è di maniera amoroso de' virtuosi, che si può chiamare un altro loro Mecenate, e nel conversare suo ha accompagnato con la „ gravità, una piacevole affabilità, e modestia. „ In Regest. pag. 243. à tergo: *Procurator Generalis, Abbas S. Simpliciani, bis Præses, Vir doctissimus.*

SIMPICIANUS de QUADRIS a Sondrio in Valle Tellina, Papiæ in S. Salvatoris Cœnobio nostris adscriptus ann. 1518. die 6. Martii, In Regest. pag. 143. à tergo in margine dictus, *Abbas S. Salvatoris, ubi obiit anno 1575., bis Præses, interfuit Concilio Tridentino summa cum laude, Canonum Doctor excellentissimus.* Ab Arnoldo Wione Lign. Vit. p. 2. lib. 5. pag. 596. *Præses anno 1569., & Abbas S. Georgii Majoris Venetiarum.* A Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 461. *Persona molto esercitata nelle Divine Scritture, e gran Canonista.* A Plac. Pucc. in Chron. Abb. Florent. pag. 86. „ Fu Abbate d'Arezzo l'anno 1558., e „ l'anno 1559. fu spedito al governo dell'Abbadia di Firenze. Fu Abbate del „ suo Monastero di Pavia, & intervenne al Concilio di Trento, e fu versatissimo ne' Sagri Canoni, e nella Sagra Scrittura. Morì nel Monastero di sua professione l'anno 1575. „ Iterumque in Nomencl. Abbatum impress. Mediolani 1647. Ad calcem etiam Concilii Tridentini inter Theologos recensetur.

SYLVIUS PARISIUS ab Urbe in Monasterio Sublacensi regularem vitam professus anno 1615. die 10. Maii, in Regest. pag. 282. in margine, dictus, *Abbas Titularis ex Regimine, optimus Concionator.*

THEOPHILUS de PERSONELLIS, seu (ut placet Francisco * Arisio de Persichellis) Patria Cremonensis, qui nostræ Regulæ nomen dedit in laudato D. Benedicti Mantuano Cœnobio ann. ..... die .... insigni (teste eodem Arisio) Humani, Divinique Juris scientia ornatus; Abbas S. Justinæ Patavinæ, nostræque Congregat. bis Præses, anno scilicet 1490., & 1493. De quo præter Arisium agunt etiam Plac. Puccinel. ab eo citatus in Chronol. Præsidum, & in Epitom. Prælatorum &c. Arnold. Wion. Lign. Vit. p. 2. lib. 5. cap. 7. pag. 590., & Jacob. Cavacc. Hist. S. Justin. lib. v. pag. 251. secundæ edit. Patavinæ anni 1696.

* Crem. Liter. pag. 353. ad ann. 1490.

THEOPHILUS a * POTENTIA in S. Severino Urbis Neapolis Monachus anno 1570. die 21. Martii. In Regestis pag. 111., 139., & 72. in margine, vocatus, *Insignis Philosophus, & Theologus.*

* Potenza in Lucania, nunc Basilicata.

THEOPHILUS a REDONDESCO professus nostram Regulam in Cœnobio S. Benedicti Agri Mantuani anno 1546. die 28. Martii, in regest. pag. 57. in margine, appellatus *Linguæ Hebraicæ peritissimus*; & a Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 466. „ Teofilo da Redoldesco Castello del Mantovano, Priore „ oggidì di S. Benedetto fuori di Mantova, è raro nella lingua Hebrea.

THEOPHILUS STANGA a Cremona in sæculo dictus *Petrus Martyr Stanga*, Legum Doctor in Patria Collegiatus; Romæ negotia Cardinalis Ascanii Mariæ Sfortiæ procuravit; deinde a Sixto IV. Pontifice Maximo, Referendarius Apostolicus declaratus, aliisque Ecclesiasticis muneribus insignitus, cum Vir esset modestus, piisque moribus ornatus, aulæ, mundique pertæsus, scientiam Sanctorum sub Divi Benedicti disciplina in Cœnobio Padolyronensi Agri Mantuani sibi addiscendam constituit anno 1480., ubi sicuti religiosissimè vixit, ità & piissimè obiit, teste Francisco Arisio Cremon. Liter. tom. 1. pag. 331. ad ann. 1480., qui Bressianum citat de eo agentem *in Coll.*

TIMOTHEUS GARGANO a Neapoli, ibidem in Cœnobio S. Severini Monachum professus anno 1605., *incomparabilis doctrinæ, & probitatis Vir* dicitur:

a Benedicto Laudati in Brevi Chronico S. Severini p. 2. pag. 333., qui postquam Decanatus munere honestatus fuisset, plures annos Tyronum magisterium, Neapoli, Cavæ, Aversæ, ac Venetiis ingenti animarum lucro exercuit. Haud parvo tempore Sacræ Theologiæ docendæ operam dedit, Morali verò ità præstitit, ut ejus sententia ad implicatissimas difficultates enodandas avidè ab omnibus exquireretur. Vergente in senium ætate scholasticis studiis nuncium remisit, ut Divinæ Scripturæ (quam etiam aliis explicavit) & SS. PP. Lectioni unicè vacaret, illud frequenter dictitans: Monachi nomine indignum esse, qui quotidiè ex SS. PP. ad vitam rectè instituendam aliquid non hauriret. Qua die corporis sarcinam exuit, nona scilicet Novemb. anni 1643., quidam Dei servus ex Ordine Prædicatorum in Conventu reformato S. Mariæ Sanitatis degens, cum Timotheum anteà penitus ignoraret, in hæc repente verba prorupit: *Hodie in Cœlum evolavit P. D. Timotheus in Monasterio S. Severini defunctus*; quod quidem satis credibile reddunt, & hujus testis sanctitas, & Timothei, quoad vixit, semper exhibita virtutum omnium specimina.

TIBERTUS de TIBERTIS Cæsenas Monachus, & Abbas Cœnobii S. Mariæ tamquam doctissimus Mathematicus laudatur a Bernardino Manzono Min. Conv. in *Chronologia Cæsenæ* editâ Pisis anno 1643. pag. 112., & pag. 158. titulo 4. *de Script. aliisque doctrina, & virtutibus præstantibus Cæsenatibus*, his verbis; „ Tibertus de Cæsena Monachus, doctissimus Mathematicus. „ Celebratur a Partho * hac notâ „ Tiberto Tiberti Abbate della gloriosa Madonna del Monte di Cesena, famoso Matematico.

* Stephan. in Collectan. pag. 2.

THOMAS CRISPUS Neapolitanus Patriâ, in qua apud S. Severinum Monachi vitam vovit anno 1581. Vir non minus regularium virtutum fama clarus, quàm omnigenæ eruditionis sacræ, profanæque, Historiarum præsertim, ac omnis ætatis Inscriptionum intelligentia percelebris, *Oraculum propterea Neapolitanum* passim ab illius temporis Peritis vocatus, qui ipsum in dubiis difficilioribus, utpotè, de quacumque re sapientissimè judicium proferre solitum, jugiter consulebant. E vivis excessit communibus omnium lacrymis Neapoli circa annum Dom. 1625.; de quo extat insignis memoria in Ecclesia S. Spiritus Majoris ejusdem Urbis Neapolis, in qua legitur, eum, dum adhuc in sæculo degeret, & Jurisconsulti officio fungeretur, Suggestum illius Ecclesiæ construxisse, sub eoque Bmæ Virginis, *Gratiarum* nuncupatæ, Sacellum excitasse. De eo Benedictus Laudati in Brevi Chronico S. Severini ms. p. 2. pag. 309. De ejus verò doctrinâ mentionem facit Cæsar Encennius Caracciolus in *Neapoli Sacra*, pag. 318., ubi de Templo ejusdem S. Severini loquitur.

VICTORINUS a NEAPOLI, ibidem in S. Severini Cœnobio Institutum nostrum professus anno 1594. die 22. Augusti, in Regest. pag. 112., & 72. in marg. dictus, *Prædicator insignis, obiit Abbas, & Visitator ann.* 1605.

VITALIS a CASTILIONE * STIVERORUM Oppido intra limites Ducatus Mantuani, Abbas S. Petri Mutinensis, de quo tamquam de vivente anno 1575. Petrus Ricord. Histor. Monast. Diàl. 4. pag. 465. atergo in margine sic loquitur, „ Vale tanto ne Sacri Canoni, e nelle Sacre Lettere, e nella Lingua Latina, „ talmente che gli antepongono pochi, & oltre a ciò è molto affabile, piacevo„ & umano. „

* Castiglion delle Stiviere.

Sed quia Scriptorum solummodò sudoribus, & atramento hujusce Bibliothecæ fores patent, idcircò in hoc brevi Catalogo, Appendicis loco, recensitos, a Bibliothecæ forulis exclusos, & in Xysto subsistere jussos, hic tantum memorasse sufficiat.

L A U S D E O.

INDEX
NOMINUM VIRORUM
DOCTRINA ILLUSTRIUM
De quibus non liquet, an aliquid Scriptis consignaverint.

Anastasius Cazanicus
Anastasius Galdiolus
Angelicus Sylva
Anselmus Centurioni
Baptista a Mantua
Benedictus Arrigoni
Benedictus Trezzi
Bessarion a Catalaunia
Cæsarius de Laude
Columbanus a Como
Cyrillus a Monte Falco
Desiderius a Regali
Eusebius a Parma
Floribertus a Gandavo
Gabriel a Brixia
Hieronymus de Judice
Hilarius ab Antipoli.
Hilarius a Pulcino.
Honoratus Arcelli.
Honorius a Panormo.
Jacobus a Mantua.
Jacobus a Mediolano.
Innocentius de Novaria.
Innocentius a Venetiis.
Joannes Baptista a Placentia.
Joannes Baptista a Verona.
Isidorus a Panormo.
Isidorus alter.
Laurentius Gazius.
Laurentius Marinus.
Lucianus Masi.
Marcus Antonius Vespignanus.
Modestus de Becanis.
Maximus a Colle-Martio.
Paulus a Mediolano.
Petrus Paulus Canusius.
Petrus Paulus della Gatta.
Petrus Vadinus.
Placidus ab Urbe.
Protasius Bolzanus.
Seraphinus Basellus.
Seraphinus Fontana.
Simplicianus de Quadris.
Sylvius Parissus.
Theophilus a Potentia.
Theophilus de Personellis.
Theophilus a Redondesco.
Theophilus Stanga.
Thimotheus Gargano.
Thomas Crispus.
Victorinus a Neapoli.
Vitalis a Castilione.

INDEX
COGNOMINUM VIRORUM
DOCTRINA ILLUSTRIM,
De quibus nescitur, an aliquid Scriptis consignaverint.

AB Antipoli	Hilarius.	Marinus	Laurentius.
Arcelli	Honoratus.	Masi	Lucianus.
Arrigoni	Benedictus.	A Mediolano	Jacobus.
Basellus	Seraphinus.	A Mediolano	Paulus.
Bolzanus	Protasius.	A Neapoli	Victorinus.
De Becanis	Modestus.	A Navaria	Innocentius.
A Brixia	Gabriel.	Parisius	Sylvius.
Canusius	Petrus Paulus.	A Parma	Eusebius.
A Castilione	Vitalis.	A Panormo	Honorius.
Cazanicus	Anastasius.	A Panormo	Isidorus.
A Catalaunia	Bessarion.	De Personellis	Theophilus.
Centurioni	Anselmus.	A Placentia	Jo. Baptista.
A Colle Martio	Maximus.	A Potentia	Theophilus.
A Como	Columbanus.	A Pulcino	Hilarius.
Crispus	Thomas.	De Quatris	Simplicianus.
A Monte Falco	Cyrillus.	A Regali	Desiderius.
Fontana	Seraphinus.	A Redondesco	Theophilus.
Galdiolus	Anastasius.	Stanga	Theophilus.
A Gandavo	Floribertus	Sylva	Angelicus.
Della Gatta	Petrus Paulus	Trezzi	Benedictus.
Gargano	Timotheus.	Vadinus	Petrus.
Gazius	Laurentius.	A Venetiis	Innocentius.
De Judice.	Hieronymus.	A Verona	Jo. Baptista.
A Laude	Cæsarius.	Vespignanus.	M. Antonius.
A Mantua	Baptista.	Ab Urbe	Placidus.
A Mantua	Jacobus.		

INDEX
AUTHORUM
QUI
DE VIRIS DOCTRINA ILLUSTRIBUS

De quibus nescitur, an aliquid Scriptis consignaverint, mentionem faciunt.

[illegible]

INDEX

COGNOMINUM SCRIPTORUM SECUNDÆ PARTIS.

A Mediolano	Vincentius
A Mediolano	Urbanus
A Meliana	Victorinus
Meynerius	Ludovicus
Michaelius	Theophilus
Mini	Nicolaus
De Miro	Io: Baptista
De Miro	Laurentius
Monachus S. Severini Neapolis	Mauritius
Montauri	Isidorus
A Monte Rubro	Io: Antonius
Moreschi	Laurentius
Morini	Ludovicus in adjunct.
Mormile	Io: Evangelista
Muti	Petrus
A Mutina	Maurus
Mutius	Pius
A Neapoli	Io: Baptista
A Neapoli	Io: Evangelista
A Neapoli	Thomas
Novatus	Joannes
Odescalchi	Julius Maria
Orbini	Maurus
Ordelaphus	Petrus
De Ottonibus	Lucianus
De Pace	Philippus Maria
Pandulphinus	Maurus
Papiensis	Maurus
Parmensis	Victorinus
Paruta	Simplicius
Patavinus	Theophilus
Pavonius	Leo
Perozzi	Stephanus
Perusinus	Joannes
Perusinus	Joseph
Perusinus	Leonardus
Petruccius	Placidus
Phanellus	Prosper
Pierius	Odecisius
Pignolatus	Prosdocimus
Placentinus	Joseph
Placentinus	Raphael
Placentinus	Sebastianus
Portus	Stephanus
Porta	Joseph
Præstonus	Thomas
Prologus	Zenobius
Puccinellus	Placidus
Quaragna	Prosper
A Quintiano	Seraphinus
Rachi	Paulus
Raimondi	Jacobus Maria
Rella	Joannes
Ribera	Romua'dus
Ricci	Jo: Andreas
Ricci	Timotheus
Riccioli	Nicolaus
Riccobaldi	Rumualdus
Ricordatus	Petrus
Riveglia	Paulus
Rocca	Jo: Benedictus
De Rubeis	Jovita
A' Salerno	Placidus
A' Salodio	Nicolaus
Santo	Joannes
Scipio	Marcus Antonius
Scutellari	Maria Stella
Sellori	Maurus
Sguarega	Jo: Stephanus
Seregno	Maximus
Serra	Romualdus
Serrati	Joannes
Serlalius	Zacharias
Siri	Victorius
Sincerus	Romanus
Spinazzi	Maurus
Squalous	Vincentius
Squarcialupus	Ignatius
Stella	Io: Baptista
Stella	Lactantius
De Su	Isidorus
Sublacensis	Marcus Antonius
Tanti	Seraphinus
Tantuccius	Maurus
Tanus	Philippus
Tedeschi	Nicolaus Maria
Terra Rubra	Vitalis
Textorius	Io: Hieronymus
De Tonsis	Odoardus
Tornamira	Petrus Antonius
Tramontana	Iacobus
De Tucciis	Vincentius
Turchi	Placidus
De Turre	Petrus Aloysius
Valle	Marcus
Vallisnieri	Prosper
Valsechi	Virginius
Udleston	Thomas
Vecchiai	Petrus
Vendamini	Modestus
Venusinus	Matthias
Vernatia	Ioannes
Vibius	Philippus
A Vicentia	Laurentius
Vignola	Attilius
Urlati	Io: Antonius
Ursinus	Petrus
Ufodemare	Paulus Baptista
Zannettus	Sigismundus
Zappata	Mauritius